R. 20
№ 23720
.325

ura ... arno.

R... meſum: graue pōdus: & hercule maiꝰ:
Atq; decennali quod Laomedontia bello
Troia tulit R... magne animis ingētibꝰ audes.
...oniam uirtus ardens ac numine tanto
...dum ſuperat: ſeſeq; attollit in horas
coelum aſpirans: feliciter audes.
...odo cæde madēs modo ſāguine null...
Iam ſequitur uictoria: & alas

Al...

 R.2002

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi Alfonſus: Ad Reuerendiſſimum In Chriſto Patrem Ac Dominũ Condiſſaluũ Herediũ Tarraconẽſem Archiepiſcopũ.

HEſperiæ gentis bellum orditurus & arma
Magnanimi ferrãtis eram. ſic iuſſerat orbis
Rector: ab excelſa Romam qui temperat arce.
Sed vetor: his tantis moles oneroſa laborũ
Inuidet inceptis: Necdum fortuna latentem
Explicat euentum: ſerics abſcondita rerum
Non ſinit heroo ſuras veſtire cothurno.
Rẽ ſane immẽſam: graue põdus: & hercule mai⁹: Difficultas.
Atq; decennali quod Laomedontia bello
Troia tulit Rex magne animis ingẽtib⁹ audes.
At quoniam virtus ardens ac numine tanto Virtus.
Fulta modum ſuperat: ſeſeq; attollit in horas
Altius: ad cœlum aſpirans: feliciter audes.
Iãdudũ modo cæde madẽs modo ſãguine nullo Victoria.
Illita te paſſim ſequitur victoria: & alas

Al

Porrigit in Libyam tibi ſubiectura peruſtum
Solidus Atlantem rapidis: anthæaq; regna.
Ipſa giganteis maiora laboribus acta
Penſat:& illuſtri cupit inſignire triumpho
Fama. Fama tubas inflare parat: laus organa cantu
Impletura: nouē vocat ad ſpectacula nymphas.
Reuerentia. Cum tibi deuoto gaudens reuerentia cultu
Per nemora & ſaltus alacres iubet ire miniſtros
Cultus. Qui laureta ſecent.& iam ſpoliatur Apollo
Delphicus. eurotas nemorū decus omne ſuorū.
Perdit:& attonſis deſcendit in ęquora ripis.
Audiui gemuere rotę. vicina comantes
Plauſus. Plauſtra vehūt ederas tremulis aurita corymbis.
Plauſus idumęis veniens ſpadicibus auram
Verberat:& virides redolent a vertice lauri.
Ipſe manu correpta ferens vexilla nitentes
Iunxit equos: tyrio inſtrauit velamine currum.
Barbaraq; attollens ſublimibus arma tropheis
Aerę catenatam longo locat ordine gentem.
Per bifores fidei valuas: honor ecce coronam
Honor. Fert aliā:& tecū obſeſſam feſtinat in vrbem.
Stelliferum late fugientibus vndiq; nimbis
Pandit:& aſcendens aperit tibi gloria cœlum.
Gloria. Perge breui ſudore opus eſt. genꝰ aſtra ſuperbū



Iampridem & ſuperi crudelem odere rapinā.
Interea dum mars bellis flagrantibus hoſtem
Fulminat & noſtris ſcelerū caput arcet ab oris:
Nos alia ordiri ſed non aliena parumper
Fas erit: ac magnis tenui præludere cantu
Orſibus: atq; diu reſidem tentare monaulon.
Alfonſus modo carmen erit germanus eliſæ Alphōſus
Raptus ab imperio teneris innoxius annis
Quantū regna ſinunt primę q; licentia vitæ:
Et ſtygijs luſtrādus aquis: per ſtagna profundę
Nubis:& aſtriferū repetens cum patribus orbē:
Summe deū cui tartarei regna imfima mundi Inuocatio
Victrici ſpoliare manu clementia quondam
Suaſit:& ad cœlum patres reuocare ſepultos:
Huc ades.& noctem infernā fluctuſq; ſeueros
Da facili ſulcare via: da horrentia clauſtra
Tartareæ penetrare domus: iterumq; reuerti
Ad ſuperos vbi clauſa latent tithonia tempe.
Quicquid erit labor iſte meus tibi ſurgit in altū
Mens abit illapſu cœleſti afflata: tuaſq;
Nititur in laudes, opus eſt tua gloria noſtrum.
Venerat Alfonſus breuis ad confinia vitæ Narratio
Vltima:& in fatum curſu properabat anhelo.
Cum iuuenem miſerans inter ſuſpiria mortis

Dura laborantem ſumptis audentius alis
In carpetanos deſcendit ab æthere campos.
Iamq; poli ſummũ bigis conſcenderat axem
Luna gubernatrix tenebrarũ & mobilis vndę
Ter quinos iam nata dies: accenſaq; toto
Sidere lucebat fatali noxia vultu.
Ipſe leui clauſus taciturna per atria nimbo
Clã volat: & thalamũ ſubluſtri in nocte ſilentẽ
Intrat anhelantẽ genitrix vbi languida natũ
Contẽplata graues premit alto pectore curas.
Et lachrymas ęgre cohibens turgentia fletu
Lumina demiſſo in cilium claudebat amictu.
Vt cõſumpta graui vitę inſtrumenta maraſmo
Continuo efflatus tenuem migrauit in auram
Spiritus: vt face cõſumpta fugit vltimus ignis.
Tollitur extemplo clamor iam liber aperto
Corde dolor fluit ex oculis erumpit in auras.
Regia fœmineo longe ſonat ardua planctu:
Ceu quãdo exanimũ flebat ſuper hectora cõiunx
Andromache: & ſocr⁹ priami ſuper ora iacẽtis.
Alphõſi laus. Occidit aſcanio ſimilis puer: aſtyanacti
Indole par. qui pace ſolon qui marte fuiſſet
Pyrrhus achilleides. ſi non mentitur imago.
Si cœli hoſtiles ſinerent: & numina leua



Vt vulgata procul mors imatura/per omnem
Labitur heſperiam graue & illętabile mõſtrũ Mors & Mœror
Corda ꝑmens hoim mœror cui ſqualllida ſordẽt
Ora ſitu. impexi crines ſine lege per armos.
Barba inculta riget. ciliis impendet amictus
Ater & obſcura vultus obnubilat vmbra.
Hument rore genæ. toruo caua lumina viſu
Igne rubent madido: totoq; miſerrima imago
Corpore. demiſſis facies funeſta lacertis
Nũc dextro nũc læuo humero inclinata recũbit.
A tergo ingentes ſupra caput erigit alas
Cocyti pice nigrantes. multoq; fluentes
Imbre acherontis aquę/quo dũ volat/oppida & (agros
Irrigat excuſſo. ſpargitq; ꝑ oĩa luctum.
It cœlo lugubre ſonans/& triſtia noctu
Sõnia per thalamos/& per cõclauia mittens.
Extemplo in luctus atq; in ſuſpiria verſæ
Collachrymãt vrbes. populi cecidiſſe querũtur
Spẽ heſperię/nomadũq; metũ maris vltĩa plorãt
Littora. pyrenes iuga nube tegũtur: anaſq;
Vndiq; mœrentes audit lamenta per agros.
Qualia cũ primos irato numine partus
Niligenæ fleuere vrbes: thebe inclyta centũ
Liminibus: memphiſq; caput turrita ſuperbũ

Senſit :& argiuo tellus vicina canopo.
Aedibus in mediis parias leuat alta columnas
Porticus:& flexu longę teſtudinis amplo
Claudit odoratas lauros:ſtygiamq; cupreſſũ
Hic gemebundi auro famuli & ferrugine ibera
Inſternũt gẽmiſq; onerant ſublime pheretrũ.
Regaliq; ſuper iuuenem ambitione locatũ
Cõſpergũt redolente thymo/nardiq; liquorẽ
Aſſyrium irrorant:miſeri ſolatia caſus
Exigua/humanę officium pietatis inane.
Exanimata diu tandem ſibi reddita:verum
Reginã ſe oblita parens ex ædibus altis
Venit in amplexus nati gelidũq; cadauer
Accliui fouet ægra ſinu:premit oribus ora.
Mox ſublata comis iraſcitur atq; madẽtes
Vulnerat vngue genas :& anheli pectoris æſtũ
Euomit accuſans ſuperos & ſidera fruſtra.
Ite domũ matres/gaudete ſuperſtite prole:
Dixit ego infelix ſola hic mea pignora plãgã.
Ferte iocos alio/ferte omnia gaudia mecũ
Perpetui luctus/maneant ſuſpiria mecum.
Interea proceres lugubri ad funera pompa
Cõueniũt habitu triſtes & imagine mœſta.
Etiã ſublatum lachrymis comitãtur obortis



Confecti ſquallore ſenes:biniq; ſequũtur
Compoſito inceſſu.& turbę ſine lege frequẽtes.
Dũ tumulo ſupremi alto ſoluuntur honores/
Vmbra ſuis fato membris excluſa recenti
Obſtupuit Petro ſimilis:cum miſſus olympo
Nũcius excuſſit manicas/& ahena repente
Oſtia ferratos circũſtridentia poſtes.
Miratur ſeſe informem/ſine imagine nudã:
Et ſine corporeis exilem ſenſibus vmbrã.
Se ſentire tamen magis & cognoſcere longe
Altius:& cauſas animo penetrare latentes
Experiens/miraq; vagam leuitate moueri
Gaudet & hoc vitæ genus euaſiſſe caducũ.
Magna videt nare vmbrarũ ſimulachra p auras
Nocturnarũ auiũ formas referentia:quæ[illegible]
Nictimenes/mineiadũ q̃dam ora ſororum.
Semper enim/ſeu lucis cant ſeu tẽpora noctis
Aera peruolitant laruæ.ſed ludit imago
Lubrica mortales oculos. Audentius ergo
Circũfuſam aciem vultu imperioſus & ore
Alloquitur clamans deus imperat ite ſuborcũ
Quid vobis cũ luce animę phegethõtis opacę
Quid cũ ſole? domus vobis abſ cõdita ab aſtris
Vos imane nefas & ineluctabile nocti

Deſtinat ęternæ: primo vexaſtis ab æuo
Cœlicolas diuos. At nũc in bella vocatis
Mille modis homines. tanta eſt inſania: tantus
Liuor: & indomito rabies tã dira veneno.
Ite ſub æternis flagrãtem ardoribus orcũ
Ite acheronteas (deus imperat) ite ſub vndas.
Pręcipites illi noctẽ ſubiere profundam
Non aliter q̃ poſt nimbos æſtate ſerena
Circũfuſa iugis frondẽtibus apœnini
Alba fugit nubes: quotiens aquilonib⁹ acta
Spargitur: & ſubito tenuem laxatᷓ in auram.
Inter hyperboreos axes phœbũq; cadẽtem
Hybernia — Inſula in extremo ſuper arua Britãnica mũdo
Cingitur æquoribus vaſtis. vbi grandia cete
Magna mole natãt. equitãs vbi cęrula delphin
Feruorem: pelagi/& neptuni nũciat iram.
Et quia ſolis iter fugiens diſcedit ab auſtro
Sidus ad arcturi: gelidaq; rigeſcit ab arcto:
A niuibus trahit hybernis hybernia nomẽ.
Hic terra ingenti ore patens imane baratrũ
Ad ſtygios trahit vſq; lacus. ſub inane ꝓfundũ
Mille per anfractus: via præcipiteſq; ꝑ vmbras
Antrum plitricij ſeu patricii — Labitur: introrſũq; ruit ſine fine vorago.
Indigenę puteum appellant. plitricius olim



Inſignis pietate ſenex ea barbara regna
Dum coleret: multa flexit prece numẽ olympi
Vt nouus infernos fieret deſcenſus ad amnes:
Quo abſterrente genus durę intractabile gẽtis
Perfidiam patrum exueret: veterumq; deorũ
Ablueret ſacro ritus in fonte nefandos.
Huc igitur paſſis veniens Audentius alis
Cum puero in ventos & in aera tollitur altum.
Mox ingreſſus iter dulci ſermone pauentem
Hortatur puerum liquido ſe credere cœlo
Ne dubitet neue horreſcat per inania ferri:
Atq; procul terras ſub ſe ſpectare iacentes
Ne formidet: vti grauibus: qui corpora mẽbris
Viua gerunt ſed eat tractũ ſecurus in omnem.
In ſublime volãs: iuuenis dũ ſcandere olympũ
Credit: & ad ſuperos aditu ſe emergere aperto:
Lætus abit: cœnamq; ſibi promittit in aſtris
Ibant: vt fugiens olim minoia regna
Dædalus: atq; mari nomen factura propago.
Iam ſuperant nubes: agiturq; per aera duplex
Sulcus: & inflatis ſi quando per ęquora velis
Eurus agit claſſem. ſpumant a pectore fluctus:
Et puppim inſequitur ſciſſo caua ſemita põto
Aethereis loca iã ſubeunt contermina flãmis.

Vndiq; aquę terręq; patent ſedet ęquore in alto
Verſicolor tellus/circũ maria vndiq; latrant.
Pyrenæa procul niueo iuga candida nimbo
Proſpiciunt dextra:& longe calliginis inſtar
Boiorũ italiæq; alpes vbi vallibus imis
Sẽper hyems habitat.glacieſq; ęterna ſub ipo
Solſtitio & triſti quãdo canis ęſtuat aſtro.
Linquitur ad lęuã regio:quę terminat orbem
Gallaicę gentis tumulo terra inclyta ſancto.
Pręteretunt grauios:antabraq; regna ſuperq;
Iam tandẽ oceani campos ſine fine patẽtes
Eſt iter:ac volucri trãs arua Britãnica lapſu
Delati greſſum inclinant hybernica ad antra.
Iamq; ſolo immiſſi vicinę horrenda ſubintrãt
Clauſtra domus:vbi perpetuo frigentia vẽto
Spelũcæ obſcuras pandũt caua guttura fauces.
Ignarus quo ductor eat:miratur ab alto
In terras puer ignotas deſcendere curſum.
Nec tamen audet adhuc interpellare magiſtrũ:
Sed ſequitur nutũ ſenis officioſus ad omnem.
Continuere gradũ genibuſq; in marmore fixis
Aſpergunt in fronte molam:chriſtiq; vocato
Nomine:circũdant luſtrali pectora ſigno:
Et taciti iunctis orant ad pectora palmis.



Mox iter inuadũt:qua ſe ſalebroſa per vmbras
Fert via multiplici veniens in tartara flexu.
Horruit abſtruſæ immanem telluris hiatum
Regia progenies:tremebundoq; incipit ore.
Sancte Pater quę cauſa precor nos ire ſub altã
Cogit humũ? Cœline opifex me lumine caſſum
Trudit ad infernas ſedes:vbi cerberus ante
Atria latratu complet tria guttura rauco:
Hei mihi quid ſceleris viridi deus imputat ęuo.
Scis pater vt regni proceres vrbeiq; peroſę
Fratris inhumanos faſtus animũq; ſeuerum
Me quoq; conſortem regni fecere paterni.
Mox vt ad imperium tractus diadema recepi:
Et ſi ætas illa eſt armis minus apta ferendis:
Mens fuit aſſerere immenſum quęcũq; per orbẽ
Regna tenẽt mauri:quę gẽs othomana ſubegit:
Vſq; ad hyperboreos mõtes rhyphæaq; ſaxa:
Et validam ęgęo claſſem vectare profundo.
Ac ſuperare armis decus aut ęquare parentum
Audieram magnũ Froylam fortemq; Ramirũ:
Audieram Alfonſos.& nomina magna p orbẽ
Ferrantis proauoſq; alios:qui laude ſuperba
Clara per ora virũ volitant ſenuiſſe ſub armis:
Et maiora fide potuiſſe fidelibus auſis.

Prima q̃ſtio alfõſi qui ſint damnati.

Hæc mecũ puer audaci ſub pectore voluens:
Ad par martis op⁹ magna ambitione ferebar.
Iam toruis arabes oculis:mauroſq; videbam
Infenſus populo infami gentemq; peroſus
Barbaricam:rituſq; feros ac perfida corda.
Mors prohibet curſuq; æui fraudata iuuentus.
Forſitan hęc mentẽ pictas animoſa ſuperbam
Arguit & vitio datur eſſe ferociter auſum?
Num licitũ pater Audenti ſaracena tumultu
In regna armigero:atq; odijs capitalibus ire?
Sic ait.at ſenior teneris miratus in annis
Tam regalem animũ:tam fortia corda:fidẽq;
Tam validã:fruſtra trepidas caua tatara dixit.
Pone metum.neq; ſollicitet te improuida cura
Chare puer.latos erebi non tendis ad amnes:
Clauſa vbi terrifico tormẽta ęterna profundo
Sub quibus infelix ardet cilianus ob ingens
Id facinus quo triſtis adhuc Hiſpania lãguet.
Namq; vbi cognouit violatũ a rege pudorem
Virginis:infamẽq; dolum:correptus acerbo
Flammantis rancore animi mauruſia rurſum
Aequora traiecit:ſaracenaq; venit in arua.
Cordaq; ſollicitãs gentis furibunda ſuperbę.
Duxit in heſperiã numidi de ſaltibus hoſtẽ.



Talibus auxiliis agros populatus & vrbes
Antiquũ euertit ſolium/grauiore flagello
Vltus adulterium.vindex ſceleratior ipſo
Corruptore minus crimẽ maiore piandum
Efferatus ſemel heſperiam peſſundedit oẽm
Impius in patriam in reges in templa deũq;.
Tartara & inferni carcer iouis vnde reuerti
Nõ datur:imanes animas qbus vltima luxit
Cœleſti ſine luce dies prędantur:& atris
Infodiunt latebris/quibus iſcariotis ab alto
Pendet adhuc ſcopulo:volitãſq; per aera Simõ:
Infamis magus:& lucri execrabilis autor
Vapulat hic velut æternis immobile ſaxũ
Idibus expoſitum pellęi infamia nili
Arrius.hic gemina ducens ab origine mundũ
Latrat in obſcuro Manes abſcõditus antro.
Eunomiuſq; deum lacerans.& tota ſub orcũ
Hereſiarcharũ ſoboles intruſa latentem.
Præſidet his Machomet⁹ arabs agaren⁹/i orbem
Miſſus ab his olim regnis & in iſta reuerſus
Regna iterũ.Nã dii veteres cũ ſurgere gentẽ
Chriſtigenã/rituſq; nouos inoleſcere templis
Cõſpicerent:petiere domũ plutonis opacã
Hic vbi ſecretis arcana ſilentia rebus:

Qui dã nantur;

Q ũo natus Machomet⁹.

Cũ tandem ſuper imperiis agitata fuiſſent
Multa reformandis: ſceleri modus iſte reptus:
Rex & tartarei populus cũ patribus orci
Sanxit auernali mittendã a ſede Megærã:
Quæ modo cõcepti fœtus in corpora furtim
Se inſinuans: ſic formet opus: ſic tẽperet artus
Vt mens ſi qua domũ fluat intratura recentẽ:
Inueniat clauſos aditus: & inhoſpita tecta.
Ipſa ſed in mẽbris habitans alimenta per omne
Corpus agat: foueatq; altricem in corpore vitam
Nec ſit hõ: ſed mẽbra hoĩm ſub imagĩe creſcãt.
Dum redit: interea crudi fœda vmbra Neronis
Nã neq; tartareis inuenta nocentior antris:
Addita dirarũ numero: ſuffecta Megerę eſt.
Ad patrandũ igitur facinus ſata nocte ꝓfunda
Venit: & ingenio vafro/ĩmani/atq; cruento
Fit machomet⁹: atrox hoĩm violator/& armis
Et ficta pietate potẽs. vt mobile vulgus
Ad ſe illexit opes cumulans: noua bella parauit.
Auſus enim Romæ imperiũ tentare proteruo
Ingenio: audẽtẽ ſumptis heraclius armis
Terruit. & forti nabathęam milite gẽtem
Fudit vt/ arentẽ libyæ ſolet auſter harenã.
Cla..bus his nõ eſt rabies ſedata: quod armis



Non valuit/fraude aggreditur: furor impi⁹ aſtu
Tectus ad aucupium vulgi totam appulit artẽ
Congreſſus fugit humanos. cadit horrida mẽto
Cęſaries. pallet facies. ſtygiũq; colorem
Induit. obſcuram ſubeunt caua lumina frontẽ.
Colloquiumq; dei ſimulans de valle profunda
More Numæ conficta refert oracula vulgo.
Artibus his fretus diuinam inuertere legem
Deprauare fidem/chriſtiq; inuadere regnũ
Cœpit. & hinc totum peſtis noua venit in orbẽ
Corripiens Aſię populos & punica regna
Finibus a mauris: nubes vbi ſuſtinet atlas
Vſq; ad inundantes nilo ſtagnante lacunas.
Vipereũ genus hoc igitur/ſobolẽq; Megeræ.
Cui pater atq; deus pluto eſt/cõtundere bello
Et delere iubet pietas: non quęrimus ergo
Tartara: nec tanta ſcelerum calligine ſordes.
Namq; vbi verbipotens ſacroq; ſalutifer ore
Sontẽ animam fando inſtaurat/dãnata ſacerdos
Tartareę ferat antra domus. adolenda ſupſunt
Supplicio tibi pauca leui cũ mitibus vmbris.
Quod vero in libycas gentes ea tanta parabas
Bella animis imberbis adhuc/a ſanguine regũ
Magnanimo forti excelſo/genus indicat ortũ.

In ſobolem tranſire patris cū ſemine virtus
Sępe ſolet: refertqꝫ ſatus quo quiſqꝫ parēte eſt
Adde ꝙ auditę laudes: & clara parentum
Facta mouent animos generoſaqꝫ corda nepotū
Sollicitant: & calcar habēt: abigūtqꝫ veternū.
Id voluiſſe ſatis quotiens infirma reluctant
Membra operi/totiens operi par ſola volūtas.

Hec ſenior. contra ꝑles ita regia fatur

Secūda q̄ſtio de natura hñt⁹ moralis.

Poſtq̃ corda metu Paulum ſedata remiſſo.
O pater humanas ſi noxia corpora mētes
Sola hebetant: quę me fluxa compage ſolutū
Neſcio quę ſegnē grauitas & inertia lentū
Reddit adhuc? & adhuc curis mortalib⁹ angor?
Ante oculos eſt mœſta domus. ſuſpiria matris
Audio: & ex animo nūq̃ diſcedit imago
Germanæ dilecta meę. iactura remordet
Imperii rerūqꝫ frui quibus ante ſolebam

Rñſio

Paſtor ad hęc: hominū genus ad cœleſtia natū
Regna/per illecebras & blandimēta volutū
Aſſidue/ſibi complexis vulcania nodis
Vincula circundat: quibus irretita furorem
Mens ibit. & tandem Plutone imbuta maligno
Deſinit eſſe ſui compos: & libera quondam
Fert ſeruile iugum/patiturqꝫ inuita tyrannū.



Illecebris ſenſum blandis ingreſſa voluptas
Vincla facit: longæuo vſu concreta libido
Plumbea fit moles/& ineluctabile pondus:
Quo impellente labant aīæ populata medullas
Corporeas animum peſtis conplectitur omnem.
Iſta/vocant habitum/labes ita corripit acri
Morſu hominem/vt raptā mētem nō deſerat āte
Q̃ ſtyga & inferni tranſmiſerit ęquora ponti.
Mens ideo nunq̃ mundi melioris/ad arcem
Libera ſe attollit/niſi cum vexata malignos
Exuit affectus: colubrumqꝫ imitata reliquit
Inter ſaxa/ cutem antiquam / & terreſtre veternū.
Luctiſoni tandem defuncta laboribus orci
Euolat ad ſuperos: curſuqꝫ adit aſtra ſecundo.
Tum demum patris ora videt/tum dulcia libat
Pocula/tum dapibus licet indulgere beatis.
Vidiſti cum nube carent/quo ſidera cultu
Quo ſplendore micent? decor ille nitētis olympi
Prędicat in pulchro qui circuit omnia mundo
Immundis non eſſe locum. ſcelus ante piari
Eſt opus: ad ſuperos opus eſt ſine labe reuerti.
Hoc igitur cōmune iter eſt ad olympica regna.
Eſt tamen & ſine multiuijs ambagibus orci
Semita: quę ad cœlos recto vehat ardua greſſu:

Sed paucis conceſſa. quibus fuit aſpera virtus
Suppliciũ fraudans Genium/& petulãtia frenãs
Corda/premẽs omnẽ affectum/reſecãſq; furorẽ
Albert⁹ Fomitis/a prima venientis origine patrum.
Qualis in inſigni terræ drepanenſis alumno.
Qui viuens Albertus erat. Trinacria lumen
Hoc terris illuſtre dedit/ſiduſq; decorum.
Tanta viri probitas/vitæ excellentia/morum
Integritas & fama omnis diffuſa per vrbes
Credi hominẽ nõ terreſtem/ſed ab ęthere lapſum
Fecit/& eſſe illo diuinã in pectore mentem.
Qualis in his qui vel flãmis vel ſanguine fortes
Petrus Pro Chriſto fudere animas. vt magnus olympi
Ianitor. & fidei ſcutum impenetrabile Paulus.
His bene de Chriſto meritis aperitur olympus
Sponte ſua: primo bifores a limine valuæ
Vltro abeunt alacri vultu penetralia pandens
Ianitor hos agit ad ſolum ſublime tonantis.
His datur extemplo elyſium fugiuntq; per auras
Nubiuagis ſimiles aquilis: vos pondere preſſos
Concretæ telluris adhuc ad limina mundi
Aſpirare nefas per humum veſtigia ferre
Cogit onus/more altilium/quibus vuida moles:
Ventris iter ſublime negat. ſegnemq; volatum



Reddit: & alato vetat ire per aera tergo:
Rerum opifex igitur terram miſeratus inertem
Segniciemq; hominum tantã tenebroſaq; corda
Caſibus humanis etiam poſt fata reliquit
Auxilium/iaciens etenim primordia rerum
Antrũ horrendũ ingens terrę in penetralib⁹ altis Antrum
Conſtituit/quæ ſint ſceleri inſtrumenta piando.
Hic animas habitum vitæ & telluris olentes
Deſtinat/& duplici tetram medicamine nubem
Diſſipat antiquæ noctis/fomenta tenebræ
Prima dux. nam ſole caret/qui lucis & vmbræ
Auctor apud ſuperos duodena perãbulat aſtra.
Sed neq; viuentem nouere trinominis ęthram
Lucis/ab humano iubar impenetrabile viſu
Quem dixere deum: ſolo qui ſidera vultu
Torquet/& in vacua terram ac mare ſuſtinet aura
Eſt duplex tormentum aliud quod verberat acri
Supplicio ęgrotãtem animã. nã frigora & ardor
Sunt tranãda ſemel contis per flumina quinq;
Quinq; ſalutaris referẽtia vulnera Chriſti.
Chriſtus enim magni ſemen cœleſte parentis Moralia
Quinq; redempturus zonas telluris & vndæ/
Vulnera tot paſſus. verum quibus altius hęrent
Hæ maculæ/quotiens opus ẽ/vada liuida ſulcãt.

Hoc duplex curandæ animæ medicamen ab alta
Conſilij patris ęterni ratione repertum eſt.
Namq; hominum ſcel⁹ a ſenſu cõpreſſa volũtas
Concipit: atq; malo duplex de ſemine proles
Gignitur. aut nimium ſtimulis vrgentibus ardet
Igne calens ſtygio: legumq; repagula frangit:
Aut reſidet torpens & inerti languida ſomno;
Et quaſi lętheæ perfuſa liquoribus vndæ;
Triſtis opaca iacens fracto nihil inchoat orſu.
Omne quod eneruí torpore oppreſſa voluntas
Segniter omiſit: per frigora tranſit & vndas.
Quod ſuccenſa nimis ſaliente libidinis æſtu
Præcipitauit opus flammis aboletur & igni
In tenebris vbi nulla dies/ſed pallida ſemper
Nox: vbi nec flammæ: neq; ſol: neq; ſidera lucẽt.
Sunt quædam maria imenſis latiſſima campis:
Quæ ſepelit late glacies æterna: geluq;
Perpetuum: quali aſtricta eſt ſaturnia Tethys
Frigenti ſubiecta polo: ſubiecta pruinis/
Ac niuibus. dura aſſiduis aquilonibus: ora
Inuia remigijs: & ſemper inhoſpita nautis.
Venti amnes pluuiæq; ruunt: ruit horrida; grãdo
Increpitans. circũq; rapit niger omnia turbo.
Nam nec hyperboreis niuibus cũ gutture vaſto



Sibilat hybernus Boreas/deſerta getharũ
Sic inuoluit apud Rhophen/quę ſeperat agros
Pelleos a thrace ſolo. labuntur ab auſtro
In Boream nebuloſi amnes: piceęq; lacunæ.
Verum vbi cliuoſo voluuntur flumina curſu
Luſtrandis vada ſunt animis: vbi colligit vndã
Ingenti ſentina lacu/ſunt regna profundę
Mortis. & in medio belialia tartara mundo.
Sunt loca flãmarum ſine fine patentia vaſtis;
Aequoribus maiore ſinu/q̃ Gallia: q̃ q̃
Gallia diffuſum late circũferat orbem.
Nunc & enim ſubter gallos & celtica regna
Imus/vbi iuga bellipotẽs ruit inuia pœnus;
Hannibal & iunctas equitauit nubibus alpes
Omnia quę flammis/quę ſunt alimẽta calori
Pinguia ſub terris/illuc delata feruntur
Et ſecreta meant per ſpiramenta viaſq;/
Quas aperit natura operi famulata ſeuero.
Huc picis huc maltæ veniũt huc ſulfuris amnes/
Huc olei fluor/huc penetrans Aſphaltic⁹ imber
Manat: & ex iſtis confuſum eſt omnibus ęquor.
At deus iniecit flãmas: ſecuitq; patentes
In tellure aditus/quibus huc & nubib⁹ auſter
Atq; procelloſus Boreas. & nimbifer eurus

Ac zephyrus comiteſq; ruant & ſurgere iuſſit
Vndiq; perflata īmiſſis incendia ventis.
Sed nebulas accenſa palus attollit & ig: ē
Nubibus inuoluit piceis globus ater & vnda
Caeca vaporantis tenebrę ſub fornice nigro
Huc illuc vaga proſerpens vbi nulla repta eſt
Ad ſuperos via contorto in ſe vortice flāmis
Incubat & denſa inducit calligine noctē.
Noctem inquā late extenſam/longeq; vagantē/
Sed dubiam flāmis ſub nube ferētibus ægram
Incertāq; die̅. vix vt pręſentia cerni
Ora virum fas ſit/notoſq; agnoſcere vultus.
Nigra dies/nox alba chaos facit.æquore toto.
Continue incluſi lento ſub gurgite venti
Quos ſpirare palus viſcoſo imperuia tergo
Non ſinit/ indignati altos pulſo æquore mo̅tes
Niſibus attollu̅t validis:ſublata dehiſcunt
Dātq; aditū vada fracta volāt magno agmīe vētī
Omne ſolum tremit/atq; tonat.ſinuoſa reclamāt
Littora torua cauis Echo procul aſſonat antris.
Adde q; ex cocta flāmis teſtudine ſemper
Saxa pluunt:quę illiſa focis incendia magno
Cum ſtrepitu calligantes iaculātur in auras:
Irritati ignes ſtrident.& fulmina noctis



Terrorem ingeminant .altoq; obſcura boatu
Flumina & antra ſonāt toruū.ruere ardua dicas
Culmina cœlorum/& fractis totum axib⁹ orbe̅
Inarime nihil eſt prochyte nihil: Aetna caminis:
His collata licet ſiculo cōiuncta Peloro
Littora tranſiliens flāmarū vndāte volatu
Porrigat in fines Italos caput:æquora ſupra/
Eſt veluti ſi vere aliquis puerilia bello
Ludicra/ſi Troia Mmarti cōponat equeſtre̅.
Vix ſinit atroces gemitus audire dolentū
Hic fragor/& denſum ac voci īpenetrabile cœlū
Per vada lenta trahūt animas mergūtq; ꝑmūtq;
Implicitas fundo terreni īmania Ditis
Agmina:quę obſcuro genitor ꝑfecit auerno.
Et q̄q̄ ſit frigus idem per frigida q̄q̄.
Ignea ſint hiſdem flāmis loca torrida ſemp/
Pro meritis tamen hi grauius plectūtur.at illi
Mitius.vt quotiens ſub eodem corpora ſole
Multa iacent terris/min⁹ hoc/magis ęſtuat illud.
Talibus inferni recitante̅ arcana profundi
Marmoreo pallore rigens recharedica proles
Inſequitur gelidę per opaca ſilentia noctis.
Affatur ducem. Poſtq̄ ſic ſtellifer axis
Atq; dei rebus dominās immobile fatum

Fert ſtygios tranabo amnes contagia ponā.
Cuncta feram: neq; ſupplicium commune recuſo
Tertia q̄ſtio de natura purgatorii
Sed te diue pater per numina ſancta precamur:
Quis modus in pœnis? & quod ſolamē in orco?
Exilio quis finis erit? nullāne relinquit
Cœlorū regnator opem ſub nocte ſepultis
Regni acherontei? forſan clemētia ſummi
Tanta patris ſurda miſeros ita pręterit aure?
Sic memorans ibat/curiſq; ardebat amaris.
Cui ſenior. quid adhuc vano ſate ſanguine regū
Reſpon.
Corda metu lanias? & ſub tellure videbis
Dulce aliquid. cōmunis amor deus oīa dulci
Suſcipit affectu: blandiſq; amplectitur vlnis.
Nec facit has odium, pœnas/ſed amata ſuorū
Vtilitas: quos ſtelliferos vt tollat in axes/
Expiat: atq; ſitum flammis abradit inertem.
Nil tibi cum duro imperio Plutonis auari/
Qui ſemel abſorptas nō euomit āplius vmbras
Hæc loca quo tendis nō ſunt vexanda tumultu
Perpetuo/non ſunt vt in imo tartara fundo/
Arbitrio turbæ infernę conceſſa furenti.
Nulla hic allecto. nulla hic bacchatur Erinnys/
Cerberus hinc latrator abeſt. veſania Ditis
Hinc excluſa. tenent hęc regna cathartica diui/



E magnis diui ętherei primatibus aulæ/
Cū Stephano biſſeptem alij. quos pronus ad arā
Inter verba ſilens profert arcana ſacerdos.
Sunt tamen & lemures: ſed nil crudeliter audent.
Nil temere inuadunt iuſſi ad tormenta miniſtrāt.
Diui vmbris adſunt pauidis/& ſæua ſatanum
Corda vetant toto in miſeras ſæuire veneno.
Pone metum: ſemel ire fatis/delebitur vno
Quicquid labis habes quicquid mortale natatu.
Eia age chare puer ſemen regale memento
Quo cœptum te ducat iter via tendit ad aſtra
Qua graderis. iam ſtellanti deuotus olympo
Obſcœno das terga luto: tuaq; cymba quietos
Nauigat in portus/vbi tempeſtatibus vnda
Libera/per nullas nunq̄ reditura charybdes
Nam nec vt Alcides Alcmenæ filius olim
Vt facunda canunt veterum mendacia vatum/
Pelideſve tuas iterum remeabis ad oras/
Mortales vbi cum brutis communia tecta
In putri tellure habitant: ſed ſcandimus orbes
Aethereos/vbi cum diuis in vertice mundi
Sunt læti ſine fine dies: vbi regna videbis
Illa ęterna deum tranquilla in pace tenentem.
Vt ſuperos igitur videas/dubitabis auerni

Per faciles ſemel ire vias: audiuimus olim
Pleroſq; vt tuſcum Tyberim/Romamq; videret
Ad breue congeſtas moles ad marmora temp⁹/
Extremos veniſſe indos/qui littora cancro
Qui Libræ ſubiecta colunt. Veniſſe ſupremos
Aethiopes: vbi ſolis equos in cornua ſurgens
Aegoceros verſo cogit diſcedere plauſtro.
Mēbra trahens vix ęgra ſenex quater orbe pacto
Nunc tuus ad ripas auus eſt appulſus/& vncis
Saxa tenet manibus/prehēſaq; elabitur alga.
Illum inq̄ qui marte graui bella aſpera geſſit
Impiger/& primæ exultans ardore iuuentæ.
Mox placido pacis ſtudio meliora ſequutus
Ocia compoſuit mores populiſq; redactis
Ad patrias leges morti conceſſit: & inter
Cocyti verſatus aquas feſtinat ad aſtra
Ipſe viæ moderator erit. tranabitis ambo.
Poſt vbi perfecto traieceris ęquora curſu/
Adueniam: cœliq; iterum te in luce videbo.
Mellifluo gaudentem animo: nec tempora lōgas
Illa moras facient. tunc me de ſede reuerſum
Aetheris aſpiciens lęto amplexaberis ore
Et tandem æthereo mecum potieris olympo.
Talibus anxietas iuuenis reſtricta ſubinde



Soluitur: atq; acres ſtimulos altumq; dolorem
Extenuans triſti mentem languore ſepultam
Erigit. ac tenebris curarum emergit opacis.
Vt ſolet hybernis tandem de nubibus aer
Sopitis exire notis/cum vere tepenti
Martius Atlantem zephyris afflauit/& hortos
Heſperidum. leniq; gelu diſtemperat aura.
Lęta magis fari iuuat: atq; informe iacentis
Scrutari telluris onus/rerumq; latentes
Diſcere ſub terris cauſas. & paſcere mentem
Dulcibus alloquijs: animūq; extendere circa
Naturæ ſecreta altis adoperta latebris.
Suſpiciens igitur proles ita regia fatur.
O pater hanc maſſam iformē ornatuq; carentem — Quarta q̄ſtio de diſpoſitione rerū creatarū
Et chaos iſtud inops lucis. nū credere dignum ē
Abſoluiſſe deum vel contempſiſſe? repugnat
Tam celeri moles rudis & confuſa magiſtro.
Patris opus natura recens nil pendere viſa eſt
Has tenebras: & in hoc ſeſe exhibuiſſe nouercam
Per ſituoſa cauis atq; aſpera cotibus antra
Nox ęterna ſilet. cruda atq; immania ſaxa
Fruge carent: neq; terrigenis animātibus vſum
Suppeditant. cœli radijs imperuia fœtum
Ferre negant: ſed torpet iners ignauaq; tellus.

At contra ęthereos orbes & ſidera tanto
Lumine/tam eximia ſpecie/tam diuite cultu
Finxit/vt hęc formæ locuples opulentia matrẽ
Prodat/& in tanta pietas effulgeat arte.
Quis decor auroræ? Veneri quæ gratia? q̃tus
Fulgor in aſpectu ſolis? noua luna venuſtis
Cornibus accenſam fraterno lumine frontem
Erigit/& pulchro graditur per ſidera vultu:
Nocturno quę forma Ioui. quis in oĩbus aſtris
Splendor & ornatus? quot ſe via lactea flãmas
Induit extremis oriens a finibus auſtri/
Et gelidam prono quęrens erymanthida lapſu.
Et patrum natura igitur fœcunda priorem/
Segnis i hũc/ſteriles quaſi faſtidita ſub vmbras
Tellurem infelix opus abieciſſe videtur/
Et raptam ex oculis cæco immerſiſſe baratro.

Reſpõſio

Tum ſenior ſancta ora mouens primordia rerum
Inchoat/& veteres mundi reminiſcitur annos.
Cum pater hanc molem cœli/terræq;/mariſq;/
Conderet Archetypi ducens ab imagine mũdi/
Cuncta prius confuſa rudi produxit aceruo.
Mox opus amplectens calefactaq; viſcera flatu
Viuifico penetrans ſyncęra ac lympida primum
Corpora diuinoq; magis vicina decori



Suſtulit: hinc cœlorũ orbes molitus & aſtra.
Inde iterum meliora tulit flãmamq; vocauit:
Quam phœbi germana leui circũuolat axe.
Materiã rurſum ſubigens/quod ſanctius hauſit:
Mobilis aura fuit: quę fuſa ſub ignibus aer
Dicitur, & circũ glauci maris ambulat æquor.
Quæ ſupeſt maſſam humentẽ fluidũq; liquorẽ
Et quaſi pingue lutum ſecuit. defluxit in vndas
Pars obſcura min⁹: pelaguſq; impleuit & ãnes.
Altera pars tellus/q̃ põdere preſſa ſub alto
Aequore delituit fuſo ſuper vndiq; ponto.
Sed pater humanũ exilium fraudemq; futurã
Præſago recolens animo ſup ęquora tractã
Extulit & pelago ſtatuit confinia circũ
Littora concedens: vt cũ vexãtur ab auſtro:
Longius excurrant fluctus æſtuq; refuſo
Excremẽta abigãt rurſũq; reciproca verſo
Refluat vnda ſalo poſitis in littore conchis.
Scilicet vt vaſta mole exonerata profundi
Terra hominũ genus atq; feras nemorũq; virẽtũ
Paſceret omnigenas ſtirpes: alimentaq; iactis
Annua ſeminibus materna educeret aluo.
Non ergo artificis vitiũ primordia mundi
Leſit: vt obſcurũ hoc: generoſũ euaderet illud:

Hoc ars:hoc ratio: operũ natura popoſcit.
Mente creanda rũ deus exemplaria rerũ
Seruat:& ęternis in ſe videt omnia formis.
Et quo quidq; modo fieri:quo limite claudi
Poſſit: vt in rebus nunq̃ labatur agendis.
Sub tellure vapor duplex telluris & vndę.
Fumus vterq; leuis/rarum atq; volatile corpus
Aret hic vt tellus.madet ille ſimillim⁹ vndis.
Hæc infirma prius: viſuq; incognita:ſed cum
Sole carent agitata furũt. tũ motib⁹ alpes
Aereas quatere inſolitis:& viſcera terrę
Irritare graui impulſu reſerare cauernas.:
Eructare ſolent fontes.ignotaq; clauſtris
Flumina diſiectis:includere vallibus altos
Sępe lacus:ſępe & veteres reſtingere curſus
Amnibus:vt moles dederit conuulſa ruinã.
Omnia quę ignarum credit miracula vulgus.
Hinc rores:pluuiæq; ca dunt:gelidęq; pruinę
Grãmineis inimicę agris: ventiq; niueſq;.
Atq; boum vanos grando euerſura labores.
Adde cometarũ ardores:quę bella minantur:
Et regum interitus.adde ore tonitua rauco.
Adde procelloſis ſata fulgura nubibus. adde
Fulmineas iouis arma faces.& hiantia campis



Chaſmata proſciſſis/ſtygiam penetrantia noctẽ
At quia congreſſu in longa data copia fandi/
Altius hęc repetam magni primordia mũdi
Quinq; cathenatis inter ſe viribus: vnde Elemẽta
Cętera quę viuunt vitęq; carentia ſenſu
Corpora fluxerũt.tellus. mare.ventus & ignis.
Aether/& aſtrorum vires.& olympica virtus.
Quattuor in pugnã coeũt elementa:modũq;
Non habet æterno flagrans diſcordia bello.
Perpetuũ cartamen agunt opus omne caducũ/
Si cœli conſenſus abeſt.labor irritus omnis
Quem male fortunant aduerſo ſidera vultu.
Sidera coniũgũt radios/& lumina miſcent
Mille modis:nã mille modis ille arduus aſtra
Motor agens famulos operas diſpertit in om̃s
Mars ignẽ. Saturn⁹ humũ: mare Luna gubernat:
Iupiter aereos tractus.venus ignea cauſas
Allicit in coitum thalamis pręfecta maritis.
Sol concepta fouens:coquit & maturat alẽdo.
Mercurius cõſumit opus/formaſq; miniſtrat
Et vitas animantũ omnis/animaſq; minores.
At ſolus nobis animus deus æthere ab alto
Inſpirare poteſt.animis ea gloria noſtris:
Orbis imaginibus rerum ſtellatus & ignes

Quos lucere polo videt hinc mareoticus auſter
Caſpius hinc boreas/& cũ ſublimibus alto
Aethere ſol decurrit equis & frigida quando
Subter humũ gradiens tacitę facit ocia nocti/
Viſcera terrarum ſubigũt: operãq; creandis
Aſſidue indulgẽt/reparentur vt omnia rebus.
Ire polos natura iubet. modo ſidera torquet
In boream: mõ in æthiopes. mora nulla citatis
Orbibus: altrices penetrant ſola & ęquora flãmę.
Talibus armantem naſcentia viribus aſtra
Merantẽq; domos ſuperũ proſpexit ab vndis
Quarta oriens aurora deum. cũ ſidera titan
Aureus octauo radiis accenderet orbe.
Hinc varię telluris opes: & gloria frugũ
Diuerſis diuerſa locis. Extrema relinquam
Externis: nõnulla obiter noſtratia tãgam.
Tarnus aquas vehit auratas. inſignia docti
Mœnia tolleti fulua tagus ambit harena.
Adde locupletem ſicorĩ: qui cingit Ilerdam.
Adde numãtinę durium decus vrbis. & ipſum
Aſtura ducentẽ gelidis e cautibus aurum.
Nec te tranſierim populis quã fama duobus
Depoſitis feciſſe odiis obliuia Lethe.
Hęc vada cœlorũ radiis afflata ſecundis



Auriferos prima ſorbent ab origine fontes.
Nec calybũ minor vſus aquis. nec bilbilis ãnem
Fama minor celebrat. q̃uis nõ aurea voluant
Flumina. ſed rigido Marti famulentur & armis.
Singula quid referã? labuntur in omnia flammis
Sidera mobilibus: ſubeuntq; per intima mundi
Viſcera, & omne ſolum/latebras/& inertia ſaxa
Fruge aliqua inſignire parant. nec inutile tanta
Eſt in mole aliquid. ſeruit mortalibus omne
Hoc opus. & de⁹ ipſe homini ſe accõmodat ipſum
Flecte oculos: ſquarroſa vides & olentia ſaxa/
Igne vbi concepto nebulas liquentia voluunt
Sulfura/vt ęmathijs orrẽs ſcaptenſula campis?
Fonte ſacer tepido genit⁹ caua marmora ſubter
Curſibus increpitat longis liquor/altius omnem
Extirpare potens morbũ quo frigidus imber
Vertice dilabens ęgros circumligat artus.
Labitur in lygures & cinctam montibus altis
Effuſis humectat aquis/& nominat vrbem.
Namq; ibi ſuſpenſo riuus facit inclyta curſu
Balnea/ſaxoſi clarum decus Apœnini.
Hic lapis argenti ſquãmis armatus/& auro
Aſper/opes/ditemq; ſoli pronunciat aluum.
Stellifer orbe ſuo qui continet omnia mundus

Vim occultam dedit his tenebris opulētia cœlo
Exit.& omuipotens terras fortunat olympus:
O regnum quod Maurus iber iam ſęcula ſeptem
Iniuſtis premit imperijs maris ęquora circum
Herculei: q̃to pollet glębæ vbere: q̃tas
Condit opes tellus: vbi longa volumina Bethy·
Flectit: agēs humiles mala cēſi a littore cymbas.
Hæc memorans gelidis ſenior ſub mōtibus ibat/
Cum ſonitu puer inſolito perterritus inquit:
Quīta q̄ſtio vbi deſcribit Italia. Heu quiſnā fragor obſcuris īmurmurat antris?
Iam ne erebi ſum⁹ i foribus? Iam nunciat orcus
Illa horrenda Pater ſtygis illa ardentia tecta
Hoc ſtrepitu? pad⁹ eſt padus eſt audētius inquit.
Rn̄ſio Ingredimur fines italos. ſub montibus altis/
Incipit & ſaliens prępruptie vertice ſaxi
Vnda abit in pręceps: fundoq; illiſa per antrum
Mugit: & irrorat pluuiali aſpergine cautes:
Mox fugit Italiam verſus. ferturq; citato
Amne per inſubres: Adriāq; humilēq; rauēnā
Montanis loturus aquis: & flumina vaſto
Multa ſinu adriaci laturus in ęquora ponti.
Gallia pars prior Italiæ ſupereminet olim
Cognomen ſortita togæ noua nomina gentis
Accipit a cultu ſcythicæ: cui plurima torua

Franci



Barba feri argumentum animi pendebat ab ore.
Tenditur ad leuam magnis Germania campis
Oceanum: Boreamq; petens: vbi littora cimber
Incolit arctoum longe porrecta ſub axem.
Sed deus hoc latus Italiæ circundedit altis
Molibus: vt Rhenus curſu violentus: & vnda Alpes
Pręcipiti Rhodanus procul excludātur: & Iſter:
Nam coniuncta pado fierēt tot flumina vaſtum
Aequor: & abſorptos tegerēt maria ūdiq; cāpos
Hic albæ ductæ a niuium candoribus alpes
In cœlum capita alta leuant. de cautibus imis
Exiliunt magni rauco cum murmure fontes
Impleturi amnes rapidos. hinc larius ingens:
Hinc vitreis ticinus aquis: hinc montibus altis
Olius erumpens. & leni Mintius vnda.
Ipſe ſatus patre benaco per paſcua ſerpit
Et Mantoa ſinu complexus mœnia magno
Eridani ſe iungit aquis: vbi fama leonem
Vandalicas placaſſe iras: odiumq; tyranni.
Hinc Ateſis ſyluis oneratus & abiete: rauco
Impete pręcipitat cęſo vada conſcia cimbro.
Multiiugo contra dorſo Apœninus in auras
Editus/& longo fugiens per nubila tractu
Diuidit Italiam. populiq; vtrinq; feroces

Circũhabitant. qua barbarico pertũditur auſtro:
Sunt lygures: ſunt tyrrheni: forteſq; latini:
Gens regum diuumq; ferax vbi Martia Roma.
Qua nulla vrbs toto dominata eſt latius orbe.
Et campanus ager: cui veſtro ſanguine reges
Imperitãt vſq; ad chalabros ſiculãq; carybdim.
Qua videt auroram fluctus agit adria vaſtos.
Qua latus obuertit gelidis aquilonibus altum
Veliferas vehit effuſo padus ęquore puppes.
Et ſinuoſa trahens flexis veſtigia ripis
Frugibus egregias operumq; laboribus vrbes
Alluit. alpina tumidus niue ſęuit: & iræ
Impatiens fracto in virides ruit obice campos.
Non eius comitamur iter: Phaetontidis vndas
Iamdudũ inſequimur. lati vada curua ſecundum
Liquimus Aemiliũ dextra: Venetũq; ſiniſtra
Sed iam conuerſo in mõtẽ deflectimus antro
Flãminiam ſubteruecti. collemq; ſubimus
Vnde ruit ſaxoſa iugis claterna niuoſis
Hinc aponi fons ille vetus toto inclytus orbe:
Qui meminit iactam Romano a Cęſare ſortem:
Exit in euganeos colles. fluuiumq; calentem
Sulphure porrectis in cœlum e mõtibus haurit.
Nec procul hinc etruſca vado corſena tepenti



Voluit aquas: & fumiferũ pluit vndiq; rorẽ.
Flecte oculos. viden egreſſum de marmore fõtẽ
Nitroſo ſale conditũ: perſulfura lõgũ
Flectit iter curſumq; citãs ſe accendit: & ignẽ
Concipiens exit gelidos vbi felſina mõtes
Mittit ad Etruſcos auſtriq; tepentis ad axem
Terra metallorũ genitrix: & mater aquarũ
Et theſaurus opũ nutrixq; vberrima frugũ.
Naturę genitale aruum: ſub principe diuũ
Vna ingens dom⁹ eſt mũdus: tegit omnia cœlũ
Latius & magnis elemẽta amplectitur vlnis.
Sub cœlo minus ampla leues tentoria flãmę.
Aura maritalis thalamus: maris vnda cubile.
Acta viri tellus coniunx deus omnibus auctor.
Ipſe ſedẽs alta cœlorũ in puppe gubernat
Qua libet intorquens dextra omnipotẽte carinã.
Nã deus eſt imenſa: omni ſine corpore ſimplex: Quid eſt deus.
Viua: ęterna: potẽs: vigilãs diffuſa p omnẽ
Corporeã molẽ ratio: ſimul omia quę ſunt
Quę in cauſis ventura latẽt: q̃ ſuſtulit ætas
Iam finita: in ſe cernens: ęquabile cũctis
Numẽ & affectu vacuum: dũ cõderet orbẽ
Iſta maritauit: fœtũq; parauit ad omnem.

FINIS primi libri.

## LIBER SECVNDVS.

TALIA GRANDILOquo memorans audentius ore/
Vmbroſum carpebat iter/cũ turba repente
Ingruit a tergo increpitans velut agmen aquarũ
Quas boreas nimboſus agit/vel turbie rauco
Aphricus in ſummos iaculatus fulmia mõtes.
Subſtitit admirans ſenior. vultuq; ſeuero
Cogitat. obſeruatq; oculis ac pectore firmo
Tam grauis euentum ſtrepitus. Ruit ecce ferarũ
Effigiem veſtita cohors. crebroq; coruſcans
Igne tonat. pars ora canũ. pars ora luporũ
Porrigit in longos rictus. terga hiſpida toruũ
Lumen. & aſtricti lato ſub pectore ventres
Pubetenus: tortos caudę ſinuantur in angues.
Et q̃q̃ iuuenis tali duce & auſpice tanto
Innocuũ cognoſcat iter: tamen horret/& alto
Corda gelu tremuere pauens ex aggere ſeſe
Proripit extẽplo. & viſu non ſuſtinet vmbras
Queſtio vj. d̃ natura demonũ
Terribiles: raptoq; oculos inuoluit amictu.
Et quorſum fragor iſte Pater. q̃d auernic⁹ inquit
Hic ſibi vult chor⁹? atq; ferarũ hoſtilis imago?



Rñſio

Tum ſenior quę tanta tibi veſania clamat
O vulcane? pios manes tam atrociter vrges:
Quos pater vnius curſu tricteridis acto
Trãſferet in ſuperos? Nõ ſunt maurive arabeſve
Quos rapitis genus eſt noſtrũ. video ora liquore
Tincta ſacro: fideiq; agnoſco in pectore ſignũ.
Pignus habent cœli: nec ſũt ad pabula Ditis
Progeniti: nuper noſtris cecidere ſub armis
Dũ iacit excelſa contos Eliberus ab arce
Parce pię genti. Perſas prędare ſyroſq;
Immanes prędare Arabos: permiſſa furori
Illic lora tuo. quos nõ dignatur olympus
Luce ſua procul eiectos concedit auerno.
Nõ ſecus ac memorãt aquilã detrudere nido
Pignora: quę nequeãt acies attollere in orbẽ
Solis & ætherei quib⁹ eſt graue lumẽ olympi.
His perculſa cohors vt cõtẽplata decorũ
Maieſtate ſenẽ: fugit pede concita verſo.
Non ſecus ac dammę plębs indefenſa fugaces
Aut imbelle pecus lepores: cũ forte leenã
Vel ſpartam videre canẽ: cõuerſa repente
Pręcipiti dant terga fugæ. preſſiſq; ſubintrãt
Auribus obſcuri nemoroſa ſilentia ſaltus.
Tum ſenior dux ille chori furialis acerbus

Dum ſtabat Iouis imperium: dũ falleret orbẽ
Et venus & mauors: & cætera turba deorũ
Ante hoím ſacro reparatã ſanguĩe gentẽ:
Mulciber & vulcanꝰ erat qui ſæua tonãti
Fulmĩa cudebat. Lemni regnator: & Aetnæ.
Nunc rapit errãtes animas/quę corpore functę
Aerium p inane volãt. comes additur illi
Antiquus niger ora ſterops: & fauce cloacã
Semper olens Brontes oculis & nare Pyragmõ
Flãmeus & clamãs lato ferus ore Boaphõ.
Mõſtra horrenda animas gaudẽt terrere minãdo
Seu ſtagnũ luſtrale petant: ſeu perdita regna
Ditis: & ęternis vlulantia tartara pœnis.
Nec ſolũ hos crede in ſimiles exire rapinas:
Quotquot erant olim falſi Ioue principe diui
Agmina mille volãt: cuneiſq; p aera factis
Sorte datas gentes adeũt. hi põtica regna
Hi ſpoliant mauros: alii prędantur Erembos:
Aſſyrios alii penetrant. atq; indica longe
Oppida nil tutum eſt. cãpos mõtanaq; luſtrãt
Cõcutiunt nautas: tẽpeſtatũq; procellis
Inuoluũt freta: tellurẽ populãtur: & auras
Irati vento inuadũt. cõuellere montes
Eſt animus niſi crudeles compeſceret auſus



Vis ſuperum/terram rabies infrenis & omnes
Terrigenas iampridem alto ĩmerſus auerno.
Quod poſſunt ſcelus oẽ modis in pectora miris
Inſinuant/docti varias effingere formas.
Et quotiens opus eſt auras in corpora docti
Cogere/mentiri/ambiguis illudere verbis.
His ex orbe dolis prędã atq; ampliſſima toto
Furta legunt/vi/blandicijs/& fraude potentes.
Non aliter q̃ ſi hoſtiles populator in agros
Cum bellona fremit: Martiſq; licentia regnat/
Miles eat/turmiſq; hominũ pecudumq; : coactis
Exultans redeat faſtu in ſua caſtra ſuperbo.
O pater. adiecit iuuenis. vetus iſta deorum Queſtio vij. q̃nã eẽnt dij antiqui
Progenies hominũ ne animæ qui talia quondam
Nomina ſortiti vel forte potentior vlla
Spirituum natura fuit: num credere dignum
Qui reſponſa dabat delphis/Pęana fuiſſe
Quem latona Ioui peperit cum virgine luna?
Tunc auus. audiſti nobis cum naſcimur/addi Rñſio
Par larium? genios etiam dixere latini
Hi mortalẽ hominem primo comitãtur ab ortu.
Et ſtudia in diuerſa trahũt quod in Hercule factũ
Fingitur: omnibꝰ eſt nobis commune. volupta
Omnibus & virtus nobis certamina ponunt

Hi duo ſunt genij/quorum qui vicerit/vmbram
Poſſidet:& magno vehit in ſua regna triumpho
Nam duo regna deus ſtatuit/cœleſtis olympi
Vnum aliud terreni erebi Ditiſq; profundi.
Regna ſuperna petit virtus:inferna voluptas.
Illuſtres animas quę poſt ſua fata relinquunt
Nomina magna putant hoīes alio quoq; ſæclo
P[illegible]ſſe quod in vita poterant.ideoq; vocantur
Quādo aduerſa premūt & quę ſuper aſtra ferūt:
Inſignes pietate animæ meritiſq; potentes
Magna valent:& opem poſſunt pręſtare vocatę.
Sed quæ regna adeunt plutonia:in igne ſepultæ
Aeternum ęgrotant Hę ſi fortaſſe vocantur/
Lar malus illarum vitæ comes omnia doctus
Ingreditur ſimulans vmbrā/quę in vota vocat:
Et rude reſponſis hominum genus irretitum
Ambiguis ludit.ſic numina falſa recepit
Credulitas humana.ideo miſeratus olympi
Rector ab hoc errore hoīem poſt multa retraxit
Sæcula:ne ęternis premerent ambagibus orbem
Tartara:& amiſſa iam maieſtate fugati
Ex adytis ariſq; lares reſponſa vetantur
Publica vt ante dare:& verbis illudere vulgo.
Sed tamen ingenijs acres vſuq; periti.



Moliri non pauca valent.& plurima nauant
Probra per inſidias.hominiq; imponere gaudēt
Ergo infelices animas plutonides vmbræ
Corripiunt/longiſq; trahunt in tartara pompis.
Ad plutonē adit⁹ patet vndiq;/& vndiq; ad aſtra
Spiritibus quib⁹ ante chaos loca rector olympi
Deſtinat hęc:tum prorūpens in verba repente:
Cur patribus diuerſa animis loca rector olympi — Queſtio octaua de pdeſtinatione.
Deſtinat hęc Alphonſus ait chaos ante creatū?
Iuſtitiæ ſi tanta deo cuſtodia/mundum
Aequali ſi lance regit/cur iudicat ante
Omne operum fas atq; nefas?labitur ergo
Cura:labor:meritum.fruſtra vigilantia fruſtra
Relligio/fruſtra pietas/opera omnia fruſtra.
Nec vitio vtilior virtus:nec dicere paſſus
Plura ſenex hęc mortalis temeraria vulgi
Sunt cōmēta inquit/quibus exercentur & ipſa — Rñſio
Corda virum pręclara pari circundata nube.
Nunc quę ſcire hominē fas eſt/Alphōſe docebo:
Cętera cum cœlo ſuperos intraris aperto/
Clara futura.deus liber neq; recta volendo
Proſequitur:ſed recta facit:ſine lege voluntas
Illa ęterna/illa oīpotens/illa omnia verſans
Non agitur:ſed agit quicquid deliberat ęquū eſt.

Humanas hucuſq; licet ſe attollere mentes.
Altius/antiquæ ſcelus atq; ſuperbia matris.
Talia per tenebras memorans audentius ibat:
Cum puer ęthereas animas deſcendere ad orcum
Concilio & cœtu ſuperorum: ac rege relicto:
Indignum ratus/ambiguo ſic incipit ore.
Queſtoi ix. de beatiitudne. Vos pater excelſo cælorum in culmine ſanctas
Qui colitis ſedes: animas vbi dulcia paſcunt
Ocia cœleſtes: quotiens inferna relicto
Regna deo petitis: triſtemq; venitis ad orcum.
Interea cœline dapes conuiuia diuum
Perditis: & dulces vitæ interrumpitis annos?
Paſtor ad hęc. Nõ ſunt quæ nos fecere beatos
Rñſio Sidera. nec cœlum. neq; dia relinquimus ora
Perpetuis fœcunda bonis: cum labimur axe.
Noſſe ſat eſt. qui nouit amat: pulcherrim⁹ auctor
Orbis: vt arcanum nos in penetrale recepit:
Tum noua lux diuorum: animis illapſa repoſtas
Ingenijs formas ſimulachra leuiſſima rerum
Diſicit & raptas mentes attollit in orbem
Lucis inacceſſæ: iubar immortale. quod ipſis
Cœlitibus ſolis cum vult aperitur/& vno
Explicat obtutu quæcũq; in corpore quondam
Scrutari voluere modis fallacibus vmbræ



Nã deus eſt( Alphonſe tibi cœleſtia pando
Nunc arcana. nefas viuis/ac dite ſepultis)
Mundus/ab hoc qui ſub rerũ fluxu atq; refluxu
Aſſidue fugit atq; redit/cadit atq; reſurgit/
Longe alius. viuũt illic homineſq; feræq;:
Terra fretũ venti/atq; ignes: & olymp⁹/& aſtra:
Et q̃cunq; deus mũdi produxit ab ortu.
Pluraq;/nam mũdo diuina potentia maior.
Sed nihil eſt illic titubans/mutabile fluxum:
Nã veluti ſi quis terrena animantia fingat
Ex auri ſplendore faber/vitamq; ꝑ artus
Influat/vna omni ſpecies erit aurea mundo:
Non eadem natura tamen. diuerſa ferarũ:
Diuerſa æquoreę ſobolis/diuerſa volantũ.
Sic vbi in æterno viuunt animalia mũdo
Omnia ſunt diuina. nihil quod deleat ætas.
Omnibus ora tamẽ ſua ſunt. neq; tẽpora mõſtrãt
Tempora & ætates rebus dare ſola volũtas
Et mõſtrare poteſt: illic/q̃dcũq; futurũ hic.
Quod fuit eſt. iſte illius tenuiſſima imago.
Illic Troia manet: ſimul expugnat: & ardet:
Et tollit recidiua caput. Modo fulminat atrox
Fimbria: & interitus miſeræ nouus ĩgruit vrbi
Sylla iuuat: ſtructiſq; locat noua ꝑgama muris.

Inſequitur Meleager aprum. Venabula Nemrot
Vibrat. & Alcides lapithas domat & centauros.
Gręcia cũ Perſis pugnat. Pellæa iuuentus
Arſacidas expugnat adhuc. feſtinat ad indos:
Et metamur apud ſtagnãtem mœnia Nilum.
Naſcit Aeſonides. pelagus noua nauigat Argo.
Naue petunt Gades tyrii. Salamina relinquit
Teucer/& antiqui comites Antenoris alto
Iactati ſubeunt phrygiis vada bethyca remis
Amittit ſua Geriones armenta tricorpor.
Bella gerit Pœnus: ꝑmit obſidione Sagũtũ.
Roma tremit. ſcandũt ſenones capitolia Galli.
Nauigat in libyam Dido. Carthaginis altæ
Fundamenta iacit: domito garamãte ſuperbit
Imperio late miſſo: ſup æquora labens
Cũ flãmis Roman⁹ abest. deleta ſepulcrũ eſt
Byrſa ſibi gentiq; ſuæ per gallica Cæſar
Regna furit iunctis trabib⁹ iugat ęquora Rheni
Vexat adhuc noſtros alacer Sertorius agros
Gentis ad excidiũ ſolymę Tytus agmĩe magno
Tendit: & vltrices aquilas attollit in altũ.
Cingitur oceano tellus. medioq; receptũ
Ipſa ſuo oceanũ gremio diffundit ad ortũ
Solis. ad ãdromadę ſcopulos. & amazonas vltra



Miſſus ab Europa libycũ diſterminat orbem.
Et tractu maiore Aſiam tria maxima mũdi
Mẽbra ſuis etiam gelidę cũ vallibus alpes.
Et rigui fontes. iugiq; perennia curſu
Flumina & æſtatis torrenti in gloria cœlo.
Sũt ſaltus: eſt om̃e auiũ genus: atq; ferarũ.
Per campos armenta etiam florẽtia tondẽt
Paſcua. circũdant auræ mare: & aera flãmę.
Et cauo ſtellato tegit omnia machina mũdo.
Hęc deus eſt. ſunt iſta deus. de⁹ om̃ia namq;. Quid de⁹
Propterea deus eſt mundus ſine corpore: viuẽs
Semper/& ęternis in ſe hic habitauit ab annis.
Cum veniunt illuc quodã quaſi montis ab alto
Culmine contemplatę animę ſpectacula mũdi
Admiranda noui/ſiſtũt veſtigia. & omnes
It ſtupor in ſenſus. qualem ſi in nocte ꝓfunda
Natus & integros aliquis nutritus ad annos
Extẽplo maria & terras ęſtate virentes
Et volucrũ genus/& pecudes/hoĩmq; labores
Cernat: & ardẽti titanem aſcendere curru:
Cõciperet: diſci ex minimis ſi ingẽtia fas eſt.
Ex viſu conceptus amor quo tota repente
Mens accenſa calet: rapidis incendia flãmis
Tollit inardeſcens ſemp magis. ignea tandẽ

Corda facit/velut vndantē proiecta ſub ęthnā
Ferrea fruſta bibūt ignes:atq; ignea fiunt.
Hinc noſtri dixere patres empyria regna.
Hinc cœlos antiqua ætas appellat olympū.
Nā flāmis atq; igne micant illa ardua mūdi
Tecta:vbi cœlicolę campis ſpatiūtur apertis.
Hæ mēſæ noſtręq; dapes/amor atq; voluptas
Hęc opera:hę curę ſuperis.ex mēte reuulſū eſt
Quicqd opū quicquid regni poſſedim⁹ olim.
Nec reuocare animos nec ſe cohibere facultas:
Vt dulcē hunc ſtimulū mens inflāmata recepit.
Mortales curæ inſtabiles:quia nulla capaci
Res animo terrena ſatis.nec frena ſupbos
Quadrupedes niſi dura domāt.tenet āchora ma-
Nō niſi magna rates.nos nūis vna fruēdi (gnas
Cura alto ligat ęternis in amore catenis.
Hęc ſenior.Proles iterū ſic Regia fatur.
Eſt aliud quod terrigenę mirant/& ipſum
Me quoq; dū varios caſus & fata reuoluo
Incertū ſuſpendit adhuc.Tu ſancte Sacerdos
Cui cælum:cui terra patet.da ſcire latentē
Tempora quę tm̄ variat fatalia:cauſam.
Cur mea ſub metā primæ lanuginis ætas
Deſinit:in plures aliis extenditur annos:

Queſtio x.de lōgitudie & breuitate vitę



Neſtor

Vt Pylio de rege ferunt:qui ſęcula voluens
Iam tria quinquagīta altas ad pgama puppes
Duxit adhuc armiſq; bonus:patienſq; laborū
Militiæ:facundus adhuc:nec mole ſenectæ
Conſilij vel mentis inops:nec ſegnior ęuo.
Annoſiq; patres mundi primęua recentis
Progenies cani ſeros videre nepotes.
Et vetus ille auri diues ditiſſimus æui
Heſperijs quondam Rex argāthonius oris.
Et quem fama refert hyemes vidiſſe trecentum
Durū martis opus ſtrepitumq; ſequutus & arma
Gallorum ſub rege diu/quaſi fœdere facto
Cum vita/cum morte/ipſo cum principe diuum
Longam æui traxiſſe moram.ſeroq; ſepulti
Innumeros videre ortus obituſq; ſuorum
Sanctus Abel quaſi virgultum quod vere tepēti
Soluitur in flores teneris euanuit annis.
In cunis alij primoq; in limine vitæ
Ac ſi pœniteat diuumq; hominumq; parentem
Cœpti operis reddunt animas/retroq; citati
Prolatos reuocant intra mundi oſtia greſſus.
Talibus orabat dictis recaredica proles.
Cum ſic paſtor ait/cœli tibi debita poſtq̄
Regna puer/noſtroq; venis fruiturus olympo/

Rn̄ſio

Liberius tecum nobis licet omnia fari
Ille ſacer mundi vertex vbi ſidera viuunt
Semper & accenſi ſeptem ſplendoribus orbes
Tanta valēt ſup ęgra hominū & mortalia mēbra
Vt morbos & fata ferant. noua viribus aſtra
Imbuit his pater ipſe: ſuam pręcellere tanta
Maieſtate domum voluit dum cogitat artis
Incorrupta ſuæ generi monumenta futuro.
Et q̄q̄ cœli arbitrio præludia mortis
Sidera diſpēſent morbos: tamen autor olympi
Cum libet auertit radios. prohibetq; periclum
Sęuire in teneros fœtus/ vt debile gramen
Frondibus oppoſitis holitor defendit ab ęſtu.
Vel ſi forte iuuat/ dum cœli noxius ardor
Præterijt/ fœturam aufert alioq; reportat.
Nam neq; cum diri labuntur ab ęquore fluxus/
Omne ſolum inficiunt verum loca certa furentes
Accipiunt cœlorum iras. intacta ſuperſunt
Plurima: quo ſi diuū aliquē cuſtodia tranſfert
Protinus euadit labens a ſidere fatum.
Non ſecus ac fragilem e flāmis ſubducere teſtam
Figulus. atq; pater natum depellere ab ictu
Impendente poteſt triſtemq; auertere caſum.
Sed tamen affectus alios quoq; ſemen & aluus



In ſobolem tranſferre ſolent: vt teſtea vaſa
Ignibus ex alijs aliaq; vligine terræ
Accipiunt alios habitus: aliumq; colorem
Hinc aliorum alij mores: diuerſaq; ſurgunt
Ingenia: vt iunctæ fugiunt noua corpora cauſæ.
Et q̄q̄ membrorum animis natura repugnet/
Et trahere inuitos ſecum nitatur in omne
Quod ſenſum delectat opus/ tñ omnia mentis
Arbitrio/ niſi ſegniciem ſectata relinquat
Imperij ſceptrum & regni diadema geruntur
Ergo immortales animi terrena ſequuntur
Corpora/ & a prima veniunt vligine rixæ/
Gaudia/ mœrores/ metꝰ & ſine ſanguine torpor.
Hinc ſtudia: hinc mores: & mille coloria ſurgunt
Vota per ambiguos hominem rapientia caſus.
Hic Veneris ruit in furias: ſequiturq; canoram
Terpſichoren. hinc ille furens Lęandrius ardor
Nec medijs extinctus aquis. hinc ſeſtias Ero
Ebria Lęandro: percuſſa cupidinis auro.
Terrificos alius conos: Marteq; ſuperbum
Quadrupedēq; agit in gyros haſtamq; tremētē
Vibrat: & armatus fertur moriturus in hoſtes.
Aeacida Telamone ſatus. Salaminius Aiax
Talis Achilleides Pyrrhus: Priameius Hector

Talis & Aeneas patrumq; Alphonſe tuorum
Progenies attrita armis/exercita ferro.
Auari Inueſtigat opes alius/ſub diuite tecto
Viuit iops/nec habet qđ habet .miſerabile nūmi
Mancipium. ſic argenti cumulator & auri
Craſſ⁹. & improbior Craſſo qui vulnere gracchū
Seminecē aggreſſus plumbo caput ēſe reuulſum
Farſit/& affixum tereti circumtulit haſta.
Ambitiosi Sunt quibus ē honor oē bonū/& pſtātib⁹ hoc eſt
Ingenijs commune ſcelus. Ciuilia ſurgunt
Hinc odia. hinc ardent Marij Syllæq; furores.
Gracchorū hic fluit ābitio. Catilina venenū hoc
Hauſerat:& tanto concuſſa eſt Roma tumultu.
Venatores Lina iuuāt/maculoſa alios/indagine cingunt
Omne nemus. prędātur aquas:per inania tēdūt
Retia. ſollicitant valles/iuga/flumina/fontes.
Hinc glauci cephaliq; labor. per luſtra ferarum
Fulminat Acteon/latratuq; omnia complet.
Hinc ſtrictis captiua freti pecuaria clauſtris
Sergius/& magnis Neptunū molibus arcet.
Aedificatores Aedificant alij:atq; trabes ruituraq; ſaxa
Aere iugant/auroq; domos & murice pingūt
Immemores cœli atq; ſui/ſic omnia miſcent
Nullaq; mortales opera intentata relinquunt.



Aſtrorū inſidias deus & cœleſte venenū
In prolem ſequire nouā partūq; recētem
Nō prohibet:vitę quotiens iactura ſalutē
Fert animis. & enim parui mortalia pendit
Corpora perpetuas amat vt ſua pignora mētes.
Iamq; tiphernatem tyberim peruſinaq; ſubter
Ibant arua. Pater cū ſic Audentius inquit.
Alphonſe audēdū hic. Iouis eſt vicina pfundi
Regia terrificus tenebrarū hic incipit horror.
Nam triſtes vlulare animas mugire Baratrū
Audio:& inuitis vada olentia naribus hauſi.
Forſitā ingreſſu primo pauor irruet:vmbras
Cū cernes viſu horribiles:& inania formis
Ora ſub obſcuris/gētemq; errare ſepultā.
Nil tamē eſt hoſtile. animę ſpatiātur:& annos
Mente putāt veteres:amiſſaq; tēpora voluūt Purgādi
Hic tādem quod debuerāt dum vita manebat:
Conuerſis in cœlum oculis:& ſupplice vultu:
Se agnoſcunt:piget & lugēt & pectora tūdunt.
Horrori ſola eſt nouitas. famoſa p orbem
Regna erebi/quis non ſaltē ſemel omia quādo
Tutū credat iter:ſtudio inconceſſa videndi
Perluſtrare velit? ſtygiūq; inuiſere mundū?
Aude ergo:ac pręſenti animo loca ſingula ſerua

Deprehendes hinc eſſe deum. mortalia caſu
Non fluere incerto: fortunã & fata videbis
Inualidis contra arbitrium conatibus ire:
Ac iuſte puniri hominẽ: qui iura deũq;
Spreuerit. & q̃q̃ ſuperis dũ veſcimur auris
Vna habitẽt ſcelus & virtus: tñ omnia certis
Orbe alio dirimẽda locis. fore p̄mia laudi.
Et delectũ operũ ac meritorũ examẽ habẽdũ.
Non procul ad lęuam frigẽs & ſqualida mortis
Sub ſoracte domus/cui dũ regnaret: Apollo
Præfuit. Hirpini montẽ coluere ſabini
Manibus & Diti ſacrum: ſoliti ire per ignes
Hirpini/& nudis calcare incendia plantis.
Mortales huc uſq; licet protendere greſſus.
Vlterius prodire nefas. vitalibus auris
Terminus hic. mors hęc ideo confinia ſeruat
Imperiũ extẽdens hinc vſq; ad limẽ olympi:
Regna vbi luna ſuo mortalia terminat orbe.
Ad dextram locus vmbrarũ: quę flumĩe ſacro
Non lauere nefas primũ. qui attollitur arcus
Ille ingens cõtra ſummoq; in limine flãmis
Lãbitur atq; globos nebularũ eructat olentes/
Porta domus ſtygię. ſub qua Plutonia late
Regna latent vaſtis altæ ſub ſidere librę



Preſſa voraginibus. ſqualentq; adopta latebris
Irremeabilibus regnata ſatanibus antra.
Arctoæ penetrãt rupis latus oſtia quiq;.
Vnde redundãtes vbi cõpleuere lacunas:
Quinq; ruunt amnes: ſpumãtẽq; egerit æſtũ
Illinc ſurda palus: iterũq; recurrit in auſtrũ
Ima magis/magis ima petens cõuulſa reclamãt
Saxa: tremunt ſcabrę: cautes & flumia tandẽ
Tartaream penetrãt chaos inſcrutabile noctẽ.
His dictis mouere gradus. vt limina contra:
Aſtitit Alphonſus gelidę male olentia mortis:
Subſtitit: & tenebras oculis ſcrutatus inanes
Proſpicit excurſus piceo ſub fornice longos:
Incertãq; diem: calligãteſq; receſſus. Mors
In medio accũbens ſuper alta cadauera mõſtrũ
Corpora lambebat fluido ſtillantia tabo.
Mõſtrũ ingens: cui flexilib⁹ frons orba colubris
Cingitur. effoſſi liquere ſedilia dentes
Concaua: truncatis deformia naribus ora
Oſtendũt inhoneſta caui duo verticis antra.
Occiput aure caret. geminę ſed vtrinq; cauernę
Semp hiant: tetroq; fluunt in pectora tabo.
Verticis os glabrũ: ceruix nodoſa. lacertos
Nulla ligat iunctura humeris. ſine viſcere coſtę.

Arida membra ſonant motu colliſa ſub aluo
Tecta ſepulchrales hydri poſuere. cubātqȝ
In thorace cauo / coluber / nepa / vipera / buffo.
Stant famulę circū dominā pallorqȝ/timorqȝ:
Et dolor & peſtis: quę nigro armenta veneno
Obuia tranſadigit letalibus inguina telis.
Alciden dedit ipſa neci: qui vicerat hydram/
Qui laphytas: qui centauros: & cætera mōſtra.
Atqȝ tridentifero febris metuenda lacerto:
Vulgatū & cōmune malū: quod fortia ſternit
Corpora: & extremis gaudēs nūc ignib⁹ ardet:
Nunc tremulo cōtracta gelu ſtridentib⁹ alget
Faucibus/ & quęrit frigenti incendia tergo.
Et tenuis ſine ventre fames. & ſemp̄ hiulca
Fames Sitis Orland⁹. — Fauce ſitis qua dum noſtris ꝑ finibus olim
Belliger Orlandus mauros cōtūderet armis:
Occidit: inuictus bello ſitis arruit æſtu.
Et laxata manus: plātas nodoſa tumētes
Podagora & cęteri morbi — Nobilium morbus: medicos riſura podagra.
Omne maraſmorū genus. & ſine voce ſynāche.
Improba mordaci ſerpēs prurigine lepra.
Et caput inuoluēs nebulis lethargica moles:
Ferreus & medica ſopor incurabilis arte.
Et mentagra cutem maculis variata cruentis.



Et phlegetontęo veniens a flumine cancer:
Dira lues populans artus: liquor ignibus ardens.
Et ſenium vitæ occaſus. medicabile ſola — Senium
Morte malum. lux deficiens: contermina nocti
Succedit cui nulla dies: conſurgit in armos
Et cadit in pectus. rugis arat horrida membra
Laxa cutis. tereti male ſuſtentata bacillo
Corpora circumfert genibus titubantia laſſis.
Innumeræqȝ aliæ: quæ circum viſcera paſci
Aegra ſolēt. hauſtiſqȝ animas excludere mēbris.
Sunt etiam quæ aconita legant in cotibus orta
Sūt quę lecta ferāt ſcythicū ꝓpe Thermodoōtē:
Et ſtygijs imbuta vadis teſtudine ab alta
Gramina ſuſpendant. viroſi infamia ponti
Gramina: quis olim Medæa venefica matris
Docta ſcelus/ nec nō ithaci ducis hoſpita Circe:
Et Veneris quondam furijs agitata Calipſo:
In varios vultus homines mutare ſolebant.
Hęc regina iubet ferri ad conuiuia regum
Cum Genio indulgēt: molli cum ſpūat hiaccho
Inter fumantes epulas, & viſcera crater
Inſidiæ/ fraus/ atqȝ dolus/ letalia portant
Hęc xenia: & flauo circūlita melle voluptas
Prima miniſtrarum: verbis/ applaudit/ & ora

Blandicijs aperit:plenoq; ingurgitat auro.
Diſcerpi membratim homines cõgeſtaq;'paſſim
Inteſtina/ſolum ſparſis late oſſibus albens:
Et concreta luto ſanies & tabidus humor
Inuiſa atq; horrenda oculis ſpectacula prębent:
Olfactumq; grauant:odor eſt teterrimus antro.
Qualem buſta cauisſpirant congeſta ſepulchris.
Circumappenſa' gerit piceis domus aſpera tofis
Scabra cruentatis olim mucronibus arma.
Arma'quibus fama illuſtres belloq; ſuperbi
Mars Occubuere duces: Mars implacabile monſtrum
Dira lues hominum:mortiſq; erebiq; miniſter
Triſtibus e bellis rediens ſuſpenſa relinquit
Sedibus his ęterna operum monumenta ſuorũ.
Hic cernuntur/adhuc priſca Iouis arma gigãtũ
Cæde:paleſtino Dauidica ſanguine tincta
Spicula:troiano macedonica.perſica moedo/
Attica thebano.& totiens Romana libyſſo.
Scuta tot & phagos teretes:haſtaſq; abiegnas
Et tot amazonias tela inter parthica lunas
Fert paries:flauas quot habet noua meſſis ariſtas
Multa quoq; ex belli magno tranſlata tumultu:
Quod populi heſperiæ longos geſſere per ãnos
Perfidiam contra lybicam fraudẽq; eliberam



Inſtrumenta necis vexilla:haſtilia:& enſes
Et galea:& clypei:& ſquãmis thoraces ahenis.
In quibus agnoſcens maiorum inſignia dextrã
Suſtulit/& dulci patrum lachrymatus amore:
Hic quoq; ſunt Alphõſ⁹ ait monumẽta parentũ
O pater Audenti.Mors ergo illuſtria facta
Non abolet.ſuperat virtus & gloria mortem.
Tum ſenior nimirum inquit poſt funera ſemper
Viuit apud ſuperos.& habet ſua pręmia virtus.
Sed quæ mortales claris decora alta trophęis
Pyramides arcus:ſtatuas:& ſigna coloſſos
Saxea componunt formis vel ahena ſuperbis:
Vna miniſtrarum mortis depaſcitur ętas.
Nam deus his dedit ætates:& tempora:virtus
Non habet ętatem:morti quoq; tempus & ętas
Certa manet/quæ mox vt erit labentibus annis
Acta:cadet mõſtrũ/& deformia mẽbra fatiſcẽt
In cineres:ſimul & morborum exercitus omnis
Euaneſcet/vbi flammarum emiſerit vndam
Vaſtatricem orbis fracto deus vltor auerno.
Hic & apud ſuperos igitur pręclara tuorum
Stant monumẽta patrũ.exuuias en aſpice gẽtis
Vandalicæ:Romæ euictæ:quę vicerat orbem.
Hęc ſpolia e gallis.hęc eſt Germanica pręda.

Æn ſiculi maris.en ſardoi.en Parthenopæi.
Flecte oculos.hi ſunt libyci certaminis arcus.
Iſta britannorum ſcuta.hæc haſtilia maurum.
Hæc tormenta acres numidæ exercere ſolebant.
Venit hic ex pœnis aries. Almanſoris ingens
Balteus hic geſtamen erat.quid cętera fruſtra
Cōnumerē/quando ipſe vides ſaracenica tela?
Tinctaq; ſæclorum ſeptem ſudoribus arma?
Iamq; tua de gente nouus bellator ad arma
Ferrātes Bethyca Ferrātes ꝓperat iam accōmodat armos
Thoraci/caput ad galeas/ad tela lacertos
Afficit:ipſe arabos Auicēnigenaſq; nepotes
Vellet/vt elata pubes montana ſecuri
Æruit antiquas altis de rupibus ornos:
Gentis aragoniæ ſurgit decus.īminet aphris
Vrbibus/vt ſumma ſpeculās iouis armiger aura
Cum videt alituum turmas errare per agros:
In gyrum natat & forti iam pectore pugnam
Concipiens bello curuos accōmodat vngues.
Ipſe potens vltor fidei:mauortia vinclis
Colla premit:maris & terræ dominator habebit
Regnū igēs ꝓcul extēſum.ꝗd Achillea magnū
Hectora ꝗd memorē? ꝗd vlyſſē & Neſtora dicā?
Maior hic/ad ſūmos Auguſti aſcendit honores:



Surgit ad imperium.victas puer iſte ꝑ vrbes
Iuſtitię & pacis mores atq; aurea ducet
Sęcula.Nudus adhuc paries quē cernis/ab ipſo
Expectat veſtiri armis:& habere triumphos
Heſperiæ.nemo ex atauis hoſtilia miſit
Signa tot:aut tantū maurorū in tartara vulgꝰ.
Talibus in mortis valuis heroa futurū
Laudibus illuſtrant.vēturaq; tēpora voluūt.
Hinc via picentes verſum ſe obliquat:& auras Nurſia
Aſpicit excelſis vbi Nurſia mœnibꝰ albet.
Nurſia/quā perhibēt alto ſub mōte Sibyllam
Claudere:& ex adyto ſortes audire.ꝓfundo
Nāq; lacus picco nigrātem gurgite lymphā
Colligit vnde ſolet magico incantata ſuſurro
Tollere ſe nubes.altoſq; inuoluere mōtes.
Et tonitru terrere feras/& grandine fruges
Perdere/& annoſas vento diſcindere phagos.
Rupe ſub aerea ſcabris horrentia ſaxis
Oſtia ſunt:quibꝰ ingreſſos via ducit in vmbras
Tartareæ ſimiles nocti:mox lucida tecta
Regales thalamos ſtrataſq; tapetibus aulas
Inuadūt:vbi nympharū chorus ore nitenti
Suſcipit intrantes.niueiſq; amplectitur vlnis.
Hic ſtygii manes habitāt docti ora virorū

Atq; puellares molli cute fingere formas:
Ordiriq; dolos. vmbris & imagine falſa
Hęc ſimulāt/hoīmq; aures ac lumina fallūt.
Illinc ad tenebras: erebi Ditēq; ſeuerū
Eſt deſcenſus. habet famoſam Herodias ędem
Sanguine tincta man⁹ ſacro. comitata parētē
Filia ſaltatrix veteres in nocte choræas
Ducit adhuc. illis lemurū ferus agmīa Pluto
Mille dedit: quę mille modis vexare procaces
Nō ſineret animas: ſaltuq; per aera ferrent
Aſſiduo/tales pendit laſciuia pœnas.
Crudeles intus flāmę crudelia carpunt
Pectora. nec requies animis datur vlla ꝑteruis.
Hęc vbi viſa ſatis: tandem ſe regia proles
Flectit: & aduerſę venit ad ſpectacula rupis.
Intētaq; tuens acie vidct ire per amplum
Carceris vmbroſi nigro ſub fornice cāpum
Somniferis animas tenebris & nocte ſepultas.
Hę q̄ q̄ cœlo careant ac lumine Phœbi:
Nil tamen id pendūt quaſi ſub teſtudine cæca
Nati ac nutriti infantes: qui lurida tecta
Eſſerati ſibi perpetuam patriamq; laremq;
Inde putent exire mori atq; excedere vita.
Tædia colloquiis abigunt. ſpaciantur in āplis



Cryptarū xyſtis ſub toſo & pumice cocto
Plurima de mūdi cauſis: de ſemine rerū:
De cœlo cœliq; viis: de principe diuum
De virtute graui inter ſe ſermone loquētes.
Hęc antiqua domus ſedeſq; innoxia patrū:
Quo deus exuta mortalis imagine formæ
Venit vt inſontes animas reſeraret ab orco
Id ſpatium tenebris & ſola nocte moleſtū
Ne loc⁹ ante frequens ſtatioq; habitata Colonis
Tot priuata dies & deſolata maneret:
A finibus primis teneros traduxit ad annos:
Qui labem ingenitam nullo abſterſere lauacro.
Maximus aſſertor populorū in limine Chriſt⁹.
Hoc ſua diſcedens preſſis veſtigia plantis
Liquit vt ad veterē calcato in marmore Romā
Quę mōſtrāt adhuc. magno cū agmine Pluto
Factus Atlantiadę monitis de principe chriſto
Certior huc ꝑperans aditus occluſerat iſtos.
Hic clamatū illud. veſtras attollite portas
Primates erebi. ſignū pedis aſpice ſancti.
Quod puer vt vidit: tenerā reuerentia mētem
Et pietas & relligio lachrymoſa repente
Mouit. & accliuis ſanctę dedit oſcula terrę.
Iāq; ꝓpinquabāt foribus cum regia proles

Legit in excelſo ſignatū limine carmē;
Iuſtitiæ vltrici ſacrū februoq; tonāti.
Legit & occultū gemitu exhalante dolorē
Lumina circū fert. centū videt vndiq; portis
Agmina certatim ruere:& ſe infundere circo.
Circus.n. ſub monte capax:& maxima q̄dam
Area circuitu tangit tria limina magno
Mortis. Limbi Erebi/longo diſtantia tractu.
Sed tamē hęc inter portis hiat vndiq; tellus
Millibus a ſuperis vmbrę quibus vndiq; facto
Agmine certatim velut in mare flumina currūt
Huc omnes animę properant. huc omnia tēdūt:
Sęcula ſpirituū pelagus tellure ſub alta eſt.
Errant attonitæ circū per inane tuentes
Si qua forte viam inueniāt nullumq; videntes
Effugium:ſcopulis altæ teſtudis hęrent.
Non aliter q̄ ſi volucres claudātur opaco
Fornice/& extemplo inſolitis clamorib⁹ auceps
Obſtrepat adducto feriēs caua tympana plectro.
Ferrea marmoreos attollit ianua poſtes
Fronte ſub excelſa ſaxoſę rupis:& alto
Tecta ſupercilio porrecti in cornua montis
Flectitur/& circū piceos labentia poſtes
Sulfura cęruleo ſulcāt ſaxa aſpera lapſu.



Exurgenſq; niger fluido vulcanus ab imbre
Surgit in albentes luditq; per aera linguas:
Et latera elambens ſerpit qua labilis humor
Allicit errantes obliquo tramite flammas.
Hac iter ad lethęarum ſtagna alta paludum.
Atria prima domus ſtygiæ patientia ſeruat Patiētia
Nocte dieq; vigil:cui q̄ q̄ nomina vocis
Sint data fœmineæ/nō eſt muliebris imago.
Alcidæ ſimilis facies/frons lata/capillo
Nigricat impexo ceruix. cutis aſpera. pectus
Lato vmbone patens altos aſcendit in armos/
Prolatumq; toris ſurgit pubentibus. aluum
Contrahit/ignotum nullo genus indice ſexu.
Hirſutum ſolidumq; femur .;trabis inſtar acernæ
Tibia in ingentes talo tenus hiſpida plantas
Deſinit. horreſcunt denſis fruticantia ſetis
Brachia trita manus longęuo incalluit vſu.
Effigies procęra. grauem de robore ferri
Lęua tenet contum. mota vocat agmina dextra
Stentoreo clamore tonans. regnator olympi
Sciret vt intrantum noxas & nomina finxit
Diuiuo claram ingenio/viſuq; potentem
Perſpicuo/cui non aquilæ quæ pignora ſoli
Obijciunt non ſe valeant componere lynces.

Huic geminæ comites/ſpes & metanœa doloris
Conſcia perpetui/culpæ memor ardet amaro
Aegra animo.lugens oculos humore rubentes
Soluit inexhauſtos.ſedet inter limen & aulam
Sordida,triſtis/inops/& amictu flebilis atro.
Hęc ſcelerum faſces a prętereuntibus vmbris
Accipit inſcriptos autorum nomina & vrbes.
Diſtinctoſq́ꝫ locis quo quilibet ordine tranſit/
Soluit/& annitens noctem irrequieta diemq́ꝫ
Cudit/vt armorum fabri in fornacibus altis
Celtiberi/calybei ve ſolent prope bilbilis amnem
Aut vbi dura gelu ſtringit vada pontus iniquo.
Ictibus aſſiduis ſcelera extenuata fatiſcunt
In cinerem qui dum tracti labor aeris vndam
Euomit/expulſus flatu euaneſcit anhelo.
Nam bonus humanæ Genius cuſtodia vitæ
Tartareas contra inſidias & bella ſatanum/
Aeternis cum victa premit iam lumina ſomnus/
Omne legit fas atq́ꝫ nefas.ſic rector olympi
Iuſſit/& in geminos redigens ligat omnia faſces.
Atq́ꝫ animæ tradens hęc ſunt tua cętera dicit
Sunt aliena .quibus dictis inſcribitur omne
Corpus:& apparet ꝑprios ſcelus omne partus.
Furta manus mortelq́ꝫ gerunt/& cętera membra.



Quod fecere nefas/animi inſtrumenta maligni.
Altera(ſpem dicunt)facili minus hernica vultu
Accipit intrantes:verbiſq́ꝫ hortatur amicis
Hęc memorans.Quæ vos animæ demētia veſtri
Reddidit immemores?iterū ne occūbere leto
Forte timor?ſi corporea caligine preſſæ
Ignoraſtis adhuc veſtrum modo corpore fuctæ
Antiquum ſcitote genus.veniſtis ab ipſo
Patre deo.nihil in vobis mortale relictum eſt.
Vita placens fuit exilium.moribundaq́ꝫ mēbra
Carcer erant/nunc exilio/nunc carcere fracto
Vos pater in patriā reuocat.ſcel⁹ igne cremandū
Quod fuit ęterno/pietas breue fecit.& amnes
Tranſtulit ad noſtros/quia vult ſine labe reuerti.
Has igitur pœnas:imo hęc medicamina:poſtq̄
Pertuleritis/erit vobis conceſſus ad aſtra
Curſus.& ad cœlos iter inuenietis apertum.
Hęc docuit germana fides/quā rector olympi
Voce ſatam miſit genus ad mortale regendum.
Fidite ſuccinctū pœna eſt habitura dolorem.
Expectata ſalus nullo cui terminus ęuo
Panditur.atq́ꝫ bonū ſumma īmortale voluptas.
Talibus aſtantes ſuggeſto affatur ab alto
Spes animas:quas diua manu patientia & ore

Conuocat horrentem ſtagni luſtralis ad vndam
Nomine quãq; ſuo.portiſq; immittit ahenis.
Audijt Alphonſus cœco acclamatus ab antro.
Cui ſenior:vocat ecce vocat te ianitor orci:
I puer.I cœli paucis eme regna diebus.
I felix.& auum reducem ſalucre iubeto.
Ille ſenis genua amplectens lamenta mouebat
Suppliciter lachrymiſq; per ora fluentibus inquit
Quas tibi ſancte pater grates pro munere tanto
Pręmia quæ tibi digna feram?tu ducis ad orcũ.
Tu mihi per noctem horriferam tenebroſa p̄ atra
Solus ades tu arcana altis abſcondita terris
Tu cœli ſecreta doces.tua maxima poſtq̃
Tam facilem mihi te fecit clementia/rurſum
Pauca orare animi anxietas hortatur & vrget
Ad ſuperos rediens pete regna ſororis Eliſæ.
Meq; laborantem in pœnis per ſomnia fingas.
Et fieri mihi ſacra iube miſerabitur vmbram
Euigilans germana meam.memorare parenti
Nil opus eſt nati erumnam.ſatis illa ſuperq;
Se macerans noſtri memor eſt.immo oĩa fingas
Læta illi.curiſq; ęgram lenire memento.
Ad ſuperos autẽ cum veneris omnia diuum
Limina concilia Alphonſo.curſuq; peracto



(Nãq; ſcies quãdo abluero ſcelus igne piandũ)
Labere ſancte Pater cœlis.Iterũq; venito.
Iamq; vale & regnũ heſperię:patriãq; ſaluta.
Dixit & ad dextrę prono cadit oſcula vultu.
Annuit his vltro ſenior ſeq; affore iurat
Spem facie cumulans alacri:& ſermonib⁹ ãplis
Hortaturq; viam vadat:tamen ille moratur.
Atq; gemẽs o diſceſſus crudelior inquit
Morte mihi ignotas rapior deſertus in vmbras
Te pater hic:tecũq; abiens mea gaudia linquo.
O ſaltẽ memor eſto mei/p̄cibuſq; iuuato
Si quid apud ſuperos lachrymę & ſuſpiria p̄ſunt
Tandẽ abit ora rigãs fletu:& ſuſpiria fronte
Sæpe trahens verſa:patrẽq; ducẽq; requirẽs
Luminibus madidis:veluti cũ excepta luporũ
Inſidiis fruſtra abſentis ballatib⁹ agna
Implorat paſtoris opem:matrẽq; relictã
Inuocat:illa feri rabiem prędonis auarã
Deteſtata animo ſobolem miſeratur amaro.
At ſenior loca iam ſuperis vicina tenebat
Cæca per antra volans:volucriq; fugacior euro
Iam p̄cul ætherei iubar aſpiciebat olympi:
Cũ lachrymãs Alphõſus adhuc trãs limĩa Ditis
Ibat & ingreſſus multa inter millia faſcem

Primũ rite offert rigidi cenſoribus orci.
Cenſebant tũ forte vmbras Arethuſia virgo
Atq; Agathe mites animę: Trinacrides ambæ.
Nã neq; qui p̃ſunt erebo: ſimul omnia curãt.
Pręfectura vices habet & ſua tẽpora ſeruat.
Suggeſtũ ſublime tenent faſceſq; ſolutos
Acribus inſpectant oculis. Metanœa ſubinde
Colligit attritu domitura piacula multo
Inſpectis igitur meritis: inſignibus vmbras
Afficiunt certis: quę cum videre miniſtri/
Nã ſemper rapturi animas cenſoribus aſtant/
Ad loca vt indiciũ faciunt inſignia: raptant:
Alphonſum vetuere rapi. ſed cura nepotis
Aſſeruatur auo: reducem quẽ in littore cernũt.
Signatus puer ingenti declinat ab vnda
Plębis: & a ſtrepitu lemurũ ſine lege furentũ.
Suſpicienſq; videt demiſſam e rupe p vmbras
Tergeminam triplici paſcẽte thryallide flãmã
Lãpada lucere. & patientẽ in marmore Chriſtũ.
Et ſeriem triſtis caſus monumẽta nefandę
Noctis. & Herodis nugas. cõfuſaq; gentis
Iurgia ſacrilegę: & dicentẽ iura Pilatũ.
Et caiphanteas fraudes & falſa volentẽ
Dicta ſubornatis defendere teſtibus Annam.



Atq; cruentato circum labentia ſaxo
Vincula myrrhatos latices/ mẽſamq; cadũq;
Et romana latus tela ingredientia ſanctũ.
Procidit in genua. & ſupplex ab imagine pẽdẽs
Perlegit inciſum poſtremo in margine carmẽ
Non erat ante. viam deus hanc ad ſidera fecit.
Surgit & aduerſus latũ circũſpicit ęquor
Admirans ſimul atq; dolẽs. auditq; ſonãtẽ
Flãmarũ crepitũ. quali e fornace profunda
Saxa igni torq̃nte crepãt. fragor vndiq; & ardor
Cæcus: & obſcura rutilant incendia luce.
Non aliter q̃ quũ media inter nubila nocte
Luna nequit claros terris oſtendere vultus.
Stat dubitãs/ atq; attonito pauet anxius ore
Neſcit iter/ re cũcta putat maiora p vmbras
Ecce ſenex modo tranſmiſſo digreſſus ab orco
Inſtaurabat Auus fractas in littore vires.
Qui caput attollẽs & cm̃ miſeratus vtrũq;
Sic deus: affuerat nati cognouit in ore
Ora patris. ſubitaq; appellat voce nepotẽ.
Alphonſe ingeminãs noſtro ſate ſanguĩe ſalue.
Proſilit hęc referens. artus pia cura labãtes
Adiuuat. & iuuenẽ lætis amplectitur vlnis.
Signa magiſtratus legit: & ſibi facta poteſtas

Vt viſa in lachrymas fluit/ac rigat ora nepotis
Fletibus/& nequit affectus explere tuendo
In puero genus omne videt. reminiſcit̃ omnẽ
Progeniẽ & magnos antiquę gentis honores.
Res animo patrię ſubeũt: ſubit ęquore cinctũ
Gaddir/& extremę gadas/& nobilis Iſpal
Corduba pręſtantũ genitrix fœcũda virorũ.
Barcilon/& latę quę dat cognomia terrę
Tarraco ſcypiadũ labor. atq; fidele ſagũtum.
Pompeio: & cultis formoſa Valẽtia cãpis.
Et ripis vicina thagi locupletis vlyſpo.
Hęc tacito ſecũ ore putãs ſpellea ſubintrat
Proxima littoribus: quo ſtyx irata fremẽti
Proripitur curſu: & ſpumãtẽ porrigit ęſtum.
Ore diu poſtq̃ defixus in ora nepotis
Tandem in ſe rediit cõpos linguęq; animiq;
Ingemit: & verſo in cœlũ ſic incipit ore.
O dulcẽ fauſtãq; diem votiſq; vocatam
Supplicibus: quãdo hic aliquẽ de gẽte meorũ
Cernere & affari: caſuſq; & fata nepotũ
Tãdem ſcire datũ. Fateor tibi nate: ferebã
Aegrius hoc ꝙ ſolus eram: ꝙ nullus ab orbe
Nuncius heſperio: ꝙ cęca atq; inuia clauſtra.
Mitius (agnoſco clemẽtia numina) mecũ.

De regib⁹ hiſpaniarũ



Nunc agitur. Tu nate mihi via prima ſalutis
Iam tecum ſtygias iterum tentare paludes
Non metuit longis effœta laboribus ętas.
Nulla grauis mora: nulla poteſt via lõga videri/
Difficiliſve aditus. Læti tranabimus ambo:
Et duce me vada tuta leges: facilemq; natatu
Quam diui docuere viam per ſtagna videbis
Eia age/quid ſuperi tractant? quę bella per orbẽ?
Quę patruo fortuna/tenet qui proxima gallis
Ac pyreneis contermina montibus arua?
Ferrantes ſatus Alphonſo qui regna recepit
Parthenopes fatis regna inuoluenda ſiniſtris
Quid molitur? adhuc pietas antiqua meorum
Me ſequitur: curant etiam mortalia manes.
Sic auus: & contra iuuenis ſic regius orſus.

## LIBER TERTIVS.

MAGNA RVDEM PIEtas
ſuperũ miſerata iuuentam
Dum mihi regnãti puero bre=
ue labitur æuum
Dona dedit: quę cuncta foret
numerare moleſtum.
Sat tria/quę poſtq̃ melius poſt fata recepi
Iudicium/maiora puto percurrere tecum

Sancte Pater. Grates igitur debemus olympo
In primis q morte graues pręuenerit annos:
Nec ſceleri aſſueui. ſed tum mortale reliqui
Hoſpitium vitæ ambiguæ: cum noxius ardor
Surgeret ætatis: fieretq nocentius ęuum
Iam fidens ſibi: iam ſpretis infrene magiſtris.
Scis patriæ mores: ſcis tempora plena malorum/
Scis iuuenum quotiens cœpit regnare libido/
Ingenium labi: & fieri in ſcelera omnia pronum
Pręſertim cum nulla timor peccata coercet:
Cum trahit arbitrium leges: quo regia morbo
Maieſtas languere ſolet: ſic factus adulter
Maximus ille pater vatum: ſi dicere fas eſt:
Dauid Cui deus a pecudum caulis ad regna vocato
Scire dedit fata ignotis abſcondita ſęclis.
Sic a fratre ſoror ſtupro inceſtata nefando.
Sic Salomon poſt templa deo fundata triformi
Turpiter in luxus & numina vana deorum
Degenerat: tanta ingenij pręſtantia formæ
Succubuit: tam paruo ingens ratis obruta vẽto.
Q mihi mox vita functo per concaua terræ
Viſcera. per cœcos aditus Audentius orbe
Lapſus ab ęthereo comitem ſe prębuit: vſq
Limen ad hoc: curaſq graui ſermone leuauit:



Q modo cum ſtygias op⁹ ẽ trãnare paludes:
Tum pater occurris. qui me tam dulcibus vlnis
Accipis/ vt ſuperes ipſum pietate parentem:
Dixerat ille mihi veniens ſic eſſe futurum.
Et quod maius eo/ nobis ſemel eſſe natandum
Barcilon/ & riguis genioſa Valentia campis De rebus hiſpaniarum.
Pingue ſolum/ lęti colles/ hiſpanica tempe
Stirpe tua ſceptroq tui gauiſa nepotis
Ocia ſopitis tandem concorditer armis
Morte mea/ dulceſq trahunt ſine litibus annos.
Namq ego dum procerũ me coniurata repente
Seditio regem ſtatuit/ per iberica regna
Belli cauſa fui nolens: nam fœdere fracto
Diuiſum imperium magnos extollere motus
Cœpit: & irarum ardentes accendere flammas:
Non ſecus ac freta diuerſis ſpumantia ventis
Cum niger inuaſit turbo: fremituq ſonoro
Colluctantur aquæ: ſonat ęther: & ęquora grãdo
Verberat. arrectoq ferit mare littora fluctu.
Vt nolens peperi: nolens ita bella diremi.
Gloria Ferrantes tunc & labor inclytus armis
Enituit primum: & q̃uis inimica moueret Ferrãtes
Signa in me pro fratre: tamẽ quia gloria & ardẽs
Laudis amor pluſq̃ teneris vſu euenit annis

Non odium iuuenili animo/non cura nocendi
Calcar erat/fieri ludos non bella putabam.
Adde ꝙ vt noſti pater/hęc non ſponte gerebam
Bella/ſed impulſus(quid enĩ puer auſit)amaris
Circonſtantum animis:velut act⁹ verbere turbo
Parthenopen dominã pelagi.campanaq; regna
Ferrantes quem dicis habet.per iapygis arua
Imperat & fines latæ ditionis ab Aetna
Ad pręneſtis agros.& amœni tyburis arcem
Porrigit attingens latium:danaęaq; rura:
Filius & ſocero felix & coniuge:fauſto
Nomine auum referens italis Alphonſus ĩ armis
Fulminat:& nulli regum virtute ſecundus
Imperium auguſti iam maieſtate gubernat.
Iſtius vt perhibent ventura e ſanguine virgo
Auſonides virgo ãte oĩs pulcherrima nymphas
Nubet ad inſubres fatis Iſabella ſiniſtris.
Nanq; patris primum mox examinanda mariti
Funere. fraternos obitus(crudelia pluſꝗ
Ferre queat pectus tenerum infortunia)planget.
Ah miſeranda parens in te lamenta redibunt
Erigones in te halcyones querimonia ſurget
In te populeas referet fortuna ſorores
Vnaq; tot nuruũ ſortem experierts acerbam



Vincet onus graue mœrorũ cõſtantia ſexu
Fortior.& caſu virtus excelſior omni.
Fama quidẽ fuit:& famę male cognitus autor.
Difficile Alphõſũ paucos genitore ſepulto
Regnaturũ annos:proliq; obſeſſa repente
Regna relicturũ.proli.cui bella gerẽti
Gallica:maturo ſuccedat auunculus ęuo.
Publicus hic rumor.ſeu ſint oracula diuum
Seu doceant ſic aſtra.volãs ea fama p orbem
Elatio vt memorant noſtras puenit ad aures.
Chriſtigenas Otoman⁹ atrox ꝑmit.Ellade capta otoman⁹
Imminet Italię.per Iapidis atq; timaui
Arua petit Venetos.tremit Adria.Roma ſenatũ
Cogit.vt inualidis anus eneruata lacertis
Defendenda malos vocat ad ſua regna nepotes
Vt quondã pelagi ſub Deucalione redũdãs
Illuuies ita nũc terram ſcelus occupat omnẽ
Rara fides/eaq; ægrotans/infirma/labanſq;.
Hoc caput/iſta mali ſemp creſcentis origo
Debilitat vires animorũ/& pectora frangit.
Prętereunt anni/ſubeũt noua ſæcula morũ
Colluuies in maius abit.ſeniũq; libido
Non timet/& mũdo ſcelus areſcẽte vireſcit
Talia dicentem ſubito circũſtitit ardor

Aureus. arſerunt imas ingreſſa medullas
Gaudia .permulcent alacres p̄cordia flām̄ę
Mœror abit.gliſcūt animi.nō āplius vmbras
Nō ignē glaciemve timet.non rauca boatu
Fulmina terrifico.quib⁹ indignata furētū
Laruarū rabies latū ſupintonat ęquor.
Vnde ait .hęc tā læta pater mihi labitur aura?
Quę noua lux auxit vires?quę tāta voluptas
Suſcitat affectā ſubita dulcedine mētem?
Tū ſenior ſuperis vbi ſol cadit atq; reſurgit
Iam tibi ſacra dies a funere ſeptima lucem
Primā aperit.venus orta faces accēdit ad aras
Explicat auratos calices & liba ſacerdos
Nigraq; in albentes profert oraria menſas.
Ad templum parat ire ſoror lugubris /& atro
Veſtitu magis alba pio tibi murmurat ore.
Relligio mouet vna oīs:longiſſima patrū
Fratre venit cū rege cohors.multo igne coruſca
Templa ſonāt.Requiēq; altis tibi vocib⁹ orāt
Me quoq; (nā pietas primū tibi morte recenti
Debita gentiles nō p̄terit īmemor vmbras)
Ac noſtros quos orcus habet:noua februa tāgūt
Hęc homines quotiēs iterāt libamīa vel cum
Aere iuuāt inopē,vel numina ſancta p̄cantur:

Quæſtio xid̄ ſuffragiis mortuorū. Rn̄ſio



Aut auido min⁹ indulgēt obſonia ventri/
(Sic deus edixit) tali perfundimur aura.
Diuinam ſentimus opē/miteſcit auernus.
Exilium decreſcit;habent feſſi ocia manes.
Feſta dies onus omne leuat.licet omnia fari.
Et ſalibus mœſtos erebi compeſcere luctus.
His diuina modis pietas poſt fata ſepultos
Adiuuat:& triſtes orſi nō deſerit vmbras:
Propterea cæſo rediens Machabęus ab hoſte
Immenſum ſolymas argenti pondus ad arces
Miſit/opem ſociis qui cū virtute ſupremā
Clauſiſſent pro lege diem. veſtigia tanti
Sancta duci. ſeri non dedidicere nepotes.
Ecce ꝓcul ſulcans auras argentea flāma
Emicat & lento deſcendit in ęquora lapſu:
Sicut apud ſuperos quotiens in nocte ſerena
Stella cadit longo ducens iter igne coruſcū.
Ecce nouū picea lumen teſtudīe lapſum
Lābit aquā.viden vt lapſu ſuper ęquora ſerpēs
Porrigitur longo?ſplendorē amittit eundo.
Iam credi ſcintilla poteſt.viſumq; fatigat.
Occidit.officio functū per inane receſſit.
Crebra ſuis veteres ſilicernia manibus olim
Suppetiaſq; dabant:nūc nulla aut rara ferūt

Orgia detractis ſordent mantilibus arę.
Funeribus deſunt lachrymæ. dolet impia ſupte
Non obitum proles. irrelligioſa ſepultis
Poſteritas tenui & rara pietate parentat.
Hinc inopes viduæq; animæ vada liuida circū
Errantes aditū ad ſuperos & limina nuſq̄
Inueniunt erebi: fruſtraq; feruntur in orbem
Deluſæ labirynthæis ambagibꝰ orci.

Sic auus & iuuenis ſurſum menteq; oculoſq;
Attollens hoc dulce illud tellure ſub alta

Quæſtio xii. de reditu aīaꝝ ad ſuos penates

Quod fore dicebat veniens Audentius inquit
At nunc ſcire datū. Sed tu pater ocia quādo
Læta dies nobis facit: & licet omnia fari:
Dic age qui ſperant animas poſt fata reuerti
Poſſe iterum: ſeſeq; ſuis oſtendere rurſum:
Deſipiunt? An forte erebus ſinit ire ſepultos
Arbitrio quocūq; ſuo? Cum mente reuoluo
Quot deus inuolucris: & quāta ambage viarū
A cœli aſpectu ſtygeum ſubmouerit orcū/
Cū ſcabros ſilicū ſcopulos & ahena recordor
Limina/& exciſos æterno in marmore poſtes:
Vix iter ad noſtros auſim ſperare penates.

Rñſio

Tum ſenior licet hoc inquit tā inane baratrū
Terrificumq; chaos nobis abſcōderit aſtra.



Cœlicolæ tamen iſtius cuſtodia regni
Cum præſtare vident/certos ſua limina adire
Nil prohibent: & nos in agenda negocia mittūt
Sed manes in vitam iterum reuocare ſepultos
Non ſuperum ſed patris opus qui cōdidit orbem
Ipſe ego cum grauibus bellis inuolueret omnem
Seditio heſperiam, repetens diſcordia regna
Vix potui exanimis eradicare Megęram
Accendentem odijs populos & regia corda.
Nube latens regum ac procerū conclauia adibā:
Conſilijs occulte aderam: ſub nocte ſilenti
Obijciens ſimulachra animis/ſuadentia pacem
Somnia fingebam. tandem tuus auſpice tandē
Me genitor belli auctorem cauſamq; malorum
Abſtulit, ęterno fremerent ne regna tumultu
Ne conſanguineos reges in vulnera ſemper
Mars traheret: multis datus eſt ꝑ millibus vnus
Aluarꝰ. ipſe aīs ſtimulos dabat: atq; venenum. Aluarus
Et veluti exciſis quotiens radicibus arbor
Aruit/amittunt ramoſa cacumina frondem/
Sic ſimul ac fuit excluſus vitalibus auris
Aluarus/armorum ſtrepitꝰ cecidere per omnem
Heſperiam/pax atq; quies egreſſa repente
Venit ad ętneas tyrijs a gadibus vrbes.

Tunc tuus ardenti gladio metuendus & haſta
Ibat in arma pater bellaciſq; achilleos inſtar.
Et puer Henricus primis erat Hector in armis
Sic igitur ſancto pacem dum proſequor aſtu
In Coſias deueni arces: vbi paruulus infans
Ferrātes. Ferrantes erat in cunis/ſub murice/& auro.
Regia Ferrantes ſoboles, ſata ſanguine fratris/
Qui quondam rege extincto ſine prole recepit
Lora valentini gallis contermina regni.
Ipſe patri tutela tuo me corpore functo
Fida fuit. regnumq; diu moderatus in armis
Claruit/& tandem iuueni inclinatus adulto
Reddidit imperium maius q̄ acceperat. Ergo
Audita hac pietate vrbes populiq; valentes
Delegere virum: regniq; in ſede locarunt.
Hic genus Alphonſo: patrijs qui egreſſ⁹ ab oris/
Venit in Italiam campanaq; regna ſubegit.
Ora tuens igitur generoſæ infantia prolis
Obſtupui: atq; diu ſuſpenſus ab indole tanta
Mirabar q̄tum puero indulſiſſet olympus.
Venturoq; domus noſtræ exhilaratus honore
Talia dicta ſuper picta incunabula fudi.
Creſce puer/forteſq; veni bellator ad annos.
Q̄ primū galeæ patiens caput/indue ferrum.



Cinge latus gladio. teretem citus arripe phagum
Nec mora. bellatoris equi preme calcib⁹ aluum.
Et Machometęam gentem crudelibus armis
Obrue/in immanes populos ſoboleq; cruentam
Impietas eſt eſſe pium. ne pace ſuperbum
Debellare genus quo noſtra ſuperſtite languet
Tabeſcitq; fides: cœloq; illudit auernus.
Barbarus Almanſor crudo de ſanguine cretus
Terrigenæ antęi referens alto ore gigantum
Corpora vaſta ferox libyæ regnator erembos
Finibus ex arabis/Pſillos/Garamantas/& omne
Maſſylum nomadūq; genus contraxit & vna
Caſtra/& in hiſpanos tanto ruit agmine campos
Dumq; parat manibus rabies infrena cruentis
Callaici ſacros cineres violare ſepulchrum
Ecce fragor nimboſus adeſt: & ab æquore turbo
Templa ſubit. ſpoliatæ aræ/tremuere columnæ.
Et fulmen de nube tonans ſplēdore ſepulchrum
Circuit ignifero/ſęui quaſſata repente
Inteſtina ducis/talem effudere cruentam:
Crudelemq; animam fato exhalauit acerbo.
Etq̄ q̄ imani quæ cum duce venerat omnem
Barbariem e noſtris Veramūdus abegerit oris/ Veramūdus
Nō tm̄ eſt facinus durū atq; immane/nefaſq;

Immortali odio dignum cœloq; ereboq;
Inuiſum ſatis vltus. adhuc iniuria lęſæ
Maieſtatis apud magnum indeleta tonantem
Viuit/& illius parat extirpare nepotes.
Sit tuus iſte labos/hęc ſint exordia magnæ
Laudis. in hoc vires acuat tua puluere virtus.
Preſſit vt inuictis puer Amphitrionius armis
Et phryges & lapithas/& amazones/atq; ſupbũ
Terrigenam: ſiculũq; Erycẽ/ſęuoſq; bimembres/
Sic tu diue nepos (animus diuinat) Erembos
Cęde p̃mes/ſic fœdifragos populabere mauros
Ora manus (video) ſignis concordibus arma
Proſpera ſignificant ſignis reſpondet olympus.
Cerno animos/cerno ingenium/victoria franget
Sęuitiã/nec cęde hominũ nec ſanguine gaudes.
Bella geres ne bella geras/inuitus ad arma)
Cum venies/ſtudio venies pietatis/& ęqui.
Arma prius complecti animo/perpẽdere cauſas
Metiriq; voles hoſtem/& cognoſcere vires
Ante tuas/q̃ bella ineas. mox agmine toto
Pręlia conſerere/& rapido ſuperare tumultu.
Aſpera pacato poſt belli incendia marte
Te populi patrem domiti expientur: & vrbes
Ad te confugient/vt ad ſua numina victæ.



Sed caue/nam metuenda tbi magis ocia pacis/
Q̃z labor armorũ/pacẽ rege: vulnera nũq̃
Formidata feres: Mars inſidiabitur ori.
Te noua mors nati poſt gaudia magna repẽte
Luctibus inuoluet ſubitis. altũq; dolorẽ
Improuiſa feret tecũ regna om̃ia caſu
Contriſtrata graui longo in mœrore iacebũt.
Nõ aget in lachrymis hiſpania ſola: ſed omnis
Hũc Europa diem: contra lætabit̃ Atlas:
Gaudebũt infidi arabes: & barbara tellus.
Sed patere hos ſuperi luct⁹ in gaudia vertent.
At neq; de regni tibi ſucceſſore timẽdum.
Pro te ſollicitos hęc tanget cura parentes.
Nulla expers fortuna mali. ſecũ aduehit omnis
Proſperitas infauſti aliquid: ſpaciũq; relinquit
Inter virtutes alias vbi ponere poſſit
Sedem aduarſarũ domitrix tolerantia rerũ.
Religio tecum ſurgit: clementia tecum
Naſcitur & probitas. aſtręa reuertitur. omnes
Hinc auferte dolos. & orbe faceſſite fraudes.
Inſidiæ procul ite. procul violentia migra.
Ad mauros diſcede timor: fiducia ſurgens
Excutit omne malum noſtris de finibus omẽ.
Quis foris acta pari vates extollere cantu:

Quis iuſtę conſulta domi decus atq; triũphos
Pacis,& armorũ poterit? quo numina cultu
Qua patriam pietate coles? tu gloria regũ/
Tu decus Europę. Tu ſpes ampliſſima Romę.
Diue nepos tibi Thermodoon tibi pontica tellus
Ora trapezontis:littus tibi ſupplicat omne
Thraicium.phryges & cilices:aſiatica regna
Omnia vbi antiquæ fidei monumẽta ſupſunt
Grande nefas aliis ciuilia bella relinque:
Chriſtigenaſq; tuos nullis p̃me cladib⁹ vnq̃.
Tu fidei defenſor eris Tu maximus autor,
Pacis apud noſtros:aliena per oppida belli
Nil magis optabũt vrbes:quãdo inclyta facta
Illuc fama feret q̃ te ſpectare latinę.
Si neſcis vetus eſt nobis cũ gente latina
Fœdus:ab heſperio venit Theodoſius orbe.
Et noſter Traianus erat.duo lucida romę
Sidera.belligeri duo maxima fulmia martis.
Et poſt Martis opus duo lactea flumina pacis
Talia cõceptũ pietas in verba furorem
Compellebat vti quotiens corda enthea vates
Soluit:& afflatã cœleſti numine mentem.
Militiæ memor antiquę belliq; laborum
Quos tulerã:dũ mẽbra calens iuuenilia ſanguis



Viribus & ſolido firmabat robore corpus/
Ardebam:& rigido cingi latus enſe videbar.
Et thorace tegi & complecti haſtilia dextra.
Tunc tua de partu veniens germana recenti
Viſa mihi:viſa atq; iſtis geſtata lacertis.
Virginis ora nouę iam tũ rahelæa venuſtas
Imbuerat.pectus dederat Suſana pudicũ.
Fecerat ingenium Pallas iudæa virago
Ingentes animos/& amorem Portia bruti.
Nec fontem nec nomẽ adhuc ſortita iacebat
Inter opes varias.& honos erat vltim⁹ auro.
Sic ſolet effluere in natos opulentia regũ
Hic iterũ magna captã decor indole mentẽ
Impulit his verbis caſus aperire futuros.
Nympharũ decus heſperidũ tarteſſia virgo:
Regia progenies magnos viſura triũphos
Creſce virũ referens animis:& Eliſabet eſto.
Nec conſanguineo dubites dare regna marito
Nubere neu dubita/ſi lex contraria tædis:
Legibus humanis Romana potẽtia maior.
Optima lex cõmune bonũ.coitura ſalutẽ
Regna ferunt.diuiſa arabi ſunt p̃da ſuperbo.
Extincti tu fratris enim Regina tenebis
Imperium forteſq; viri comitabere pugnas

Sacra vehens tecum totamq; melãpodis artẽ:
Subſidium paſſis veſani incõmoda belli.
Iam te ſumma vocat montanę mœnia, Rhondę
Inclyta frugiferę te Singulis vbere glebæ:
Te oretan⁹ apex: te loxa virentibus agris
Expectat te terra etiam bombicina pectens
Vellera, te cocco diues Granata rubenti:
Et ſita menobiis in collibus oppida mille.
Dũ nequeo affectus animi cohibere furẽtis
Hæc & plura breui quæ ſunt ventura canebã
Interea vicina polo dum labitur ætas
Eia age luſtralem læti aggrediamur auernũ
Iamq; ſonans fragor ire iubet cuſtodia Ditis
Increpat: atq; viam nobis æſtu imperat iſto.
Ecce piger lacus inflatur. vada ſancta ſubintro
Ipſe prior tu noſtra ſequens veſtigia ſerua
Nam dextra lęuaq; cauis terra ima dehiſcit
Fracta voraginibus. poſt me loca tuta ſecabis.
Sic ait: & ſanctũ ſupplex ita numẽ adorat.
Oratio aui. O pater ardentem qui nõ excluſus olympũ
Circuis: & ſubiens infuſo numine molem
Corpoream: magno mũdi nõ clauderis orbe:
Diis antiqua ſuis regnũ diuiſerat ætas:
Tartara ditis erant. Cereris nuda ęquore tellus.



Aequora Neptuni/cœlum Iouis, aura ſororis.
Omnia nos tibi regna damus: rerũq; potentem
Dicimus: imperiũq; orbis tibi cedimus vni.
Te timet Arctophylax. ſeptem tua iuſſa triones
Expectant pauidi: tibi ſol/tibi ſidera prębent
Obſequium. tibi cœlicolę curuantur/& omne
Laruarum lariumq; genus: qui tartara & orcum
Aereoſq; tenent lunæ ſub lumine tractus.
Tu cœli maris ac terræ regnator & orci:
Omnipotens: tua maieſtas quę continet. ęquat
Omnia finem adimens: pietate potentia non eſt
Latior: ęquiparatq; tuas clementia vires.
Nos igitur preſſi tenebrarum ambagibus altis
De pelago ſtygis vmbroſo de horrentib⁹ antris
Quę ſolem ignorant: vbi nox ſine ſidere nunq̃
Deſinit. oramus veniam: de faucibus iſtis
Suſpiramus: opem miſeris concede. piaſq;
Huc extende manus. opifex opus erige lapſum:
Et faciles oſtende vias: finemq; laborum.
Talibus orantes dictis freta lata ſubintrãt.
Regia contactu proles exterrita primo
Cęruleas trepidanter aquas, ignemq; ferebat.
Attamen vt raucis ſurdent clamoribus aures
Aethiopum: ſaxo pręceps vbi nilus ab alto

Intonat:indignaſq; minꝰ graue murmur aquaꝝ
Percutit:aſſuetis ita iam minus ardet in vndis:
Et tamen ardet:agunt æternum incendia vulnus
Aeternum Tytio iecur eſt ęterna volucri
Roſtra:& in ęternas ſemper redeuntia pœnas.
Propterea iuuenis dum ſe reminiſcitur vmbram
Vnde poteſt inquit mortalibus eruta membris
Quæ tactum viſumq; fugit ſub dite profundo
Mens ignem glaciemq; pati? quæ tanta lacunæ
Vis ſtygiæ vt ſtimulos ferat ĩmortalibꝰ vmbris?
Rerum opifex:reſpondit auus:flãmãq; geluq;
Abſidos infernę noſtri inſtrumenta doloris
Inſtituit:morſuq; dedit:quo ſtringere poſſent
Sorde laborantes animas:quæ ſorde carerent:
His impune vadis omnẽq; errare per orcum
Ius dedit.& ſceleri tantum vada noxia fecit
Iſtud opus natura recens mirata negauit
Eſſe ſuum:nec tanta gelu:nec tanta calori
Ipſa poteſt:quæ tãta poteſt dare iura nocendi.
Vim quoq; nõne vides:qualẽ ſortita animãtum
Corpora ſunt? quibꝰ ipſę aĩæ ſe abſoluere nũq̃
Ante obitu n poſſunt:licet offendãtur acerbis
Supplicijs? Nã quando atrox in corpora morbꝰ
Sęuit/ in alta animi langor penetralia tranſit.

Queſtio xiij. quõ aīę patiũ t̃ ab igne corporeo



Hęc animis miranda deus duo vincula fecit/
Corpora/& has ipſas erebi quas currimꝰ vndas.
Tantus amor/tanta ambobus cõcordia/tantum
Fœdus/vt abſolui nunq̃ ſi iuncta/reuerti
Si diſiuncta velint in mutua vincula ſemper.
Aethereæ mentes non ſunt in corpora pronæ.
Hoc minus in nobis/hoc nos diſiungit ab illis.
Hoc facit vt per ſe mentes & corpora nullo
Cogente ingenijs faciant concordibus vnum:
Nec poſſint coniuncta pati commercia ſolui
Cernimus hoc ipſi/quibus eſt in corpora pondꝰ
Neſcio quod:nec eĩ hoc habitꝰ ſuꝑaddita moles
Sed natura faci :ꝑ nõ aboletur ab orco/
Sed venit ad ſuperos/iſtud facit eſſe futurum
Vt ſua diſiunctæ redeant in corpora mentes:
Arbitrio/non vt perhibent fatalis olympi
Sed patris/qui & fortunas:& fata gubernat.
Cognita ſunt forſan ſuperis ea tempora:nobis
Sunt ignota.latent altis abſcondita cauſis.
Hoc auus Alphõſum gradiẽs ſermone docebat
Iamq; bis vndenis roſeos patefecerat ortos
Solibus a primo rutilans aurora natatu:
Quom feſſi tardante luto flammiſq; peruſti
Deficiunt:genua vſta labant:ſuſpiria longo

Preſſa ſonat gemitu: fato vt cũ proximus ęger
Vix retinet languẽtem animã flatuſq; ſupremos
Exili cum voce trahens dulmo anxius halat.
Lumina calligant: ceruicibus ora caducis
Inflectuntur. Aui facies in colla nepotis
Labitur. vt quotiens arentibus hordea culmis
Inclinãt capita: atq; in ſe curuantur ariſtæ.
Ecce iubar ſubitum veluti cum fracta repente
Fulgurat: & longo nubes aperitur hiatu:
Effulget: radijſq; nitor plaudentibus ambos
Circuit: & placido feſſis illabitur igne.
Lux oculis infuſa ſubit per inertia membra.
Tum ſenior/tibi luna nouas pleno altera cornu
Inferias Alphonſe refert: germana: parenſq;
Dona ferunt. triplici q; iuuãt ope: munere, ſacro
Ac precibus: fas hic animum firmare labantem.
Talibus officijs recidiuum exurgere robur
Incipit. & volucri ſimiles quæ pabula nido
Dum veſtigat agris: dephenſa furentibus auſtris
Atq; repentino ventoſi turbine nimbi
Explicat ad ſolem plumas: ad terga reuerſum:
Atq; leui poſt victam hyemem parat ire volatu:
Suſceptum gradiuntur iter: vicinaq; plantis
Nunc ſola calcãtur nũc fundo abeũte natãdũ.



Implicat alga pedes. piceus liquor ĩplicat vlnas
Hic humili depreſſa tholo faſtigia ponũt;
Tecta erebi. paruoq; abſũt diſcrimĩe ab vndis.
Propterea fumãte freto nebulaſq; vomente
Semp̃ in anguſtis coeunt denſiſſima clauſtris
Nubila. nec ſolitam fundũt incendia fumo
Suffocata diem. nox & chaos vndiq; tutum
Claudit iter: ſiſtunt preſſis veſtigia plantis.
Vndiq; lugentũ gemitus & verbera longe
Incertis audita locis. ergo altus in armos
Sublato ſenior puero: quãdo ipſe locorum
Gnarus erat greſſu vada p̃terit arcta citato.
Dulce onus, & pietas alacrem fecere ſenectã.
Faucibus erepti camuris ſtyga naribus hauſtã
Flatibus expirat longis: & in ęquor apertũ
Deueniunt/ vbi rara diẽ min⁹ occupat vmbra. Queſtiũ-cula
Tum iuuenis miſeratus auum nulla inſula dixit
Occurrit pelago in tanto qua laſſa parũper
Membra cubent? vbi te tantis conatibus hauſtũ
Siſtere. & inuenta liceat requieſcere terra? Rñſio
Tum ſenior: non eſt noſtrũ qđ ſcindim⁹ ęquor
Nate nec ęgęa nobis modo curſus in vnda.
Nulla hic ichnuſa eſt. nulla his trinacria: nullę
Cyclades apparent liquidũ tenet omnia ſulfur.

Sunt ſcopuli/ſunt ſaxa tamen: ſed rara ꝑ vndas.
Fige pedem. ſiſte inuento veſtigia fundo.
Nona rubens aurora diem ducebat: & altus
Cœperat æthereos abſcondere lucifer ignes
Noctis apud ſuperos certas vbi tẽpora ſeruãt
Inconfuſa vices: vbi q̃tũ noctibus aufert
Explicat in lucem mundi illuſtrator Apollo.
Mox procul audito ſenior clamore ꝑ aurã
Siſtitur: & ſuſpenſo animo vultuq́ꝫ leuato
Pellit ab ore comã vociq́ꝫ accõmodat aurem
Facto iterum clamore: ſui iam nominis audit
Principium: certa finẽ non percipit aure.
Stant taciti vox plena ſono iã cognita toto
Proximat: auditur ſtrepitus venientis & vnda
Pigra parũ fugiens lentos diſcedit in orbes:
A cilio pendente manu caua lumina tendit
Ad ſtrepitũ ſenior. rupitq́ꝫ ſilentia rauco
Gutture proclamãs: quãta regemq́ꝫ ſenemq́ꝫ
Voce decet. ſtygia o quiſq̃s me quæris in vnda
O precor o felix venias mihi nuncius: adſum.
Apparet veniens greſſu feſſa vmbra citato
Quãtũ lenta palus ſinit: & viſcoſa lacunę
Obluctantis aqua/& longo vis fracta natatu.
Vicinũ interea quod ſurgit in æquore ſaxum



Sulfureum quondã/veniſq́ꝫ liquẽtibus ardens
Pumice iam ſcabro ſine fulgure: & ignibus atrũ.
Conſcendere: rati (quod erat) queq̃ eſſe ſuorũ.
Illa videns reges/crebris vaga brachia iactat
Ictibus illatiſq́ꝫ tenax aqua pendet ab vlnis.
Accelerat veniens. ſcopulo iam ꝓxima clamat
Regales ſaluete animę. ſaluete futuri
Cœlicolę: ſimul his dictis de gurgite vaſto
Scandit: adoratis demũ ſic regibus infit
O patrii Reges veteris ſi nomina Ciddi Ciddus
Audiuiſtis apud ſuperos dum vita manebat:
Ille ego terrarum populos audita ꝑ omnes
Temporis illius fortuna & fata fuere.
Me duce Ferrantes primũ qui nomine tanto
Claruit: in mauros tũc omnia bella gerebat
Nomẽ id illius decus a virtute ſuperbũ
Sũpſit & omẽ habet fauſtũ: ſignatq́ꝫ triũphos.
Ipſe valentinas arces amiſſaq́ꝫ regna
Quę libyæ infidę gens illaudata premebat:
Reſtitui. Bucarem Maurũ qui fortibus armis
Heſperiam delere putans traiecerat ęquor:
Perdomui. rabidamq́ꝫ animã ſub tartara miſi.
Vneſium vero pugna grauiore volentem
Vlciſci fraternũ obitũ Bucarẽq́ꝫ peremptũ:

Morte graui domitũ dedit/hæc mea dextera leto
At quia nõ oritur virtus niſi culta:ſcelusq;
Sponte ſubit/ſine labe ſolent euadere pauci.
Vtq; ſalutiferũ tellus & inutile gramen
Vna parit:ſic virtuti vicioq; miniſtrat
Ars eadem:longis ętas ſudata ſub armis
Vnde inſignis eram populiq; per ora ferebar/
Hoc dedit exilium:qđ adhuc poſt quattuor acta
Sęcula perdurat. Verũ iam mitius angor.
Nec frigus nec flãma nocet.mora ſola modeſta ẽ.
Rurſus vt ęoas vbi deſinit India:terras
Attigero: cuſtos erebi me mittet ad aſtra.
Lętior occurſu Ciddi armipotentis vterq;
Venit in amplexus:mediaq; in ſede locatum
Compellare virum ſtudiis cõmunibus ardent.
Tum ſic cœpit auus. Dux inſuperabilis armis
Cidde tua q̃ regna leuas labentia,dextra
Nouimus & laudis:noſtras peruenit ad aures
Ingens fama tuæ.priſcis annalibus inter
Auricomos Reges legitur tua maxima virtus
Quippe nec auſonii Fabio:nec achaica tãtũ
Regna Temiſtocli debent:neq; punica magno
Hãnibali:quãtũ noſter tibi Bethis Anaſq;
Tu generis pater antiqui.mendocia proles



Heroum fœcunda ſuo te in ſtẽmate primum
Collocat/& longo numeraris in ordine pr̃iceps.
Caudice de tanto ſurgit ſylua illa nepotum
Inclyta.qui gradiens tua per veſtigia longe
Creuit.& hinc veniens fauſto puer Inachus ortu
Te referet.nam bella geret.bella vltima Maurum Inachus
Ablatura caput /genus euerſura libyſſum.
Regius auſonias veniens orator ad vrbes
Cernet/& antiquæ ſcandet capitolia Romæ
Mox reducem/pulſis regio cum bethyca mauris
Venerit ad noſtros/domitor Rex victor in arcẽ
Ducet/vt accepto ſedeat cuſtodia regno.
Quod vero dum bella geris/tibi plurima longũ
Martis opus dederit ſtygios abolenda per ãnes/
Nil reor abſurdum:longa eſt mortalibus ęquor
Vita procelloſum:multiq; in rebus agendis
Sunt ſcopuli.multæq; viis ſymplegades artis.
Adde q̃ in rerum curſu fortuna ſecundo
Formidanda magis.tranquillo libera regno
Viuit in aduerſis ratio.ſi lenibus auris
Sors ad vela venit/maior ratione libido
Surgit:& incautã placidis nauem obruit vndis.
Plutonem fugiſſe ſatis:de fluctibus altis
In portũ hunc/fragilem ſatis eduxiſſe carinã.

Nunc memoranda vetor laudũ monumẽta tuarũ
Voluere. tum locus his/ cũ lęti habitabimꝰ aſtra.
At nunc vnum oro/ quoniã mihi ſemper eodem
Calle reuertenti nõdum bene cognita magnæ
Regna domus Ditis. Tu qui ſtagna oĩa luſtras
Fortior/ & rerum maior cui cura nouarum/
Fare aliquid: nam dira locos tormẽta per omnes
Fama refert: id magna etiam lamenta fatentur
Vndiq;: & auditæ tam vaſto in gurgite voces.
Tum ci dus: tua iampridem veſtigia ſector
Sancte Pater: nam te noctẽ hãc fluctuſq; ſeueros
Fama pati fuerat: vada ſed minus alta viamq;
Perfacilẽ/ tutamq; ſequi: tecumq; nepotem
Ire acherontęæ debentem pauca lacunæ:
Sed ſtyx aſſiduis ventorum impulſa procellis
In dextram leuamq; tulit/ pœnaſq; coegit
Cernere/ quas meminiſſe horror. Buſiridis aræ
Aes ſiculum/ Diomedis equi ludibria/ duri
Mandata Euryſthei nugæ/ ac puerilia ludo
Ac paſtorali celebranda palilia ſaltu.
Sed quid ego ex minimis/ mõſtrare ĩgẽtia pgo?
Immanes ęquale nihil valuere tyranni.
Heu miſerande puer/ iuuenum ſi more fuiſſes
Auſus opes prędari inopum ſęuire veneno/



Inceſtare thoros: gladijs haurire cruorem/
Inflammare odijs & ſeditionibus vrbes:
Quę loca: qui manes quę te ęrũnoſa manebant
Vincula: quęve inter ſtridentes verbera flãmas?
Qui bene florentes claudis tyrunculus annos
Ante venenatos vſu atq; libidine ſenſus.
Dum rude pectꝰ adhuc: dũ innoxia viuitur ętas.
Felices qui ne in tantas deſcendere clades
Compellantur adhuc teneri infanteſq; recepti
Mollibus e cunis: grauida ve parentis ab aluo
Ante diem rapti vitam euaſere nocentem.
Ipſe ego (non audita loquar) crudelia vidi
Flumina: vidi ignem: & cãdẽtibus alta caminis
Antra: quibꝰ tantã exhalat caua lerna mephitim
Vt procul olfatu (tam dirum expirat odorem)
Tabifico perimat mortalia corpora/ longe
Acrius ac libycæ cuſtos baſiliſcus harenæ.
Lata ſub exquilijs oriens a colle quirini Primus locus
Tęnarium penetrat ſubter phlegethõta vorago
Ora patent q̃tũ herculeas diſtare columnas
Fertur: & a Lixo refugit Tarteſia Calpe.
Introrſum ruit in pręceps immane baratrum.
Quo magis it peſſum tanto latus vndiq; curuũ
Vaſtius effundit ſeſe: fundoq; capaci

Circuit ingentes maris vſq; ad littora cãpos.
Per gyrum ſpecus immanis circũ ordine ducto
Sępius/ad ſummum roſtris armatur ahenis.
Hic fixæ a femore a lũbis / & ab inguine pendent
Inſignes animæ quarum illuſtrata ſuperbo
Vita magiſtratu fuerat/quibus infula raſum
Velauit ſacrata caput. gens ſordida fluxu
Fœmineo. gens ſtupratrix/& adultera raptu
Inceſtuq; nocens. ſignant ſua nomina quemq;
Et magnis inciſa notis ad pectora fulgent.
O quales q̃toſq; oculis dum ſingula luſtro
Perlegi agnouiq; viros quorũ alta ſepulchris
Celte laboratis multoq; micantibus auro
Membra cubãt/quę ſuſpiciẽs rude vulgꝰ adorat.
Quicquid apud ſuperos thalami ſine teſte ſilẽtes
Deliquere/patet. nec habent velamina culpæ.
Cuncta aperit ſecreta dies: extempore verum
Naſcitur/& veniens ętas abſcondita pandit.
Hic pendebat adhuc ſexum mentita virilem
Fœmina/cui triplici phrygiam diademate mitrã
Extollebat apex. & p̄ontificalis adulter.
Sunt quędã vacua incuruis mucronibus alta
Roſtra e tartareo nuper tranſlata profundo/
Vulcani crudelis opus/candentia ſemper:

Fœmina mẽtiat papam



In medios abeunt ignes: vbi ſæuior æſtus
Huc fama illuſtres animas a Thybridis alueo
Aduentare erebo quę ſunt ſpectacula toto.
In medio confuſa cohors iactata per ignes
Flantibus & circũ rapientibus omnia ventis
Spargitur. intorto glomeratę in turbine flãmę
Dãt fremitũ: qualẽ Ionio niger incitat Eurus:
Quom Rhodon & cretã pelopiſq; ſonãtia ſaxa
Verberat: & ſcopulos ithacę: frontẽq; pachini:
Leucadaq; excelſã: & paruę nemora alta zazynti.
Hinc ſinus excurrens cãpani ad flumina ſarni
Flantibus interdũ zephyris agitatur: & atros
Flãmarũ fumiq; globos contorquet ad ortũ.
Vnde fit vt totiens rapidos veſuuius ignes
Euomat: & cinerem longe iaculetur aduſtum.
Hinc etiam cedente ſolo caua ſemita longũ
Flectit iter veniens ripas ad olentis auerni.
Et ſtygius vapor in latices expirat odorem:
Sulfureum: circũq; graui loca polluit aura.
Mille viis vmbrę a ſuperis examine magno
Certatim erũpũt altę ſuper ora cauernę.
Et ſimul ac videre ignes & inane profundũ
Carceris horreſcũt animis: retroq; reuerti
Dũ properant/denſæ fugiunt per nubila turmę

Perſimiles auium gregib⁹ quas ꝓxima brũma
Colligit in cuneos: cum matutina pruinis
Albet humus: mœrẽtq; aquilonib⁹ arua niuoſis.
Sed laruæ ꝓ̃dandi auidę fugitiua ſequũtur
Agmina & incuruos digitis creſcentib⁹ vngues
Attonitã plebẽ: & trepidi rud ia agmĩa vulgi
Corripiũt: ac flãmarũ iaculantur in vndã
In luxurioſos
Ipſi qui quõdam coitus ſuaſere nefandos:
Qui fuerant ſtupriq; duces: venerũq; magiſtri:
Turpiter inſultãt: veteriſq; opprobria vitæ
Cõmemorãt. curate cutẽ durãq; ſtriate
Scabriciem: roſeoq; genas accendite fuco.
Diſcite librato plãtas extendere greſſu.
Atq; oculis nutuq; loqui. caput indice vitro
Fingito: atq; manus gẽmis ſcintillet: & auro
Ite: ciet choreas phrygio caua tibia cantu.
Hic ſexus vtriuſq; ardet: ſed maſcula longe
Amplius in molles venus inſinuata medullas.
Inuigilans etenĩ rebus natura creandis
Cõcubitus ſteriles: & prole carenti a furta
Odit & idcirco ſodomę ſcelus acriter vrget.
Eſt locus ad lęuã vobis qui quæritis auſtrũ
Calle ſalebroſo labyrinthiaciſq; viarũ
Flexibus excelſi penetrans caua viſcera mõtis



Feruidus inde vapor noſtroq; ardentior igne
Difficiles habet egreſſus. domus intima cãpũ
Explicat ingentem: qualis balearib⁹ eſſet
Si ſimul excluſo coeant duo littora ponto.
Fundamenta ſuper ſilicũ vaſtoſq; molares
Altius ac valeant oculi ſpectare vidẽtũ
It laterũ flexura tholo ſuſpenſa rotundo.
Exterius penetrat nubes: celſumq; cacumẽ
Deſinit in glaciem nimbos vbi frigidus aer
Aſperat: vnde pluunt nubes vbi fulgurat atris
Igneus e nebulis & fulmina nũciat ardor.
Hec ĩmenſa caui penetralia carceris implet
Ignis. & accenſo flãmę tonat impetus antro.
Et per inane vaga ſerpens face fluctuat altũ
Vſq; tolum flexoq; æſtu latera omnia lambit:
Expiratq; parũ (tanta eſt violentia) facto
Inter ſaxa aditu. cœloq; apparet auernus.
Sidera ſpectãtes noctu de puppibus altis
Suſpiciunt ea flãmarũ miracula nautæ.
Aetnæũ cratera vocãt. tyrrhenides illinc Crater
Sũmus apex hinc Ionias ꝓcul aſpicit vndas.
Igneus incluſas imis fornacibus ardor
Torret: & excoctas altũ iaculatur harenas:
Quę pelago exceptę fluitãt: ſpumęq; vident.

Inde cauernoſus generatur in ęquore pumex.
Vidim⁹ hoc horrendo animas ardere camino
Stirpibus ambuſtis ſimiles. Ditiſq; miniſtros
Certatim iactare ſuper ſulfurq; picemq;:
Et miſeras vncis verſare tridentibus vmbras.
Qui gemitus q̃ dura ſonēt lamenta p antrum/
Non opis eſt memorare meæ. quę vidim⁹ illic
Cuncta fidē ſuperāt. ſi culmine liber aperto
Ignis eat: ſi tempeſtas ea rūpat habenas:
Fundamēta ſoli audebit cōuoluere & aſtra
Vtq; metu grauiore animę ſubigant in imis
Faucibus annixę magno conamine laruæ
Conuulſę de mōte trahūt īmania ſaxa.
Erutaq; eiectāt. & vi per inania pellunt.
Pulſa graui ſtridore volant illiſa palato
Mox ſtrepitu grauiore ruunt. ſub pondere tell⁹
Icta gemit / ſaliunt ignes. īmane baratrū
Intonat. & longo mugit ſpelūca boatu.
Hic coquitur: ſcelus ira ferox. q̃ ſanguie & armis
Delectata viros furialibus incitat auſis
Illic elata ingenia & ſublimia corda
Quę vexere acies & quæ duxere triumphos
Vidimus inuolui flāmis. Theodoſius illic
Theodoſi⁹. Inter vulgus inops ſine maieſtate relictus



Funera theſſalici luit inconſulta furoris.
Sic ſtrepitu ſtrepitus. ſic ęſtu eliditur ęſtus.
Incipit ad collem fecit cui nomina Ianus
Ianus apud veteres tenuit per regna latinos.
Antrū ingēs curuis penetrās Acherōta latebris
Tendit ad occaſum late / ciminūq; ſubintrat/
Sulfureiſq; rigat viterbia fontibus arua
Mox mare tyrrhenum verſ⁹ declinat in auſtrum
Et ſpumante aluo pyrgos adit atq; grauiſas.
Vidimus hic curuo traiectos guttura ferro
Per ſpineta trahi nudos. per vitrea fruſta:
Per ſilices duros: per acuto marmora dorſo
Per nemora: atq; humiles ſucciſo caudice trūcos.
Et rigidis tandem flagris ac verbere cæſos
Rupibus ex altis ſubiecta in ſtagna rotari.
Eductoſq; iterum ac montana per inuia tractos
Pręcipites volui: ac iactari ex aere in vndam.
Vndam exultantem/ac bullas feruore cientem.
Mirabar tumidos: res viſu horrenda: dracones
De tellure caua quoſdam: de gurgite quoſdam
Sanguineo rictu atq; oculis flammantibus ire
Impete cum tanto: & cœli capita alta ferentes
Pellere ſurgentes ſquāmoſo pectore fluctus.
Et nigra ingentem ſignare per ęquora ſulcum

Correptaſq; vocare animas/& hiatibus atris
Condere:& excretas iterũ abſorbere capaci
Fauce.fames tanta eſt aiarum ac tanta libido
Cędis:& egeſtę decies totienſq; voratæ
Non ſatient vaſti ſpacioſa volumina ventris
Funereis non eſt epulis modus:ęquora donec
Ingreſſi lemures vulſas e dentibus vmbras
Per cautes iterum perq; aſpera ſaxa volutent.
Per vada:per ſcopulos flagrãs rabido ira veneno
Inuehitur.tortos ad tempora ventilat angues
Nemeſis Trux nemeſis.volat vt iacto cita fulmine flãma.
In superbos Ipſa ſuperborum domitrix:gerit ipſa choragũ:
It comites acuens:furit agmine tiſiphonęo.
Hæ ſunt difficiles animæ quas dura coegit
Ambitio nimium ſapere/& ſibi ſidere:leges
Et decreta patrum nil pendere:faſq;/fidemq;
Aſſe minus:rigidis frontem ceruicibus altam
Tollere:turgentes buccas:& grandia verba
Rumpere:debellare parem:ridere minorem:
Et iactare genus:nulli parere:ſuumq;
Excuſare nefas non caſtigare:nocentes
Cenſura taxare graui:veniamq; negare
Supplicibus:noua moliri tormenta:parare
Arte perillęa ſeuo inſtrumenta dolori.



Vidimus ingentes laruas membroſaq; monſtra
Triſte giganteis ad opus ſudare lacertis:
Et ferram alterno trahere atq; impellere niſu:
Subiectoſq; ſecare artus:& dente cruento
Frangere ad extremas ſupmo a vertice plantas.
Corpora mirabar pedibus conuerſa ſupinis
A trabe pendere:& rurſũ reſecata coire
Viſcera ſuſpendi ſurſum:rurſumq; ſecari.
Hi quibus in vita licuit torquere nocentes
Crudeli officio nimium crudeliter vſi. In crudeles
Quiq; procelloſis in ſeditionibus olim.
Verſati doluere atrox ſcelus ante ſepulchrum.
Hic rota in immenſum radijs abeuntibus orbem
Vertice ferreſſum ſuperat:qui templa fragoſis
Cautibus:& duris adeuncã anfractibus ędem
Nube modo abſcõdit:mõ culmine lucidus albo
Pandit:& hiſpanis aperit ſua mœnia nautis.
Hinc atq; inde premit montes adamantin⁹ axis:
Quem gemini verſant immani mole gigantes
Antiqua de ſtirpe ſati/quom fœmina laruam
Paſſa laborabat ſub onuſto pondere ventris
Littora calce premunt:ęquãt iuga frõtibus:ora
Ignea:flãmigerant oculi.pro crinibus hydri
Circũ colla leuant exertis guttura linguis.

A mento coma frondoſis procerior ornis
Deſinit in criſpa nigrum lanugine pectus
Incumbunt humeris operi: volat arduus orbis
Tam volucri curſu/tanta vertigine vt ingens
Sibilus auditu horrendus caua tartara & ipſas
Dite ſub obſcuro poſitas exterreat vmbras.
Curuatura lacum roſtrata tridentibus vncis
Radit/& exangues animas rapit/atq; rotatas
Circuitu ingenti trans alta cacumina montis
Iactat in oppoſitæ ardentem conuallis auernū.
Inde iterum ſimilis magno molimine raptas
Machina conuoluēs valide ī vada prima retorq̄t.
Hi ſunt qui ſibi non populis regnare volentes
Ciuibus oppreſſis ſeſe fecere tyrannos
Et cœlo miſerante priuſq̄ deſinat ętas:
Quod rarum inuenies/mentē poſuere ſuperbā.
Progenies hęc fera malis in ſæcula tantis
Languet/& inueniunt vix longa piacula finem.
Sunt quoq; qui funda iaculiſq; petantur & arcu
Sēper:& expectant nudis noua vulnera mēbris
Cōtractis gemebūdi humeris:& ſupplice vultu.
Defecti/tremuli/attoniti ſpirantibus ęgre
Faucibus inſpiciunt fata impendentia ſemper.
Nā deus id genus erroris crudelibus vmbris



In graue ſuppliciū dedit: vt mortalia mēbra
Se nondū poſuiſſe putent. ementia reddit
Immemores: qui ſupra alios ſapere ante volebāt
Nant per inane manus vaniſq; laboribus obſtāt
Miſſilibus: feriente vno volat ecce per auras
Telum aliud. tractoq; aliud iam mittitur arcu.
Nec requies: nec mors leuat expectata dolorē
Stant querno affixi clauis per pectora adactis
Per femora & ſuras & per veſtigia trunco.
Hi ſoliti humanū gladiis haurire cruorem
Quattuor ęternos poſtq̄ exegere per ignes
Sęcula/ſupplicio tali exercentur ad annū.
Scilicet vt dura cruciati ab imagine mortis
Quę fecere ferant. mox ad glaciale trahuntur
Aequor: vbi æquales pendūt in frigore pœnas.
Talibus vrgentur fatis crudeliter auſi
Qui ſcelus hoc animi latebris inane repoſtū,
Abſcondere diu: nec deterſere fatendo/
Annua cū verni reuocāt ieiunia menſes.
Sed noxam lenta in plures mora diſtulit annos.

Finitur Liber Tertius

## LIBER QVARTVS.

AVSONIOS INTER Cam
pos littuſq; ſicanum
Subter aquam pelagi ſubter
tyrrenides vndas
Inclinat qua prona viam tita
nia lampas
Tellurem ingenti cauat antrũ imane theatro.
Abſidibuſq; altis tantos ſe attollit in arcus
Pelion vt totum concludere poſſit/& othrym:
Ac iuga bebricię retinẽt quę nomina nymphę.
Fœta igni regio flãmiſq; furentibus ardet
Intus & in culmẽ fugiens vagus ardor aptum
Fluctuat eructans nigras in ſidera nubes.
Aeolus Vt fama eſt illuc proles iouis Aeolus olim
Deueniens ſeptem terras maris ęquore cinctas
Aeoliæ Aeoliam dixit:quarũ celeberrima nomen
Regis habens primi lipare vulcania tellus
Attollit ſaxoſum apicẽ lyceãq; chimerã
Igne imitans celſo vndãtes de culmine flãmas
Euomit:horrenda inſolitis ſpectacula nautis.
Plurimus hic latis crepitans incudibꝰ vmbras
Vrget: & aſſiduo contundit malleus ictu
Vociferant.ſonat Inarime.dixere priores



Eſſe ſub ardenti tellure Typhoea clauſum:
Atq; gigãteo flãmas accendere flatu.
Hic quibus incoctis ſimulare coloribus aurũ,
Et furtim ſignare notis mendacibus æra
Suaſit auaricię nunq̃ ſaturata libido.
Hic nocturna luunt furta & periuria/& omnes
Diuitias vi/fraude/dolis/ac fœnore partas.
Vidi & in obſcœnis ſcrobibꝰ tenꝰ aure ſepultos
Quos laruæ attractis in dorſum frontibꝰ ora
Tollere:& inuitas fauces aperire coarctant.
Diuitias clauis & aheno forcipe malas
Diſſociant:atq; argenti feruentis & auri
Ac ſi ventoſum latices mittantur in vtrem
Pocula plena ſuperfundũt vndante palato.
Tartareę noctis famuli plębs aſpera flaccis
Auribus in ſcapulis verſis in vultibꝰ atris
Accingũt operi:pars longa bidentibꝰ antra
Suffodiunt:ſoſſoſſa alii cœmenta legentes
Vimineos implent cophinos:oneriq; ferendo
Inclinantur.eunt greſſu redeũtq; citato.
Attritoſq; cauis humeros ſub corbibꝰ aptant.
Aerea vaſa parant alii:crateras ahenos:
Ferrea labra ſinũ late extendentia.magno
Dolia ventre lacus maiore cauoſq; lebetes

ſuſceptura lauri fluxū inſtrumenta liquētē.
Laruarū genus indomitū vulcania proles
Expirans /nate/nare/oculis/ore/aurib⁹ ignē
Stridentes ſalit ante focos:& lęta piorum
Suppliciis capitale odium & feritatis acerbā
Sęuiciem exercent:pœnę genus omne viciſſim
Experti tormenta iterant:quę atroci⁹ vrgent.
Pars ſatagunt curſus aperire viaq; metallo
Expediūt raſtris:ductūq; canalibus aurum
Excipiunt gerulis:& pocula dira miniſtrant.
Sunt qui ligna ſecent longaſq; ſecuribus ornos
Demoliti alte cuneis in viſcera adactis.
Dilaniant:vnde æternis alimenta caminis
Suppeditent:onus incuruis ceruicib⁹ ingens
Subuectāt:cumulantq; focos molimīe magno.
Irritant alii longis inccendia contis.
Ligna crepāt:ſcintillarū creber emicat ardor:
Humida ſi nimium cæſæ modo robora ſyluę
Ignibus obſiſtunt:ſtipulis arentib⁹ inſtant:
Taurinos adhibēt folles:cinerēq; per atrū
Genua trahūt:proniſq; vomūt e faucib⁹ auras
Soliciti mora ne miſeris ferat vlla quietem:
Sic torquetur opū īprobitas turpi anxia queſtu:
Quęſitiq; tenax:nec nō qui diſſipat aurum


Prodigus in luxum/vanoq; ſuperfluit vſu/
His coquitur flāmis:vt cęra caloribus hiſdem
Liquitur:& dureſcit humus.ſed mitior Orcus
Hos premit:vt media minus a virtute receſſit
Id vicium:partitur enī non ſurripit aurum.
Rupe ſub excelſa creſcentis in aera ſaxi
Fronte qd incurua ſcopulos & cornua longe
Proijciens caput extendit:caſumq; minatur:
Terra hiat:& late ardentem facit area circum.
Hic diſtincta focis ſubter flammantibus altis
Subnixa in tripodum fulcris:frixoria toto
Ampla ſedēt cāpo:murmur ſtrepit vndiq; raucū:
Stridentiq; cauæ fumant ſartagine cautes.
Flamma ſequax lambit nubem feruentis oliui:
Cęruleumq; agili flexu depaſcitur imbrem
Huc tractos niger ex magna fornace miniſter
Victimat/& ſtricto pauidos exenterat enſe:
Semineceſq; artus in vaſa ſonantia iactat
Extendunt alij cratere natantia magno
Corpora:dentatoq; premunt ſalientia ferro.
Hoc viduas inopes/& patris egentia cura
Pignora prędati tri le inuenere lauacrum.
Pars libyes abit in dextram/cui nomina fecit
Mater Ariſtęi:geminas vbi Ruſpuma ſyrtes

Proſpicit:& tyria veniens ab origine leptis.
Hic latet:& ſerpit nigros vſq; ad garamantes
Preceps ſub tellure ſpec⁹ ſtrata ignibus atris:
Serpētū genera Serpentū dom⁹:& trucib⁹ ſtabula alta venenis.
Omne quod ęthiopes ſub aduſti ſidere cancri:
Omne quod ęgypti Nilo ſtagnante lacunæ
Virus alunt.quod deſertis habet Aphrica cāpis:
Aphrica mōſtrorū genitrix vbi iuppiter hāmon:
Hic habitat.colubri magnis glomerātur aceruis.
Seſſilis ardenti ſcintillat lumine Buffo
Ventre bouem referens.& hiulco dipſades ore
Sęuaq; multifido cornu portenta ceraſtes:
Hydrorūq; greges/& lōga armenta draconum.
Amphiſibena biceps/& formidabilis ictu
Aſpis.& inflatis Preſter qui faucibus ęſtum
Expuit.imēſumq; trahens Hęmorrhoys orbem.
Picta cutem ſcytale.turpi Boa flexilis aluo.
Mole breuis ſeps/peſte ingens/nec viſcera ſolum
Sed ſimul oſſa vorans: clades famoſa chelydr⁹.
Chencris.& emoriens infauſto vipera partu.
Et Natrix inimicus aquis.flauentis harenæ
Aemulus Hāmodites/oēs ſimul agmine facto
Corripiunt inopes animas.& dente per artus
Peſtifero graſſantur.agunt in guttura rictus.



Nam prius intorto verſata volumine caudā
Membra ligat.tum merſo intrāt p̄cordia roſtro.
Diſcerpunt alij defixo in vulnera morſu
Viſcera/& euulſis rabies immergitur extis.
Auribus arrectis alij ſtillantia potant
Vlcera.paſcuntur ſanie/& putredine viuunt.
Vidimus anguſto ductas a frumine linguas
Fune trahi:preſſiſq; ſequi ceruicibus vmbras
More boum/ſtimulo cum terga ſequentia verſo
Pręuius ad vacuum temonem inuitat arator.
Necnō & frenis quoſdam ſpumare cruentis:
Et verſis in humum volis reptare per ignes.
Hoc eſt infelix hominum genus/iſta nefandi:
Coliuuies vulgi ſtygio lactata veneno:
Cui grauis eſt alienus honor:quā gloria torquet:
Quā laus offendit:quam nil niſi triſte & amarum
Oblectare poteſt.quę ſuſcitat arma mouendo
Inſidiatrices linguas & noxia verba.
Heu crudele nefas/& ineuitabile virus/
Naturæ ſcelus inuiſum.teterrima peſtis:
Deteſtanda lues & inexcuſabile crimen:
Longus ad ęgypti ſtagnata paludibus arua
Limes & intorto via flectitur inuia greſſu.
Plurima tranſiliens cæcis labentia ripis

Flumina/& ignotis ortos e fontibus amnes.
Tũ geminas aperit fauces:porrectaq; longe
Brachia complexu coeunt falcata rotundo.
Aethiopum vicina ſolo:ſuppoſta calenti
Solſtitio & nimium feruenti torrida cancro:
Vndiq; puniceis ſpacium carbonibus omne
Sternitur.hic duro rigidi de rob ore ferri
Multa ſedet crates cubitis ſuſpenſa duobus
A tellure.minor capit agri iugera centum.
Lictores erebi turba implacabilis vrgent
Exangues illuc animas.vexantq; catenis
Implicitas/& nodoſis complexibus arctant
In tergum cadere:& flagris dare pectus & aluũ/
Poſteriora igni.flammiſq; & verbere plecti.
Soluitur aſſa cutis pingui pluit imber aduſto.
Exhalata focis nubes coit.actaq; vento
Cum nidore procul rapitur.penetratq; ſub alta
Tartara/& elatis venientem naribus auram
Cerberus olfaciens lambit tribus aera linguis.
Vociferant/ſtrident/vlulant:dũq; intima carpẽs
Exta vorax etiam pręcordia corripit ardor/
Innixe cubitis certant extollere lumbos
Incaſſum & clunes:& contra vincula pugnant.
Aera crepant colliſa.gemũt ſub pondere crates.



Ore truces/ira violenti atrocibus armis
Stant circũ volitãtq; ſup ſtrepitũq; minaci
Verbere cõpeſcũt lemures:ſudibuſq; recuruis
Inſultare vetant:& ferre incendia cogũt.
Et quotiens clamare parãt/lemur ocyus aura
Ora petit ſudibus:ꝓhibetq; occludere fauces.
Mox comites cinere ardenti & torrente fauilla
Vocẽ inhibẽt.prunã atq; ãbuſtos mãdere torres
Dentibus inuitis rictuq; vrgentur hiulco.
Sũt larue quibus id curę eſt vt pingue ſuillum
Præfigãt verubus:fluidoq; in fomite flãmas
Accipiant liquẽtq; ſuper fumãtia membra
Flãma pluit.longæ ſtillant in corpora guttę. Guloſi
Hic ꝑmitur paraſitorũ/lurconũ/epulonum
Colluuies:ſoliti menſis ſaliaribus aluum
Tendere.lautitiamq; ſequi:menſaſq; dapales.
Immũdę infameſq; animæ:illaudabile quõdã
Vulgus ad has epulas:& ad hęc cõuiuia miſſũ
Ante iter ad ſuperos.hęc ſunt ꝑludia ad aſtra
Vna:genus taceo(ad ſuperos ne forſitan vnq̃
Facti rumor eat:viuoſq; infamia tangat)
Vmbra inter plębẽ hãc olidã tũc forte parũper
Libera:dũ ſtudio reparandi incendia lictor
Comprimit ęoliis vndantem follib⁹ aurã:

Vt me conuertens acies agnouit / aborto
Ingemuit fletu: lachrymiſq; cadentib⁹ inquit
O quõdam vicine meis Cidde inclyte regnis
Ille ego Rex qui tantus eram: q tanta mouebã
Bella per heſperias / Alemãnorũq; p vrbes
Sic crucior. magno ætherei ſub principe mũdi
Perſonę nulla eſt ratio. valet vnica virtus.
Pauca licet fari. ad ſuperos ſi quãdo redibis /
Fac precor agnoſcant quę ſint tormẽta ſepultis
Nam pleriq; omnes quę de Plutone feruntur /
Quę de Dite legunt iſtis cõmenta diebus
Vana putant: hos rumores hęc ſomnia vitent.
Iugluuies habet has menſas poſt fata ſecũdas.
Dixerat. extẽplo lictor volat agmine magno
Vulturis ora gerens: veſtigia prima leonis
Vltima bellatoris equi: nigrantib⁹ alis
Veſperę auẽ referens: & quẽ tenet vnguib⁹ ignẽ
Conicit in fauces: digitiſq; arat ora cruentis.
Ipſe fuga celer euaſi. Dũ cętera luſtro
Scire locos omnes cupiens auiduſq; videdi:
Littora tranſieram ſpumante rubentia ponto:
Qua ſolymi fugere patres Pharaonis acerbũ
Imperiũ. ſegnes fruticans vbi gleba colonos
Reddit apud nigros arabes: nabathęaq; regna.



Continuo per ſpeluncas audita gementis
Vox populi confuſa. velut ſi multa virorũ
Millia plorantũ coeant. veſtigia preſſi
Horrenda ignotę tremefactus imagine noctis.
Obſtupui mente amiſſa. nam lurida nubes
Latrinalis odor de luce carentib⁹ antris
In faciem ſpirans animã concluſit in imo
Pectore / & obſeſſa ceſſauit anhelitus aura:
Mox aſſueta ferens ęgre minus antra / ſubiui.
Ecce cateruatim languens incedere vulgus
Intueor: ſtimuliſq; boum de more p vndas
Acribus vrgeri. noua me ad ſpectacula ſiſto
Poſt immane latens ſaxum quod rima dehiſcẽs
Partit: & admittit viſum diſcrimie paruo:
Obſeruabam oculis: vt pręteriere latenter
A tergo tacitus lento ſequor agmina paſſu.
In ſteriles venere agros & in aſpera dorſis
Iugera marmoreis ſalebroſaq; cotib⁹ arua.
Hic animas ad plauſtra iugant: & lora miniſtri
Ferrea circũdant iugulo: iuga ferrea collo.
Stridenteſq; rotas onerant: mox terga cruento
Atq; nates Mucrone p̃mũt. per inertia ſaxa
It per ięquales ſcopulos via. ferreus axis
Pondere ſub tanto ſtridens accenditur: orbe

Scintillat conuulſa ſilex: labor iſte quietem
Neſcit & aſſiduum lenit mora nulla dolorē:
Donec frigentes animas ignaua relinquat
Segnicies: multoq; madens ſudore fatiſcat.
Hæ reſides vmbrę: quarū pręcordia torpor
Occupat exanguis: ſummiq; ignauia mater.
Sunt alię plures dextra leuaq; latebrę
Quas numerare labor. Calor hactenꝰ vltīa regna
Frigida: & in boream longo vergētia flexu:
Atq; iterū auroram finibus repetentia curuis.
Verū ea quę fando celeri tranſegimus orſu
Nō ſcelus omne lauant: ſed qđ radicibus altis
Fortius āplectēs animas adigebat in omne
Grāde nefas concreto habitu: longoq; trahebat
More catenatā circū mala gaudia mentem.
His culpę vulgaris onus: cū falſa voluntas
Blandimēta ſequēs cadit & perteſa reſurgit
Nec iacet in vicio: ſed lamentata ruinam
Non ſatis: vrendū facinus poſt fata relinquit:
Exanclatur aquis: curſuq; abſt ergitur iſto.
Extirpāda mali teneris plantaria in herbis
Mortales adolere ſinūt & ſurgere in altū
Perſimiles ægro: qui dū primordia morbi
Negligit: ignorans facit īmedicabile vulnꝰ



Talia narrantem roſeo ſuperaſtitit ore
Spiritus infanti ſimilis/cui lactea colla/
Aurea cęſaries/gemmis toga diues & auro/
Pectus & os illuſtre/velut cum nocte ſerena
Lucifer aſcendens flagranti ſidere pontum
Verberat/& tremulis ardens ſcintillat in vndis.
Atq; leui plauſu alarum ſuſpenſus in aura
Sic ait. O ſegnes animæ quę tempora fando
Perditis/& linguę ſtudio indulgetis inani/
Vos incautus amor/pietas improuida fallit.
Iſta quies annis aliquid felicibus aufert:
Tanta viatori mora noxia/ſerius itur
In patriam/cum dulce aliquid contatur euntem.
Dixit & ambroſiæ gutto caput ora lacertos
Pectus & albentes humeros irrorat eburno.
Continuo vires odor/excitat: irrigat omnes
Lætícia neruos & dulci ardore medullas.
Talibus exciti monitis & robore macti
Ire parant. fletu in teneris complexibus orto.
Oſcula dant/curſumq; vię tenuere priorem.
Ite triumphales animæ clamabat eundo
Ciddus in eliſijs requies illa vltima campis
Nos quoq; noſtra manet. ſuperas feliciter arces
Querite/& antiquos reges ſaluere iubete:

Ferrãtem ante alios. alios procul aſſonat Ecchò,
Ventum erat ad cancri metas vbi ſignifer vrſam
Deſerit:& Titanis equos conuertit ad auſtrum
Aethiopum ſubter campos & torrida regna.
Iam ſtygis atq; Acherõtis aquę poſt terga relictę,
Et lęthea palus. Cocitiq; ampla ſe.cabant
Aequora feſſi iterum longiſq; natatibus ęgri.
Iamq; pruinoſus cybeleia feſta nouember
Egerat:atq; dies aderat ſacer omnibus vmbris.
Ecce ꝓcul qua prima pater ſtygis ardua magno
Porta aditu/ſcabroq; alte ſuſpenditur arcu/
Lumen adeſt. etenim veniens ex ęthere diuum
Sancta cohors ſeptem radios accepit ab orbe
Solis vt obſcuro lucem prębere auerno.
Sic igitur detecta erebi ſquallentia regna
Tota ſemel patuere. ſinus tenebroſaq; dudum
Luſtra dies aperit. vapor exhalatus ab vndis
Cędit/& immiſſo ſub tartara pellitur auſtro.
Iam minus inferni mugit fragor. occidit ingens
Murmur vt extinctis quotiẽs aquilonibus ęquor
Sternitur.& fremitũ ceſſans premit vnda ſonãtẽ:
Tum ſuperi qui lucis erant velamina clauſi
Humanos ineunt vultus:& mobilis aer
Cogitur in veſtes. ſarrano intingitur oſtro.

Ferię mortuorum



Ducitur in gemmas:& mille coloribus omnem
Accipit(vt viſum eſt diuis opus eſſe) figuram.
Sic ſuperum natura potens elementa gubernat
Arbitrio vertenda ſuo. caput aurea veſtit
Cęſaries ſpargens ductos ex crinibus orbes
Sideream circa pulchro curuamine frontem.
Nectare & armenio vertex perfuſus amomo
Electri ſplendore nitet. coma preſſa coronis
Aure tenus/tortiſq; fluens vndoſa per armos
Vorticibus/ſentit ſpirantem leniter auram:
Motaq; nũc ceruici hęret/nunc mollibus vndis
Fluctuat/& collo rediens applaudit eburno
It chorus alternis modulans. abſcõdita longe
Antra ſubit cæleſte melos. iam verbera ceſſant:
Iam lemurum langueſcit opus. lenita videtur
Ira parum. veluti quando niſi fabula mendax/
Orpheus vmbroſi petijt vada liuida mundi
Carmen erant pulſi lemures/longeq; fugati
Per maria & montes per inane/per inuia terræ
Viſcera. cõpoſitę primęua ab origine fraudes
In mortale genus. preſſiq; tyrannide longa
Terrigenę diuorum irę. indignata tonantis
Numina.& egreſſus pro libertate ſuorum
Rex in bella nouus. ꝑaui phlegethõtis ab alta

Nocte reuertentes.renouataqȝ ſęcula pulſo
More vetuſtatis ſolymæ noua templa/ nouiqȝ
Pontifices.mactãda alias noua victima ad aras.
Purgandis via facta animis/ſancita piando
Lex ſceleri.& certis requies conceſſa diebus.
Cantibus his lenitæ animæ:belialibus vmbris
Hęc inuiſa quies.audent culpare tonantem/
Qꝫ ſibi non conſtet.qꝫ nũc deſęuiat iræ
Impatiens/nunc fœminea pietate fatiſcat.
Sed leue iudicium linguas ac murmura vulgi
Et ridere bonus ſolet & contemnere princeps:
Inferni mutatio Verſa erebi natura.prius vada lubrica tergo
Duriciem traxere ſoli.iam peruia Lethe
Fert iter:& ſolido portat veſtigia campo
Concretis cocytus aquis.acherontica curſus
Flumina ſuſpendunt.tacitoqȝ induruit amne
Vnda ſtygis p̃ceps phlegetõ ſilet ęquore ſurdo.
Amphitheatralem circum facit area vaſto
Circuitu.medium dirimit via limite recto.
Hinc cauea & ſtatio vulgi promiſcua:patrum
Hinc locus:& ſancti ſedes orcheſtra ſenatus.
Sordibus aulęis/non quę fecere britanni
Textilibus lanis:neqȝ teutonis accola Rheni/
Sed melior diuũ manus aera pingere formis



Docta coloratis:paries aperitur:& auro.
Abſconditqȝ ſitum ſcabri ſub murice ſaxi:
Longa quoqȝ attalico veſtita ſedilia cultu
Horrorem ſtygis annectũt.curuatus in arcũ
Altius aſſurgit turbamqȝ leuatur in omnem
Diuorũ accubitus/qui cũ rectoribus orci
Ad feſtam venere diem: nam magna quotãnis
Hęc ad feſta cohors ſupum deſcendit olympo
Solatura ſuos ac defenſura clientes:
Prima magiſtratus ſedes.diui ordine longo
Hinc atqȝ hinc ſedere locis inſignibꝰ omnes.
Mox antris vulgata quies/tormẽta maloſqȝ
Præco abigit manes.perqȝ oĩa cõpita pacẽ
Aere iubet:magnoqȝ tonans facit ocia cantu
Quo inſonuere procul Ditis caua regna ꝓfundi
Extemplo attoniti lemures fugere ſub alta
Tartara perſimiles coruis/qui ſparſa ꝑ agros
Mars vbi crudeles bellando exercuit iras
Corpora paſcentes:hominũ ſi turba repente
Ingruerit/confeſtim alis tolluntur apertis:
Et nemorũ dẽſas crocitãs natat agmẽ ad vmbras
Oblitę pœnarum animę lictore fugato
Exiliunt clauſtris:& quo iuuat ire:ferũtur.
In voces ſcintillat amor:geſtire voluptas

Incipit & lætas vegetant noua gaudia mẽtes.
Vt quotiens hymenæa epulis conuiuia lautis
Accendere animos: primoq; procemia cantu
Iam ſonat inflato berecyntia tibia buxo.
Murmur inęquali ſtrepitu fremit. altius illic:
Preſſius hic: ineunt læti cõmercia manes.
Vndiq; odoratis ſpirant afflatibus auræ:
Ceu cũ vere nouo peſtana roſaria cultu
Puniceo rutilãt/vel cũ florentis himeti
Per iuga flant zephyri vel: per iuga fertilis hyblæ
Neſcio quid cœli tellus habet: omnia rident:
Concẽtus chorecq; ſonant. numeroſa choraules
Carmĩa voce canit: digitis caua tympana pulſãt:
Talibus officiis diui ſua gaudia certant
In manes transferre pios. dolor omnis in alta
Tartara contractus miſeras p̃mit acrius vmbras
Conueniũt animæ fractis ad compita vinclis
Veſtigãtq; oculis ſi quẽ fortaſſe ſuorũ
Cõſpiciãt populo in tanto. Dare brachia collo
Seq; ſalutantũ paſſim geſtire cateruas
Aſpicias: animiq; affectum oſtẽdere blandis
Alloquiis alacri vultu: manibuſq; leuatis.
En ſubito pater Alphõſi de millibus ardens
Emicat. & tenſis natũq; patremq; lacertis



Stringit. & o tandẽ clamat/mihi candida luxit
Vna dies. Tu ſancte Pater/tu chara propago
Tu ne ades? hi veri vultus an imagine fallor?
Vltro illi in dulces lachrymas & ad oſcula verſi
Adſumus. hi veri vultus/nec falleris aiunt.
Vtq; peregrinis amor eſt ſuauiſſimus oris
Fronte/oculis/geſtu/verbis erumpere certat
Iuncta trium pietas. tandẽ ſic incipit hoſpes
Te toto quæſitũ orco magniſq; vocatũ
Vocibus in caſſum totiens p̱ ſtagna per ignes
Hic tandẽ Pater aſpicio. tua ſancta tueri
Ora licet tandẽ: & venerandã agnoſcere frõtẽ.
Tu vero dilecte puer quem ducere vitam
Rebar adhuc: q̃ q̃ dulces amiſeris annos: Cito mori prodeſt
Id tamẽ vtiliter factũ. Prolixior ætas
Peior & humanę creſcũt cũ tempore culpę.
Sed tua Callaico genitrix fata ſanguine quõdã
Oh coniunx dilecta mihi/quo pectore tantas
Fortunę fatiq; vices: tot triſtia bella
Quę noſtras vt fama refert: arſere per vrbes:
Quove animo tua fata tulit? ſuperat ne? vel iſtis
Ipſa quoq; eſt quęrenda locis iã corpore functa?
Sic pater. Alphõſus dedit hęc reſpõſa parenti
O genitor maiora bonus regnator olympi

Gaudia quæ in ſtygio nobis dare debuit orco?
Iſta trium pietas coitu renouata ſecundo
Aequiparat cœliq; dapes:& gaudia diuum.
O Audenti q̄ veridico mihi p̄cinis ore
Cū fore dulce aliquid quoq; ſub tellure monebas
Eſt ſub Dite quies:eſt in phlegethōte voluptas.
Quod vita & regno teneris excludor in annis/
Nec graue nec miſerū:nec lamentabile duco.
Talibus orantem crebris ſingultibus ardor
Occupat & clauſo longū ſermone ſilentē
Cōmiſerans ita ſucceptis auus incohat orſis.
Chare nepos telluris adhuc contagia ſentis.
Hanc opus eſt animo nubem depellere fando
Hęc duo mortales memorāt bona maxīa regnū
Et vitam illā inopē morituro in corpore clauſā
Sed mihi fert aliam melior ſentētia mentem.
Nāq; quid imperii moles & publica rerum
Cura quid? obſcuris niſi tempeſtatibus actū
Semper:& aſſiduis iactatū fluctibus æquor?
Nulla quies regnis:etenim vel operta tumeſcūt
Bella ſub inſidiis:vel marte geruntur aperto.
Sunt reges iuga quę inuita ceruice feruntur.
Liuor & ambitio primatum:inſidaq; vulgi
Mobilitas rerū ſemper ſtudioſa nouarum



Sollicitāt regnantū animos.& pectora rodūt.
Hęc ſunt illa quibus regum excellentia fortem
Pręcellit cōmunem hominū.mortalibus autem
Omnibus a lachrymis a ſollicitudine ſumens
Vita aditū:graue vēturos facit omē in annos
Scit Priamus Priamiq; domus.ſcit Roma ſuorū
Cęde madens regū.poſt longa atq; aſpera bella
Ille ſuo nil tale merens in ſanguine ad aras
palpitat.hos fato maiori ex parte cruento
Depulſos ex orbe vorax abſorbuit orcus.
Propterea memori quotiēs ea mente reuoluo
Nec regni iactura grauat:neq; labilis ęui.
Hęc quoq; ni fallor:q̄uis ſub nocte profunda
In ſtygiis verſemur aquis:odioſa putanda eſt
Sors minus.hic dolor eſt ꝑ mille doloribꝰ vnus
Formido hinc excluſa necis:quę gaudia certe
Omnia mortalis potis eſt reſtringere vitæ
Hic iter ad ſuperos certum:mortalibus anceps.
Hic ſceleri locus eſſe nequit.mortalibus autem
Omne nefas.nam terra capax ſentina malorū ē.
Omnia quę quondam te ſollicitare ſolebant
Conſilia & curas ſtudia in contraria oportet
Vertere:& ex animo labi veſtigia rerum
Terrenarū:oculoſq; leuare ad olympica regna.

Ipſe quoq; in primis olim poſt fata diebus
Sic affectus eram. menti occurſabat imago
Importuna domus inter lamenta relictæ.
Et regni memor amiſſi ſuſpiria & altos
Ducebam gemitus: tabeſcebamq; gemendo
Nunc autem illecebras & opes & cętera regum
Blandimenta minus pendo/q̃ littora fluctus
Quã mare tranquillum venti/ q̃ fulmina mõtes:
Sic pueri affectum ſenior premit. ille recepto
Robore & abſterſo redit ad primordia luctu.
Proſequiturq; dolens afflictæ incõmoda matris.
Flet genitrix. miſerã dolor implacabilis haurit.
Liquitur in lachrymas/renuit ſolatia/mortem.
Inuocat: & tarde fugienti iraſcitur ęuo.
Hoc ſupereſt in vita animũ quod mulceat ęgrũ.
Hoc ſolamen adeſt: in quo inclinata recũbit
Tota dom⁹. ſoror hiſpanis magna ĩdole regnis.
Omnia promittens/quę Panteſilea ſub armis
Quę Tomyris: quęve aſſyrię regina gerendo
Imperio exhibuit ſexum mentita virilem
Omnia germanus iam ſollicitudine tandem
Liber habet/felixq; habeat. me regna ſepulto
Iam pacata ſilent. & triſtia bella quieſcunt.
Talia narrantem contemplabatur/& vno



Coniugis effigiem pater & ſe agnoſcit in ore.
Dum tranquilla dies abit/& cũ talibus aufert
Tempora colloquijs/ſublimi a ſede loquentes.
De ſuperis vnus procul obſeruabat & ora ; Caliſtus papa
Vt viſum eſt nouiſſe/leues ſe attollit in alas
Impiger/& tali affatur iam proximus orſu
Heſperiæ & mundi Reges ſaluete ſupremi:
Progenies dilecta deo: dum ſancta ſubeſſet
Roma mihi: Calliſtus eram. pia bella parantem
In genus inuiſum ſuperis ad olympica traxit
Regna deus. ſupereſt cui nos donauimus olim
Puniceum diadema nepos/obiturus eundem
Sorte magiſtratum varia: recturus in altis
Fluctibus errantem ſcopuloſa ꝑ ęquora cymbã
Paſſurus gallorum iras/campanaq; bella/
Diſſidiũq; patrum: nunq̃ poſt funera ab vndis
Eruta tranquillo viſurus flumina vultu.
Auxilio veni exulibus de more: parentes
Cum quibus in ſummo dudũ verſamur olympo
Vos priſci ſaluere iubent: & tempora veſtri
Aduentus cupidi vobis occurrere/ſeruant.
Sic ait: & dextram lęto dat & accipit ore.
Continuo Reges/vt cognouere loquentem:
Aſſurgunt proniq; patrem reuerenter adorant

Mox alacres ſermonem ineunt: vltroqꝫ citroqꝫ
Multa recenſentes placidis congreſſibus illam
Conſumpſere diem. faciunt breue gaudia tẽpus.
Sermo erat Heſperię priſcũ decus: atqꝫ gigantes/
Quos tarreſiacos fama eſt bellaſſe per agros
Cum ſuperis genus acre virũ. mauortia corda.
Adijciunt Abidis leges: & Gorgoris arma.
Gerionæ triplicis caulas: armenta canemqꝫ
Gargitium libycis certare leonibus auſum
Et veteres Bacchi comites ea regna ſequutos:
E quibus extremo dominum comitatus ab ortu
Luſus in heſperijs poſuit ſua nomina campis.
Additur his locuples animi pauperrimus auri
Par veteri Curio: decimum Viriatus in annum
Fortiter auſonio patriam tutatus ab hoſte.
Ora ſubit Gothus armipotens & vãdalus audax
Hunnorũqꝫ ferox rabies. truculenta ſueuum
Progenies: curſuqꝫ leues recitantur Alani.
Has patrijs quondam gentes de finibus ardens
Bellandi procul egit amor. longeqꝫ vagantes
Ac veluti quędam terrarum incendia claras
Demolitę vrbes rapidiſqꝫ per omnia flammis
Obuia bacchatę: fines tenuere ſupremos
Heſperiæ ſcythicũ oceano prohibente furorẽ.



Et iam feſta dies verſo fugiebat olympo
Cũ repetens erebi dominos grauiora ſacerdos
Exilia/ & facilem paradiſi ad limina curſum.
Regibus exorat. precibus chorus annuit ęquis:
Et veniunt animis in vota fauentibus omẽs.
Grata Magiſtratus erebi conſulta reportans
Paſtor adhuc Romanus adeſt: ac talia fatur.
Vos pater aſſumptos prꝓ relligione tumult⁹
Aſſertumqꝫ decus fidei meditat⁹ ab orco
Eximit ante diem. curſu ſimul ite ſecundo.
Cætera in elyſiis domibus memoranda relinquo:
Dixit. & extenſo porrectus ad oſcula vultu
Collachrymat regeſqꝫ piis complectitur vlnis. Finit dies mortuorum
Iam tenebris adoperta dies: iã gaudia clauſis
Diſcedũt heſterna iocis. rediere miniſtri
Tartareæ de fauce domus. animęqꝫ redactę
In ſua clauſtra malis rurſum exercent̃ eiſdem.
Ire parãt reges numeroqꝫ & viribus aucti
Cum plębe vmbrarũ innumera: q̃ libera ſancto
Facta die turmatim ibat Titanis ad ortũ.
Tum ſenior dextra natũ leuaqꝫ nepotem
Læt⁹ agens graditur: ſanctũqꝫ ita numẽ adorat.
Magne Pater qui ſic altũ: regis ætheris axem Oratio aui
Vt bene conſultũ poſitis ꝓcul vndiqꝫ regnis

Eſſe velis: nec enim cura eſt tibi maior olympi
Q̃ ſtygis immenſum ſtudiis æqualib⁹ orbē
Suſcipis. hinc ſcimus quod nos docuere parētes
Omne quod eſt opus eſſe tuum. vigilātia reb⁹
Tanta gubernandis: vt nil ſine legib⁹ vſq̃
In tanta ſit mole: pium te iudicat orbis
Terrarū: maris aurai cœliq; parentem.
Tu pater & cuſtos rerū. tua ſola poteſtas
Fine caret: tua terrigenas inuicta gigantes
Demolita manus congeſta bitumine ſaxa
Strauit: erythręos fluct⁹ diuiſit: olympum
Fixit: & ardenti curru titana volantem.
Cūcta potes. Sed amor nihil attentare ꝑteruū
Te ſinit: eſt pietas operū menſura tuorū.
Hęc faciles iras facit: & placabile numē.
Tu nos aſſyrio tractos de puluere mēbra
Quos immūda grauāt: quos inteſtina libido
Vrit: ab obſcura pecudū ratione carentū
Sorte parū procul āmotos miſerat⁹ ab orco
Soluis & ad ſuperos ſobolem reuocare caducā
Niteris. his tibi pro meritis exoluere grates
Non ego nō centū noſtro de ſanguine Reges
Sat fuerint. minor eſt animis humana facultas.
Nos igitur partem imenſi Rex maxime regni



Exiguā rege. & inferni per inhoſpita mūdi
Stagna vehas. feſſoſq; breui fer ad æthera curſu.
Hęc vbi dicta: leui canū caput aura ſuſurro
Implicuit lunæ ſimilis / cum ſera patētes
Ingreditur thalamos frigenti pallida vultu.
Et ſimul a curui prolapſa crepidine ſaxi
Vox in luce ſonās. Tuta eſt via carpite greſſū
Iā gelidis loca fœta vadis. iā ſtagna ꝓpinquāt
Vltima quæ lethe glacialibus aſperat vndis.
Iam ſtyga tranſiſtis phlegethōteaſq; lacunas:
Et vada cocyti magno reſonātia luctu.
Nūc ſupereſt acheronteæ pars vna paludis:
Quę ripis incluſa ſuis agitataq; curſu
Præcipiti ſalit in fluctus: fremituq; ſuperbo
In cautes irata furit. grauis alueus alto
Gurgite ꝑpetuū trahit ima in tartara murmur.
Amnis vbi tranſmiſſus erit qui terminat ignes:
Frigida ſeſe apit regio: tractuſq; per amplos
Pigra gelu vada concreto tegit ęquora cāpus.
Hęc totidē numero pœnas totidēq; latentes
Ad dextrā lęuāq; ſinus habet ora: profundis
Fracta voraginibus: q̄bus excruciant̃ acerbis
Luctib⁹ algentes animę. rurſūq; per ignes
A glacie: rurſum ad glaciē reuocātur ab igne.

Donec circuitu labes abraſa peracto
Diffluat: & ſimplex animæ natura ſupſit.
Sed vosque moneo vigilanti aduertite ſenſu.
Pōs tremulis longa & gracili trabe cōiugat ānem
Sub quo pręcipites acherō pice nigrior vndas
Voluit & effuſo late patet alueus æſtu.
Hac iter eſt cōmune. vado. via nulla. natatū
Non fert: vnda rapax neq; tali hircana volatu
Raptorē inſequitur Tigris. neq; parthica tanto
Agmine per cœli nubem ſe abſcondit arundo.
Qui pontē ambiguo titubās pede calcat i altū
Flumen abit. rapiturq; inferni ad limina Ditis
Tartareūq; chaos rapido vada vortice merſū
Inuoluūt fundo. & fluuio vox claudit hauſto
Nec remeare datur: donec de regib⁹ vn⁹
Iuſſerit a lictore trahi quod vidimus ipſi
Sępius: in natos hæc eſt inuenta rebelles
Pœna: quibus patrū grauis atq; odioſa ſenect⁹.
Sed deus inſolita veſtrū pietate laborem
Adiuuat. & breuis eſt vobis conceſſa p auras
Semita: & ecce leues ſuperi quibus vtimur alas
Tradim⁹. a tergo in pectus venientia ferte
Lora ſub axillas: tripliciq; aſtringite nodo.
His nedū fluuiale vadum: ſed & omnia regna



Aeterno damnata gelu tranſmittere fas eſt.
Qui pedibus glaciē atq; rigētia ſaxa pagrant
Obiicibus crebris ſcopulorum/ & gurgite multo
Tardati/ longo in pœnis mœrore ſeneſcunt
His fauor iſte datur/ qui ſe dum vita manebat
Subſidiis inopum gratos fecere tonanti:
Vel quibus id pia poſteritas poſt funera ſoluit.
Sed quibus ingrati auxilia expectata nepotes
Nulla ferunt/ longos erebi ſine fine recurſus
Cū lachrymis gemituq; iterāt. Patrimonia nati
Dilacerant patrum immemores. vt terra ſepultos
Eſt complexa/ pias abolent obliuia curas:
At tu ſancte pater/ ne vos de limite recto
Pellat in extremas boreæ violentia cautes/
Semper eni geticis ora hęc aquilonibus alget/
Riphęoq; gelu ſemper graue ſpirat ab axe:
Qua ſit iter ſerua. lamenta audita per auras
Quę media eſt regio: quę ſint extrema: docebunt.
Nam voces vtrinq; ſonāt. fremit vndiq; ſtridor
Horribilis. credas adductis faucibus vrſos
Frendere/ & ęgrotos tremere: ac rugire leones
Anxie: & extremo tauros mugire ſub ictu
Auribus hic opus ē: oculos vbi nubila vincunt
Cum ſtrepitus leuam veniet manifeſtus ad aurē:

In dextram fuge. cum dextra lamēta ſonabunt/
In leuam preme. cum lemures proſpexeris atros
Scintillare oculis/& reſpirare fauillas;
Duc ſignum luſtrale manu/dic nomina magni
Regis. erit vobis cunctos via tuta per hoſtes.
Laruarum natura fugax: ſi expaueris/audent/
Si contemnis eunt/maieſtatemq; tuentur
Arte ſuam/ſi quid nequeunt/ſimulanter/& aſtu
Pręetereunt. fictoq; tegunt odia irrita vultu.
Cum tumidi liuore graui tardare ſecundum
Annitentur iter/motis tum fortius alis
Carpe viam intrepidus: totoq; elabere niſu.
Dixit: & in noctem lumen cum voce receſſit
Iamq; datis freti pennis acheronte relicto
Aera tranabant lęti ſtridentibus alis:
Perſimiles cygnis: viridi quos Mintius alga
Quos Męander alit: quos humida prata cayſtri.
Vndiq; lugentes animæ: ſęuiq; dolores:
E puteis lamenta cauis ſuſpiria/& heu: heu
Tum iuuenis Pater inquit ades: confinia noſtris
Verba ſonant. videor voces audire latinas
Sub glacie. hic aliq̃s Romano a ſanguine ſurgēs
Sub pallente lacu pœnas in frigore pendit.
Dixit. & in dextram paulum pendente volatu



Vicinam apprehendunt cotē niuis imbrib9 albā
Et taciti arrectis inclinant auribus ora.
Continuo auditę rixantum in gurgite voces
Obtuſumq; ſonans duro ſub flumine murmur.
Prima ſono vox langueuti: miſerere dolentum — Papa. P.
Et ſine (clamabat) feſſos ſpirare parumper.
Altera crudelem referens Euriſtea toruo
Intonat ore ſuper: ſi quę puerilia flagra
Hactenus inflixi tergo impatiente recuſas:
Quo pacto nodoſa feres atq; aſpera ferri
Pondera? & intorto ſtridentes ęre catenas?
Hęc ſunt quę noſtris epularū exordia menſis
Ponimus. in melius creſcent conuiuia Rurſum
Prima exclamat: apud ſuperos ego tēpla tenebā
Vaticana. dabant Reges his oſcula plantis.
Cerne miſer quibus inſultes. reuerentia tanti
Nulla magiſtratus erebo? Num regna tonantis
Hęc quoq;? Nū ſtygio Chriſtus dn̄atur in orco
Pontifices hac mole premi? leuiora ſub ipſo
Tartareo Plutone dari tormenta feruntur.
Altera mugitu ſonat implacata minaci. — Secunda vox
Non aiaduerſo iura his damus ordine: q̄ ſi
Ordo animaduerti debet ſacer: ordine functus
Maieſtatis inops: exautoratus ad vmbras

Mitteris has gẽmis/oſtro exornatus/& auro.
Pręteriti nota ſola manet:cui ſidere vanum.
Ille tuus quondam ſplendor tua tanta poteſtas
Illa ſuper terram cum vita excedit:ad orcum
Veniſti miſer/obſcœnus ſquarroſus:& audes
Hiſcere:& antiquos Iouis irritare nepotes
Futilibus nugis.& te iactare/ꝙ olim
Inter oues ſortitus eras primatis honorem?
O ſtolidi/vt noxam ſic & tormenta coronæ
Atq; magiſtratus( fruſtra hęc prętenditis )augẽt:
Diſcite ſed ſero/quãdo eſt reſipiſcere vanum:
Diſcite fortunæ non fidere/diſcite fatum
ponere.ſola poteſt hominem defendere virtus.
O vbi nunc lautæ illæ epulæ/nidorq; ſaliuam
Eliciens? vbi procedens in fercula ſeptem
Id ſaliare epulum? flauoq; oneroſa falerno
Pocula? & aſſiſtens leuis & corrupta iuuentus?
O vbi olorinæ ſubter velamina plumæ
Serica/odoratæ chlamydes? aſiatica gaza?
Aulęata domus? ſtratis aſarota ſuperbis?
Debuit illa ętas reprimi/& pręſaga futuri
Dicere/forſan & hęc olim meminiſſe pigebit
Prima iterum.merui(fateor)grauiora:feramq; Pría vox
Aequo animo:ſed dãda aliqua interualla dolori



Te quoq; dũ crucias miſeros:labor iraq; torquet.
Si nos hac venia indigni:tibi conſule ſaltẽ. Scda
Altera ſupplicibus magis irritata querelis
O raſum plębs vncta caput:veſtigia tandẽ
Mittis in hos caſſes.humilem veſtire figurã
Debueras cum tenſo ibas per cõpita collo.
Nunc ſera eſt ꝓbitas.pruritu ardentia terga
Sancte pater ſcalpẽda manu hac:Tuꝰ atq; tuoꝝ
Eſt nobis labor iſte/quies/dolor iſte/voluptas.
Prima iterũ.Poſtq̃ tua tã implicabilis ira
Perge:feri veſtiga oculis vbi vulnera deſint. Prima
O Erebi Durũ imperium:legẽq; ſcueram.
O vacuas pietate domos:o immania regna.
Altera nil mollita animo reſpondet amaro.
Perditis hos fletus.noſtra nõ regnat in aula Scda
Fœmineũ pietas caput inclinata:nec amplũ
Nuda ſinũ mãmoſa nurus/q̃ pignora lactat.
Nõ elumbe ſonãs verſis clementia ſurſum
Luminibus.non Relligio triſti aſpera cultu:
Quæ filo incertis numerat ſua murmura baccis
Non ſunt hic ſiloę latices/nõ ſalmacis vndæ.
Non piſcina lauans pecudes iudęa litandas.
Hic recti ſenſura tenax.hic maſcula iura.
Nõ vt apud ſuperos ægris blanditur inerti

Auxilio/cauſas ſcrutamur/& vlcera ferro
Scindimꝰ ancipiti morboqꝫ medemur apto:
Hic iuſtę ſanctæqꝫ animæ Rhadamāthꝰ/& autor
Legū habitat Minos:atqꝫ Aeacꝰ:om̄e ſub iſtis
Iudiciū:qui iuſtitię dum regna tenebant
Orbe alio:cultu inſignes hic iura miniſtrant
Hi ſaluem neqꝫ concutiunt/nec amore ferūtur
Aut odio.meritis æqua dant pręmia lance.
Nos quoqꝫ tęnareis quibꝰ ora infecta caminis:
Q̃ q̄ noſtra breuis fuerit fortuna:tonātem
Vidimus:& cœli ſummo regnauimus axe.
Nunc quoqꝫ regnamus.nec em̄ ſine Dite nocētes
Multari/atqꝫ obſcura trahi ſub tartara fas eſt
At tu impulme caput cui tanta licentia quōdā
F.P.or. minorū. Fœmineos fuit in coitus tua furta putabas
Hicquoqꝫ ꝑtentu Mitræ impunita relinqui?
Sic meruit tua fœda venus/ſic prodiga in oēm
Nequitiam/ad virtutis opus tua auara libido.
Illa dioneæ cithereia munera conchæ:
Illa pudicitiā quibus impugnare ſolebas:
Et noctes emere:& nudæ indulgere paleſtræ/
Scimus & in ſcriptis tua ſancta redegimꝰ acta.
At niſi fœminea tandē prece motus olympi
Rex afferret opem:cū iam ſuſpiria raucus



Vltima vix traheres:& mors incūberet ori:
Noſter eras.ego iā ſtratū tibi molle parabā
Larga vbi tartareas inſtrat ſentina cloacas.
Par meritis locus ille tuus:Deus iſte malorū
Fautor vt antiquis viduatā ciuibus aulam
Et noſtro mœſtā exilio repararet:in aſtra
Colluuiem vulgi humani paſſimqꝫ volentes
Ire leuat.nolentē etiā prece palpat:& vrget
Ciuiū inops.cœlū meretrix/cœlū intrat adulter:
Sidera lęnones habitant.mihi debita fures
Regna tenent.bis iā/cœlo ſemel/& ſemel ipſis
Pellimur e terris.at vos habitabitis aſtra
Sacrilegi:inflati:inceſti:rabidi:atqꝫ cruenti?
Sic illi placet.& placeat.mihi forſitan olim
Non impune feres.& non ſine vulnere multo
In loca peruenies quōdam mea:pectora:terga
Et femora & clunes arma experientur auerni.
Talia mordaci latrabat Iupiter ore.
At reges probra ęgro animo tā indigna ferētes
Diſſiliunt ſcopulo phœbiqꝫ ferūtur ad ortū
Obnixi in boream:pleno nāqꝫ ore ſiniſtrum
Ad latus inſultans Boreas vrgebat in auſtrū.
Propterea in leuam recto de tramite paulum
Inclinatur iter:ventoſqꝫ & frigora vincunt

Viribus/& rapido latera exercente volatu.
Sicut vbi fluuium certant tranſmittere nautę:
Prora per aduerſum ſcalmis ſtridentibꝰ amnem
Vix agitur: q̃tumq; manus ſuperant ab vndis
Tanto nauta grauem portu ſecat altius ęſtum
Ad rectum reditus iter. cum flumine victo
In portum deſcendet aquis iam cymba ſecũdis.

## LIBER QVINTVS.

IAMMEDIVM BOREAE gelu torpentiaq; arua
Difficiles faciente vias aquilone ſecabant:
Cum procul obſcurum murmur graue mugit ab axe:
Quale in conceptu nymbi glacialis olympꝰ
Rugit agens tẽpeſtatem per nubila nigram.
Iam crepitu maiore tonat/iam fortius aurẽ
Pulſat: iter flectũt:& ſponte aquilonibus alas
Dant pauidi: ac boreæ arbitrio per inane ferũt
Haud procul occurrit moles: vbi forte reptam
Dum circũ ſcabri reptant latera ardua ſaxi
Montis in anfractu: rupem ſubiere cauatã,
Dumq; ſilent: dũ vix audẽt ſpirare ſub antro:
Dũ incũbunt oculis atq; auribus: ecce repente



Agmen adeſt:& turba obſcura abſcõdita nocte.
Et quoniam crebro nubes caua fulgurat igne/
In tenebris mõ clauſa latent/mõ aperta viciſſim
Ora patent/vt nox alternat & igneus ardor.
Tempeſtas ventoſa tonat/iaciuntq; fragorem
Fulmina terrificum. conuulſaq; fulmine ſaxa
Diſſiliunt. teſtudo erebi tremit antra reclamant.
Murmure confuſo tuba cornua tympana raucũ
Aes animãt. phario rudit vox barbara ſiſtro:
Latratus lituorum vlulant. venit ordine longo
Priſca deum ſoboles formis adoperta ferarum: Dij in feras verſi
In curuo delphine pater neptunus aquarum.
In Ceto grauis ęgęon: in hirundine Tethys.
Nereus in vitulo. Rombi ſub imagine doris:
Polypus eſt Proteus. Remorã Melicerta ferebat.
Nautilus eſt mater. latet in Torpedine Triton.
Cęteraq; ęquoreæ velant ſua numina formæ.
Falcifer eſt Elephas. ſpinx eſt ſaturnia Iuno
In cane Mercurius. Pallas ſubit ora Meduſæ
Sub boue clauſa Venꝰ: ſub oleti Mulciber hirco
In ſerpente Ceres/lupus eſt Tirintius. Euan
Lyncis habet maculas. Latonæ filia Phœbe
Callida:& vt perhibent nr̃ę ęmula vocis Hyena: Hyena
Mirũ aĩal. modo mas. verſo mõ fœmina ſexu.

Phœbus equi caput atq; iubas ceruice comātes
Vibrat. habet lamię mater Latona figuram.
Hi proceres inferni erebi. grege preſſa coacto
Ferę ifer næ — Turba ruit: Ceruus creſcens in cornua. paruus
Ichneumon cute limoſa. pannoſus & aſper
Vrſus. Oryx: cui terga pilo contraria verſo.
Lutraq; piſcatrix. terræq; habitator & vndæ
Fiber/& inuadens iaculis bicoloribus iſtrix.
Trux leo. dente minax aper. & leuis ilia pardus.
Lunatis panthera humeris. pede ſtrēnua tigris/
Et cui cornutis nomen de naribus ortum.
Et cui defenſa eſt vno frons ardua cornu.
Indi vriq; boues & ſemiferi centauri.
Cętera pręterea varijs animantia formis/
Quæ ęthiopum deſerta. colunt vbi ſolis iniqui
Impatiens tellus parit indignata venenum.
Iſta ingens ſtipante Aries legione per orcum
It caput elatum vibrans: ſuccenſa coruſcant
Lumina ſub trucibus cilijs/nodoſa leuantur
Cornua: & a fronte in dorſum cōtorta recurrunt
In faciem. mucroq; minax falcatus vtrinq;
Prominet. hirſutæq; cadunt de cornibus aures.
Nigra cutis/nigrum vellus. ſuccumbit aſellus
Caudę oneri/ne verrat humum. ſylueſtria Panes



Numina & agreſtes ſatyri monumenta ferebant
Bellica/loricas/clypeos/& cętera Martis
Arma triumphali ritu ſiſtenda ſub altis
Poſtibus/exanimes vbi mors cubat iter aceruos
Mars erat e bello rediens: quod geſſerat illa
Tempeſtate graui turcorum oppreſſa tumultu
Chalcidis euboicæ tellus: vbi concita ſemper
Aequoris alterno fluit vnda reciproca curſu.
Tum Rhodus alatū lacedęmona puppe leonem — Inſignia venetoꝝ
Tendere/& aduerſo remis inſurgere ponto/
Vidit/& ingemuit cladis pręſaga futuræ.
Nam poſt euboici vicina incendia belli
Ipſa ſibi ingentem videt impendere ruinam.
Thraicias igitur Mars implacabilis vmbras
Ducit ouans/& multa virū grege millia longo.
Boſphoridæ obuerſis in terram vultibus ibāt
Vana execrantes Machometi inſomnia fero
Intellecta/dolent pancheis fraudibus orbem
Turpiter illuſum. generis pudet. ore proteruo
Inſimulant cœlorum iras/& fata deumq;
Agmine in extremo Eumenides q̄ nocte ferūtur
Atq; Acheronte ſatæ/contorto verbere turmam
Sollicitant. vt paſtor oues cum e montibus altis
Autumno in campos redeunt armenta reuerſo.

Eumenidũ comes impatiens furor intonat ore
Stentoreo:& turbæ inſultã s/ita faucibus amplis
Vociferat. Quę vos retinet mora? Tartarus oĩs
Confluit ad portas prędam viſurus. ab antro
Cerberus effuſam gradiens vix baiulat aluum.
Ite citi. longum ſupereſt iter: Ite nec iſtis
Expectate locis requiem. ſinus iſte negatur
Crinibus illotis. fundo inuoluuntur Apellæ/
Gens damnata/priuſq̃ nata. videbitur illic
Tota patrum ſeries. bellax Otomanus/& ambo
Orchanes aſſueti bellis. Amuratus vterq;
Solmanus. fraterq; minor. Calapinus/& omne
Vulgus/hyperboreis quod nos ex montib⁹ olim
Caucaſeas citra fauces & caſpia clauſtra
Miſimus/vt noſtrum genus vlciſcatur/& vltra
Sęcula iam ſeptem validis Chriſto ĩminet armis
Hic etiam victo gaudens Imilinus ibero.
Et ferus aſſyriæ domitor Saladinus. & atrox
Bendegar. hic omnes arabi/thraceſq; tyranni
Vna habitant primo generis cũ patre ſepulti.
Cum quibus & vobis lautam Proſerpina cœnã
In phlegetontheis picto ſub fornice ripis
Lętabunda parat. ſtratiſq; tapetibus omnem
Veſtit humum. lata ornari iubet atria pluto



Ite ad gentiles epulas. Chriſti arua nepotes
Iſta colũt. celeres inimica abſcedite terra.
Altera vos ora anguſtis ampliſſima cãpis:
Lucida ꝑpetuis tenebris: fuligine ſemꝑ
Candida ſuſcipiet. q̃ ſi ſudore madebũt
Corpora biſtoniis vos tartat⁹ abluet vndis.
Talibus inſultat dictis. & amarus aheno
Verberat haſtili: furciſq; bicornib⁹ vrget.
Exangues animę properãt. odioſaq; mõſtri
Verba ferunt grauius: q̃ duri verberis ictũ
Prærapido curſu accelerant:& vertice preſſo
Sub rigido intorquẽt liuentia terga flagello.
Iam ſtrepitu regio frigẽs abeunte ſilebat.
Murmuraq; occiderãt flexu intercepta viarũ.
E latebris reges vt aues iam ſole reuerſo:
Poſt nimbos æſtate volãt: aliſq; feruntur
Præpetibus borea iam decreſcente geluq;
Miteſcente: velut gelidi cũ ſidus aquari
Sol fugiens aperit Zephyros:& dulcia veris
Tempora floriferi. glebis cum terra ſolutis
Euocate latebris virides in aprica lacertos.
Ecce procul cernũt incertũ lumẽ:& albę Incipit Lux
Neſcio quid ſimile auroræ: noctiſq; tenebras
Luce fatiſcentes tenui. pernicib⁹ ergo

Fortius incumbũt pennis.agilicꝫ per auras
Remigio tranãt:& lucis amore feruntur
Iamqꝫ dies vicina iubar ſpectabile longis
Faucibus extendens humẽtẽ diſcutit vmbrã.
Mitior & radiis manſueta calentibus herbas
Fert humus.atqꝫ ſitu ſenſim exonerat opaco
Iam veniunt ebuli.iam circũ marmora ſerpũt
Flexipedes ederę.Veneris coma ceſpite raro
Humenti de rupe cadit.ſe gramine veſtit
Cui dedit & nomẽ paries.Chelidonia paſſim
Surgit & ambroſię ſemp viuentia pingui
Fronde ſedent in muſcoſis conchilia ſaxis.
Supremũ iam limẽ adeſt.hyperionis ardor
Ora ſubit.phœbiqꝫ acies imiſſa per antrum
Fert athamos.in luce natãt ludũtqꝫ per auras.
Iam cœlos ipſumqꝫ vidẽt aſcendere ſolem
Crine coruſcantem aurato:qui nuper ab vndis
Extollens illuſtre caput proiecerat vmbrã
Noctis ad ardẽtem libyę ſuper æquora librã
Et ſoror obuerſis in tergũ cornibꝰ ortu
Lucida iã quarto graditur.formoſa: ſequũtur
Monſtra maris/dominã pelagi:Nereides olim
Nereides Dicta patris Nerei ſoboles ex cõiuge Dori:
Cymodoce.Thoa.Cymothoe.Linoria.Proto



Callianira.Agane.Melite.Galathea.Ianaſſa.
Electra.& Glauce.Clymene.Doro.ãphinoeqꝫ
Atqꝫ alię quibꝰ eſt nomẽ cõmẽta vetuſtas.
Sic rudis illa ętas erat:vt maris eſſe putaret
Numina quę ſalſos habitant animãtia fluctꝰ
At nõ cuncta tamẽ.ſed quæ formata videbant
Mollius atqꝫ magis noſtros imitantia vultus.
Namqꝫ opifex ac ſi plures effingere formas
Neſciat in terris quales & in aere fecit:
Sideribus tales tales: dedit æquoris vndis.
Nant igitur ſpumãte ſalo:lunãqꝫ ſequẽtes
Arte mouẽt vlnas.ductiſqꝫ per ęquora ſuris
Nũc capita extollũt:madidoſqꝫ ad tẽpora crines
Virgineo inuoluunt ſtudio.nunc ore ſupino
In ſummo flui tant pelago:nũc pectore prono
Per vitreas labuntur aquas.ad lactea plaudit
Vbera:& a iugulo niueos excurrit in armos
Pontus.& albentes gaudens amplect itur artus.
Carceris inferni poſt longa ergaſtula tandẽ
Iam penitus ſecuri vmbrarũ & olentis auerni
Sideribus reges cœloqꝫ fruuntur aperto.
Clauſa diu frigente metu ſyncera voluptas
Corda aperit.blãdoqꝫ mouet ꝑ cordia plauſu.
Dulcibus exultãt curis.iuuat ire per herbas:

Et pede non pennis vti. de more volucrū:
Quę ſimul ac menſę longo vada magna volatu
Inuenere agros alis veſtigia clauſis
Expediunt. lętiſq; petunt garritibus eſcam.
Nec ſatis eſt ſpectare oculis: ſed pectore prono
Purpureos humili carpūt de ceſpite flores.
Summa ferūt per prata manus. halantia palpāt
Gramina: & abſorbent redolentia naribus arua
Ver erat. & ſegnes aperire fauonius agros
Cœperat. & miti campis alludere vento.
A cœlo in fruges humꝰ inuitata creandas
In frondes formabat aquas. pingebat apto
Flore comā. viridem. pulcro neu gratia deſit
Vlla operi varios ſuꝑinfundebat odores
Dędala/ſecretas ſpirans in gramina vires.
Magnꝰ & aſcenſu longus. prope limē auerni
Mons ſedet: & celſum leuat vſq; ad ſidera culmē.
Aſcenſum via nulla docet. tamē ardua moles
Spondet iter lętum nā cotibus aſpera nullis
Tota viret. ſæpe æquato plana area tergo
Præbet anhelanti requiem de rupibꝰ altis
Soliuagę pendere feræ per prata videntur
Nūc herboſa vides molli iuga ſurgere cliuo:
Nūc ſyluis vmbroſa comas attollere in altū



Ergo auidi ignotum ſpeculādi e vertice mūdum
Cōſcēdunt paribus ſtudijs/& paſſibus ęquis.
Geſtit auus graditurq; nihil tardante ſenecta
Par iuueni. magis excelſis magis aura vigorem
Ingerit ęthereum iam frons exuta veternum
Tenditur/& viridis redit in ſua membra iuuētus.
Frigida canicies capiti fluit. vuida rugas
Explicat/& viuum cutis induit alba colorem.
Corda calent/nerui euigilant/venęq; redundant
Labra rubent effœta prius/caua tēpora ſurgunt
Lene fluens in voce lepor. toruumq; reuellens
Ex oculis ſenium: dulces noua ſuſcitat annos
Gratia: primęuus tenero gelaſinus in ore.
Alba rubet facies/crinis nitet ęmulus auro:
Et flauente humeros vmbra tegit: omnia rident.
Mirantur ſeſe/& ſiſtunt veſtigia: verſi
Alter in alterius vultum. reducemq; iuuentam
Contemplātur/vti quando iam ſera nepotum
Poſteritas ſeptem comites poſt ſęcula vidit
Iam duo de longo ſua quęrere limina ſomno.
Oībus eſt pluſq̄ humanæ decus indolis vnum.
Nec matura patrem. nec auū grauis indicat ętas
Credere germanos: & eodem pignora partu
Nata licet: ſtygio ſancti de gurgite manes

Dimiſſi ad ſuperos orbi dominantur:& auras
In quaſcunq; volũt.ſpecies elementaq; poſſunt
Ferre:voluntates animumq; ſecundat imago.
Iam ſuperat montem.iã ſummo in vertice lõgos
Proſpiciunt tractus.nec iam montana putatur
Ora:ſed immenſis late patet vndiq; campis.
Sunt tamen in campis tumuli colleſq; ſupini:
Verũ humiles:ſola frugiferis vberrima glebis.
Surgit ad occaſum regio declinat ad ortum
Leniter:& ſolem totis aprica diebus
Accipit.humet aquis.vitrei per gramina fontes
Deriuantur eunt riui ſalientibus vndis
Rura per:& varijs fragrantia odoribus arua.
Vndiq; flat panchęus odor:ſonat vndiq; cantu
Orphęo ſyluestre melos.terra ęmula cœlo
Grata coloratis ſpectacula collibus offert.
Totus in arboreis annus ſine frigore brumæ
Frugibus apparet:florent/& adulta vireſcunt
Et matura rubent vna ſuper arbore poma.
Hoc in vite vident iſtud mirantur in herbis.
Et quaſi lenta ferax/faſtidiat ocia/tellus
Orditur texitq; ſimul:quę texuit offert
Prodiga.gaudet opꝰ ſpectari/&ab hoſpite carpi
Sũt q̃ hodierna dies ſũt q̃ quoq; craſtina ſemp.



Hauriat.ipſe ager eſt ipſi ſunt horrea rami
Nil ſeruare opus eſt.campis penus vnica totis
Publica:& appoſitis dapibus conuiuia paſſim.
O qui nos tandem accipiunt poſt ſulfura auerni
Poſt ſtygios ignes letheaq; frigora campi
Exultans exclamat auus.felicia certe
Iugera/felices habitant quicunq; coloni.
Ore hiat/& tenſis oculis circum omnia luſtrat
Vultq; loqui Alphõſus:ſed mẽs dulci ebria viſu
Senſibus ex alijs fugiens in lumina ſeſe
Colligit:& muto vires non influit ori.
Et pater admirans alto legit omnia vultu:
Atq; ait/o lętis quæ tam indulgentia campis
Sidera?nũ heſperidũ nemꝰ hoc.nũ theſſala tẽpe?
Aut humus illa arabũ felix?vel forſitan illud
Nobile phęacum regis nemus?Elyſiumve?
Vel quas mobilibꝰ placidũ mare diuidit vndis
Inſulæ in oceano prope littora atlãtica mauro?
Hic ſuperos miſſo ſolitos diuertere cœlo
Crediderim ſi quãdo vacant curaſq; remittunt.
Nam & ſuperi qui cœlorũ conuexa gubernant
Corpora:& hũc orbẽ:ceſſant:vicibuſq; laborãt:
Non q; opus vires oneret:ſed vt ordine regnent
Huc defuncti operis veniũt.hic ocia ducunt.

Quis decor arboribus quis odor vernãtib⁹ agris
Quanta ſuſurrantes deducit gratia riuos.
Quę iuga/quę valles/& q̃ fœcunda ſupinis
Collibus vligo.nudum nihil.omnia veſtit
Sponte ferax tellus.viridis color oĩbus agris.
Non tamẽ eſt idem viridis color omnibus agris/
Dumq́ʒ ita per tractus fando ſpaciãtur amœnos/
Audẽti⁹. Ecce procul contra veniens Audentius auro
Flammigerat.diurſus apex in vertice gemmis
Ardet:& extantes humeros & cętera membra
Longa ſub albenti velabat purpura biſſo.
Candida barba viro/coma cãdida:cãdida veſtis/
Candidus ore rubor/lęta & robuſta ſenectus.
Pontificem dextra ſocij leuaq́ʒ ſequuntur
Cœlicolæ multi quos inter candida pectus
Flaua comas/alba ora rubens/aurata lacertos
Eulalia Eulalia/& conſors certaminis atq́ʒ triumphi
Leucadia Leucadia exanimata metu.Lucilia gentis
Lucilia Fama ſyracuſiæ/pulchræ pulcherrimus vrbis
Partus.odoratis caput inſignita coronis
Agathe. Diua Agathe/longoq́ʒ agnes veſtita capillo.
Agnes Et quã patre ſyro genuit longinquus horontes
Margarita Margaris attollens oculos formoſa nitentes.
Omnibus his duplex florũ decus.alba pudoris



Lilia/& effuſi roſa rubra inſigne cruoris.
Vt ducis os puer agnouit veſtigia profert
Impiger:impatienſq́ʒ moræ pręuertitur agmẽ.
Paſtoremq́ʒ ſinu accipiens in gaudia totus
Effluit oris inops:linguæq́ʒ oblitus adorat
Pronus humi.leuat accliuem pater:atq́ʒ receptũ
Comiter alloquitur memorãs iter illud opacũ
Tædiaq́ʒ:& primo lachrymas in limine auerni:
Seruatamq́ʒ fidem.Reges iã proxim⁹ alto
Accipit affatu.tenſiſq́ʒ amplectitur vlnis.
Atq́ʒ ait.o longo vitę mortalis & orci
Defuncti exilio tandem veniſtis ad auras
Aetheris.ipe quoq́ʒ Alphõſi non imemor adſũ.
Vos patres ſaluere iubent.vos ſidera ciues
Decreuere ſuos.iam vos expectat olympus.
Sic paſtor.regale ſonãs auus ore decoro
Vt paucis reſponſa dedit:rogat arua doceri
Tam claris opulenta bonis:tam dulcia viſu.
Annuit.& ductis per amœna virentia paſtor
Luminib⁹ locaq́ʒ oſtendens mota vndiq́ʒ dextra
Incipit.& pedibus lentis ita fatur eundo.
Hęc ea quę noſtri generis pater arua tenebat/ Paradiſi dſcriptio
Ante nephas:hic fons q̃ flumĩa quattuor implet.
Hic arbor vitalis adhuc.& noxia poma/

Et trami autores mortis. ſedet ecce ſub vmbra
Iuniperi vt regale odium cum euaderet olim
Helias. Candidus Helias Theſbęo a ſanguine Cretus
Magnus arabs/ cui iordanes ſua flumĩa fecit
Peruia. & effuſo vatem tulit alueus amne.
Progenie felix: & longa ſtirpe nepotum:
Quos nutrit Carmelus adhuc. Carmelus ab alto
Vertice proſpiciens cypriã paphon: Idaliũq;.
Vnde fluẽs Belus torrens breuis ęquor in altũ.
Labitur/ & ſecũ vitreas cõuoluit harenas:
Inſignis pietate ſenex Hiericontis ad vndã
Flãmiferis occurrit equis & raptus in altũ
Aethera (panchęi currũ videre volantem)
Venit in hos campos: vbi nõdum debilis ęuo
Sed mortalis adhuc viuit rediturus in orbem.
Ecce racemifero ſubit aurea mala caniſtro.
Aſpice quis canis vigor/ & q̃ firma ſenectus.
Hoc cœlũ hi latices ꝑhibent hęc poma ſenectã.
Altitudo paradiſi oriẽtalis. Hic telluris apex conuexo in ſidera ſurgit
Vertice. terreni pars hęc altiſſima mũdi.
Orta dies nobis iã tres adoleuit in horas.
Specta culũ ięq̃li um dierũ Prima indos aurora videt. modo lucifer illic
Scandit: & exiles prima face porrigit vmbras
Nã neq; terrigenis ſtellarũ eſt omnibꝰ idem



Ortus & occaſus. nox intempeſta latinis.
At Gallis nũc prima quies. Getulia nõdũ
Eſt ſopita: ſedet poſitis Hiſpania menſis
Cœnatura. vehit primã iã veſpera noctem.
Quãdo oritur nobis aries: athlantica tellus
Aſpicit ardentes chelas & brachia librę.
Terra rudi tornata globo ſi plana rotũdã
Poneret effigiem: tantũ locus eminet vltra
Nubila: tota oculis eſſet ſpectabilis vſq;
Littus ad Hiſpanũ: quod luſide vapulat vnda.
Hic neq; bruma gelu torpet. nec aduritur ęſtas — Tẽperies
Nec pluuiam vapor exhalat picea ve ſonãtẽ
Tempeſtate: notũ nec ituram in flumia flãmã
Sed cohit in gelidũ rorem: quo gramina ſemꝑ
Collachrymãt: aurãq; leuem: q̃ frondibꝰ altis
Murmurat inclinans vndantẽ leniter herbã.
Maximus ingentem cœlo curuarꝰ in arcũ — Zodiacꝰ
Circus & a duplici fugiens ęqualiter axe — Aequalitas dierũ.
Cui motrix anima incũbit quę ſidera torquet:
Hic tenebras lucẽq; pares diſpenſat in horas:
Oſtenditq; polos nobis aquilonis & auſtri.
Nec geminos tantũ eſſe polos, ſed quattuor axes
Quos duo porrectis ad mũdi extrema lacertis
Signauere ſuo excurſu declarat olympus.

Nam licet errones ſeptem maiora ſequuti
Corpora in occaſum primo rapiantur ab ortu
Nõ tamen ire ſua ceſſant vertigine contra:
Et proprium lentis circũdare motibus axem.
Signifer a medio quantũ diſiũgitur orbe
Ad tropicos:tãto vertex mundan⁹ ad auſtrũ
Preſſior:ad boream vero ſublimius ipſo
Tollitur errones ſeptẽ qui ſuſtinet axe
Tam miris deus ire modis aſtra ignea fecit.
Ecce quod ad lęuã raris micat ignib⁹ aſtrũ:
Magnũ ancile putes:ſiduſq; imobile: verũ
Semper it & currens nũq̃ veſtigia mutat.
Et vicina breui circũfert ſidera gyro.
Id tellus ignorat adhuc habitata ſub arcto:
Trans mare littorib⁹ clauſum.ſed iberica virt⁹
Naue per auſtrales paruo poſt tempore fluct⁹
In noua regna legens axem dephendet.& iſto
Cardine ad ęoos veniet duce nauita portus.
Sicut ab ęois ad hyperboreos:& ab indis
Per boreã in fines Eurus fert carbaſa noſtros.
Spectaculum maris peruii — Peruia ſũt hoĩm generi Maria oĩa:ad ipſos
Si tentare velit:ſi magno induſtria corde
Audeat:antipodes veniet.proramq; ligabit
Littus ad ignotũ/medias vbi porrigit vmbras



Nox:cum ſumma dies mareotica verberat arua.
Inſulę in oceano paſſim/terra vndiq; profert
Extra vndas ſua mẽbra volens animãtib⁹ vſum
Ferre redundantem:rebuſq; vacare creandis
Aſſidue.nunq̃ ſegnis.cum torpet ab ortu
Gignit ab occaſu.cum languida ceſſat ab auſtro
Exercetur apud ſcythiam.cũ lenta ſuperne
Nil molitur apud populos vbi merſa ſub vndis:
Cuncta putant homines:pfert animalia:& omne
Herbarum frugũq; gen⁹ perteſa veternum.
Sidereos ideo curſus deus atq; recurſus
Fecit:vt in frugem poſitas agat vndiq; terras.
Hęc ea quę niſi lethęis obliuia ab vndis
Obrepſere:tibi veniens Alphonſe loquebar
Dum ſtygium graderemur iter per ihoſpita ſaxa.
Et nunc ipſe vides:ſed mox magis omnia certo
Percipies viſu:cũ ſummam elatus in arcem
Arbitrio ingentem circumlaberis olympum
Ipſe tuo/& magni cernes regna omnia mundi.
Ecce procul ſerpens flãmis ter quinq; ſuperbus.
Labitur/& ſe ſe ſinuans lucente minorem
Pectore:maiorem cauda circumligat vrſam
Sic homines hęc aſtra vocant/ſic gręcia quondã
Eſt ſua ſidereis cõmenta vocabula flammis.

Signa draco aſpiciens gelidis antarctica flãmis
Immenſis immenſa ligat complexibus aſtra.
Aſtra gelu famoſa/ſcythis infeſta/ſicambris
Aſpera/& antiqua noſtris ab origine iberis.
Circulus a libra(& libram monſtrabat in aſtris)
Vellus ad hellęum magno per ſidera flexu
Se attollens ſub ſe poſitis mortalibus auras
Porrigit innocuas.lucis diuiſor & vmbræ
Partibus ęquatis/ita frigora partit & ęſtus/
Temperiemq; facit:neq; ſolibus ardet iniquis.
Humidus arcadię cancer vetus incola lernæ/
Signiferi verſus boream pars vltima/circum
Deprimit obliquo viſum qui terminat arcu:
Aeſtiuamq; diem maioribus ampliat horis/
Maiori premit igne ſolum.magis ęſtuat ergo
Extremis hęc Zona locis:medioq; tepeſcit
Limite/vbi longe producto frigore noctes
Vim phœbi & radios cohibent:& idonea vitæ
Temperies ęſtu ſurgit cum frigore mixto.
Sed deus hinc mortale genus ꝓcul arcet:& vltra
Caſtoris & Pollucis iter depellit ad ęſtum
Gangis:& ęthiopum cãpos:ad littora rubra
Ad ſcythicos ibres:ad hyperboreos aquilones:
Sarmaticos vltra montes:vbi nõ leuat vndas



Pontus iners:ſtrictũq; vadis glacialibus ęquor.
Illic tanta virum ſoboles inoleuit:vt ipſe
Inſulæ in oceano:rupeſq; in montibus altis
Luxurient homineſq; ferant.ex agmine tanto
Aſtra petunt pauci.paucis/heu flebile dictu/
Diuorum domus alta patet.vorat omnia Pluto
Ecce quot octauus radiat ſplendoribus orbis:
Sed magis in boream qua ſe via lactea curuat.
Plura ꝙ arctoo ſpirant animantia cœlo.
Nobilior pars iſta poli:quod ſigna fatentur
Ipſa ſitu biſſena ſuo veſtigia ad auſtrum
Et capita ad ſcythici latus extendentia mundi.
Omnia quę phœbi facies in luce diurna
Terrigenis aufert/animis iam corpore functis
Aſtra micant ſemper.lux imortalis olympo eſt.
Sed terræ pars vna diem pars altera noctem
Semper habet:nũꝙ titan cõplectitur omnem:
Et luci oppoſitas cœlo tenus erigit vmbras:
Quas cum luna ſubit/triſti fit pallida vultu.
At ſubit aduerſum quotiens contraria ſolem
Non videt.& cæco contriſtat ſidere mundum.
Sol quoq; ſi quando lunam ſuperambulat/orbẽ
Abſcondit non lucis inops:ſed lumine clauſo.
Cernite noſtrates animæ/quę nuper ab orco

Aduenistis opes cultumq; ardentis olympi
Quot cœli pars orta rapit tot ſidera ſurgens
Altera fert. toto lucent miracula mundo.
Cernite mauortẽ qui lutheus ore minaci
Naſcitur. & ſupra pelagi ſe porrigit vndam.
Quanta venus decus aſtrorum: pręnũcia phœbi
Quanta Ioui facies. & quę ſua ſidera raro
Oſtendit terris proles atlantica: phœbi
Affecla. & aſpectu ſplendor ſaturnius ęgro
Q̃z maior q̃ terra putet: q̃ credere vulgus
Poſſit: & immenſo cœli quãtũ occupet orbẽ.
Circulus a cancro veniens ad frigida capri
Cornua ſignifer eſt vbi quis mortalib⁹ vnq̃
Suſpiciens oculis tantos exiſtimet ignes?
O miſeri loca terrigenę qui obſcura tenetis:
Nec cœli nouiſtis opes: ſi cernere fas ſit
Hoc iubar: illa fugax male mendicata voluptas
Rebus ab obſcœnis fracto ſe extingueret ęſtu.
Illi omnes terræ affectus qui regna gubernant
Qui pacem: qui bella regũt: qui pectora torquẽt:
Se premerent. curas huc mẽs extenderet omnes.
Huc animæ poſtq̃ vetus in luſtralibus vndis
Deleuere nefas: iam cœli ad limen ituræ
Conueniunt. cœtuq; volant ad ſidera facto.



Omnib⁹ hac iter eſt: quãdo phlegetõta reliquũt
Panditur hęc ſtatio. diuis hęc prima voluptas
Propterea dũ ſpirituũ confluxerit agmen
Iuſtius in nocte luſtrare virentia rura
Primæuaſq; domos licet explorare parentũ.
Sic ait. & lento graditur per gramina paſſu
Verſus ad auroram: ſequitur chor⁹ omnis eũtẽ
Sixtus ab ægeo iã non cerealia curru — Sixtus
Triptolemi de more vehens: ſed diuite portãs
Ore per Hiſpanos cœleſtia ſemia campos.
Contemptorq; necis cucufas / & turbinis inſtar — Cucufas.
Arriadas leander agẽs. & tẽpora Paulus — Leander. Paul⁹oro
Omnia ſurgentis memorãs ab origine mũdi.
Artis & ingenii locuples Iſidorus vtraq; — Iſidorus
Inclytus heſperia. clara hęc ortu illa ſepulcro. — Fulgẽti⁹
Hic ſublime decus libyę Fulgẽtius olim
Exul & ablato ſulcãs Maria alta magiſtro.
Hic cenſor morũ Eutropius: cui læta ſenect⁹ — Eutropi⁹
Mixta iuuẽtuti vultu venerabilis alto. — Laurẽti⁹.
Atq; Valẽtinis fratres in collibus orti: — & Vicẽti⁹
Paſſus vterq; ignes: & ſanguine tinctus vterq;. — Verus.
Hic veri Valeriq; fides par robore: diſpar — Valerius.
Eloquio. hic ſermonis inops: ille ore diſert⁹. — Damaſ⁹
Romanuſq; pater Damaſ⁹: cui clarus Arator — Arator

Prudēti[9] Seduli[9] It comes.& multo radians prudentius auro.
Seduliuſq; graui reſonans myſteria cantu.
Iuuēcus. Atq; nouā tetrica legem grauitate Iuuencus
Auſus & herōo Chriſtū celebrare cothurno.
Sidoni[9] Apolinaris. Tu quoq; ſidoni proles aquitanica/quōdā
Paſtor apud ligerim. Tuq; o pietate refulgens
Paulin[9] Eximia Pauline pater. qui barbara vincla
Boetius Forti animo perfers.& tu numeroſe Boeti/
Qui ſeruare doces vocū interualla:lyramq;
Tendere & inflari vocalibus organa ventis:
Auſoni[9] Auſonio cōiunctus ades. vos gloria tanti
Magna chori. vos auratis ferrantica plectris
Carmina pangentes ederis lauroq; decori
Itis/& in numerū voces inflectitis omnem.
Carmen erat poſitura iugū granata ſuperbę
Gentis:& ad Chriſtū magno reditura triūpho.
Nec tamen auctorem belli neq; bella canebāt:
Sed fore felici iam proxima tempora curſu.
Finierat cantus poſito lyra eburnea plectro:
Tenſaq; diſparibus ſambuca triangula neruis
Quādo iterū facunda mouēs Audentius ora
Proſequitur meritis felicem laudib[9] oram.
O regū cognatę animę. quęcūq; per orbem
Longinquis diuiſa locis maris æquora portāt:



Hic habet vnus ager. nec decolor india tantū
Parturit enodes ebenos. nec mœdia ſolū
Fert illud nemus egregium laudataq; poma.
Poma quibus ſanari animę dicunt olentes.
Nec thuris ſaba ſola ferax. neq; balſama ſoli
Dant hiericontini colles. huc omnia in vnū
Cōuenere locū:nec ſollicitare profundū
Naue opus ē Euris:Zephyris: Aquilōib[9]:auſtris
Hoc omnis congeſta ſinu terrena voluptas
Excluſis ſyncęra malis:opulentia rerum
Tanta fide:quia fine caret. facūdia glæbę
Vbertate minor. laus eſt prouentib[9] impar.
Hęc domus hūani generis ſi fœmina fraudē Vita añ peccatū
Cognouiſſet/erat:fraudē nullo æuo abolendā.
Nā lemures quibus ingeniū penetrabile:vafrū
Infidū/verſutū/audax/auidumq; nocendi
Hinc noſtros egere patres. hic ſancta fuiſſet
Et ſine labe venus:ſancti ſine crimine nati:
Vita inſons tranquilla quies. æterna iuuētus:
Tuta ſalus. hoſtile nihil. poſt dulcia ſęcla
In cœlum ſine morte aditus. ſua Lucifer arma
Proiiciens cum plębe ſua latuiſſet opaco
Languid[9]:ater:inops animarū:inglorius ātro.
Et viroſa ſuo rabies fraudata veneno.

Conatus memor inualidi ploraſſet inanem
Inuidiam: nec tot ſpoliis diteſceret orcus.
Iſta per elyſium memorans Audentius ibat
Cũ volucrẽ procul egregiam ſpeculatus in alto
Culmine ſyluarũ preſſis veſtigia plantis
Fixit: & extenta monſtrãs nemora ardua dextra
Siſte ait o Alphonſe gradus: ac lumĩa tollens
Ignotum cognoſce tuo genus alitis orbe.
Celſa vides vbi pendentes diffundit in arcũ
Vndiqꝫ palma comas: auis illa in vertice ſũmo
Phœnix Vnicus eſt phœnix. viden vt torquata coruſco
Punica colla micent auro: ſtent vertice plumę
Conifero: crinale decus vibretur ab aura:
Regia ſarrano totã chlamys induat oſtro:
In facie Criſtæ duplices. ſidonia virget
Purpura cęruleam roſeo diſcrimine caudã:
Sola inter volucres/ nec mas nec fœmina. ſexu
Sola caret. veneris ſola auerſatur amores:
Sęcula ſex viuit. neue his moriatur in aruis
Cũ venit ſuprema dies: panchaia tura
Inuolat: & thuris frutices & cinama roſtro
Congerit. & caſias. aliſqꝫ incendia motis
Suſcitat impendens tumulo. phœbea coactis
Flãma iuuat radiis. ſubitoqꝫ illabitur igne.



Ipſe rogo incumbẽs dulci ſua funera cantu
Aduocat. Eſt felix fatum atqꝫ optabile/ quando
Poſt fatum noua vita redit meliorqꝫ iuuentus.
Vt pira conſumptis euanuit arida flammis/
Prodit ab extinctis paruo poſt tempore mãcum
Relliquijs animal/ cui forma ſimillima campe.
Et ſenſim in primã cœlo aſpirante volucrem
Surgit/ & antiquo creſcens plumeſcit amictu.
Et poſtꝗ leuibus ſe attollit in aera pennis
Fortior/ & membris aquilam maioribus ęquat:
Huc redit. in medio recubans Taprobana põto
Tempora cognoſcit reditus. Tum ruſticus ergo
Suſpicit obſeruans volucrem: nã creditur annus
Ille ſalutaris. pecoriqꝫ & frugibus ęquus
Ecce procul longęuus Enos/ iaredica proles: Enos
Relliquiæ antiqui generis. diffuſa priuſꝗ
Aequora tellurem late populata tuliſſent
In iuga quæ miratur adhuc conchylia vulgus.
Sedulus ingenitæ ſtudio pietatis ad aram
Stabat: & e gregibus ſemper meliora litabat.
Quod deus attendens meliora in regna vocatũ
Tranſtulit huc. vbi ſecurus modo lilia carpit:
Cęruleo modo fila croci de ceſpite vellit.
Viuus adhuc: robuſtus adhuc. nõ aſpat artus

Dura cutis.non eſt annis curuata ſenectus:
Integer expectat ſupremi ſęcula mundi
Chriſtigenis laturus opē/quando vltima ſanctā
Bellua progeniem chriſti oppugnabit:& orbem
Cęde cruentatum molita extinguere tandem
Dura:ferox:imanis:atrox:inſtarq; gigantum
Impia & elato ſuperans ſalmonea faſtu
Corruet:vt Phaetonta ferunt cecidiſſe nefandis
Auſibus.ac ſtygio domitum caput obruet orco.
Tam florens tā lęta cohors per amœna vagatur
Arua leui inceſſu:per mollibus edita cliuis
Iugera.per riguis humentia paſcua riuis
Ad vitreum venere amnē.paulumq; moratos
Squammigeri tenuere greges.nā gurgite in alto
Spectaculū piſcium
Nunc choreas nūc bella ineūt.liquidāq; palęſtrā
Mille modis ludunt.mō nititur obuia lymphis
Turba leuis/laſciua/fugax/vaga/pēdula/ꝓnix/
Lucētes cataphratta humeros:mō ꝓna fecūdis
Fertur aquis:modo tranſuerſos obliqua natatus
Dirigit in ripas:agili modo ſtrennua ſaltu
Emicat in ſolem:ſquammiſq; nitentibus auram
Pulſat.& aereos audet tentare volatus.
Nunc in bella coit:nunc miro elabitur aſtu
Ex acie:& rediens verſo vada lucida curſu



Radit:&q; incauto improuiſa ſuperuenit hoſti.
Pinna facit remos.caudarum induſtria clauum
Exhibet:& per aquas:vt aues per inane ferūtur.
Dulce voluptatis genus id.ſed rarius illud
Cernere quo pacto venientes colligat auſtros
Nautilus elabens pleno ſuper ęquora velo
Nā neq; in ęmonia tiphis prudentior Argo
Nauta nec ionijs melior Palinurus in vndis.
Pro ripis crinita abies:& acuta cypreſſus
In metam collecta comas.& punica malus
Aemula flore roſæ:folijs & vimine Myrto.
Syrtigenę lothi.mauræq; atlantica ſyluæ
Progenies citrus.tineiſq; imperuia cedrus.
Nec platani Piceęve abſunt.& opaca redactis
In ſeriem arboribus xyſto fit pergula longo.
Garrula plebs auium vernis exercita curis
Spectaculū auium
Perſtrepit.hęc natis eſcam vehit.altera longe
Nauigat in prędam:vorat illa legumina roſtro
Quę vomat in natos.ſalit hęc.illa incubat.oēs
Alma venus mouet in ſobolē.ſtudiūq; diurnum
Eſt Venꝰ & thalami.thalami ſunt ſomnia nocte.
Carminibus thalamos celebrant.in frondibꝰ altis
Connubio indulgent:hymenęaq; feſta frequētāt.
Sunt quoq; quę ſobolē ablectēt:& ꝓlis adultæ

Per laureta nouos:& per myrteta volatus
Dulcibus exercent ſtudijs.non pręlia vultur
Non mouet inſidias auceps: nõ fiſtula fraudem.
Non cygnis infeſtæ aquilæ.diſcordia nulla eſt
Cũ Trochilo.licet hic faſtus nomẽq; ſuperbum
Regis:& immeritos aquilę indignentur honores
Concors Nyctimene cornix.cũ cõiuge Progne
Nullum illic certamen habet.neq; filia patrem
Scylla fugit:nec apis meropẽ.nec vtroq; parẽte
Maior itys matrem.nec dędaliona columbæ.
Prole noua exultans galeaq; inſignis alauda:
Cantat:& aſcendit ductoq; per aera gyro
Se leuat in nubes.& carmine ſidera mulcet.
Memnoniæ/diomedęæ:meleagrides:audax
Picus in auſpicijs auis obſeruata latinis:
Per dumeta ſonant.miratur achantyda pictam
Pſitacus exiguo modulamina frãgere cornu
Germanę quę noſtra ferunt Acheloides ora
Mirantur pauonis opes:& lumina centum.
Cum ſobolis paruæ lõgo grege Dędala perdix
Deciduam frugem legit.& matertera phœbi
Herculeo nunq̃ morbo afficienda coturnix
Innumeræq; aliæ volucres.nec frigore pulſæ
Vere reuertuntur.ſed tota ętate perennant.



Sponte hoĩes adeunt.atq; a pplaudẽtibꝰ alis
Elatę in digitos noſtris ſua pectora iũgũt
Pectoribus dicas ſtudio geſtire loquendi.
Iam vicina cohors fonti qui parturit amnem
Ecce virũ videt vmbroſa ſub rupe ſedentẽ
Molle ſuper gramẽ.vernãs humus alta ſedile — Ioãnes euãge.
Eleuat.in virides veſtigia porrigit herbas.
Alludunt pedibꝰ violaria.amaracus vngues — Specta culũ herbarum
Ingreditur.flexa niueos noua lilia flores
Vix ceruice ferũt.proles cephiſia fundit
A radice comas.denſis ſaliunca maniplis
Luxuriat.ſic molle Thymũ.ſic concolor iris
Nubibus:æſtiuũ cũ ſol contrarius imbrem
Pingit & in nebulis taumãtias erigit arcũ.
Omnis ager fluit in ſobolem:natura ſilenti — Specta culum naturæ
Nocte adit ęthereas animas:q̃ ſidera voluũt.
Illę artis documẽta ferũt.illę omnia miris
Producenda modis ſolerti indagine mõſtrãt.
Docta redit:cœliq; ignes almũq; calorem
Solis & aſtrorũ referens:illabitur vndis:
Intrat humũ.ſparſas elemẽta per oĩa cauſas
Viſit.& æterno iubet indulgere labori.
Illæ opera vt valuis aurora parentibus albet:
Ad ſua conſurgũt.tepidis hęc femina lymphis

Mollit/& igne fouēs teneras extendit in herbas.
Hęc volucrū fœtus ductis per viſcera neruis
Texit:& in varios aptat caua guttura cantus:
Ludit & in plumis.& picturata figurat
Tergora:nūc auro pennas nunc murice tangit.
Hęc docili ingenio parat inſtrumēta viaſq́
Senſibus argutis habiles:quibus oīa diſcāt
Carmīa:& auditas imitari ac reddere voces.
Aſtra etiam pluuiaſq́ docent:& certa dierum
Tēpora & annorū.ſic ver cognoſcit hirundo.
Halcyones hyemē.ventos & fulmina cudūt
Et tempeſtiuos campis ſitientibus imbres.
Et quotiens opus eſt:operā famulāt ad omnē.
Sic horti ſic rura virent: opulenta ſuperbit
Terra ſub ornatu vario.gaudetq́ videri:
Et proprias oſtentat opes.aurata corimbos
Chryſicome paſſim:paſſim/veniant olocryſi.
Autumnale crocū:roſa gloria veris adulti
Calta rubens.hiachint⁹ adhuc antiqua doloris
In foliis monumēta gerens:& noīa regum.
Ipſe quoq́ exhalās nullos amaranth⁹ odores.
Flos an ſpica magis:dubiū veſtita colorē
Puniceum:mo lles hyemi factura coronas.
Nā poſtq̄ hyberna boreas niue ſuſtulit hortos



Inſperſis rediuiuus aquis animatur:& ardet.
Talia per campos gignens Ganaeden apricos
Ornamenta:ſenem cingit florentibus herbis.
Imminet a tergo rupes fruticoſa:comātem
Inclinās de rupe iubam munimē ad æſtum
Sylua facit.ſylueq́ incūbens vndiq́ lapſu
Vinea pampineo lōgis tentoria ramis
Spargit:& ex viridi pendet vindemia tecto.
Lęna viro diffuſa pedes velabat eburnos
Vngue tenus:late radians ſplendore niuali:
Vt ſplendere gelu ſupincruſtata ſereno
Nocte/ſolet nix ſtrata iugis/cū mane reſurgēs
Sol videt albicomos radianti ſidere montes
Candida cæſaries/capiti:coma candida mento
Et grauis in roſeo lepor:& reuerentia vultu.
Continet explicito reuoluta volumīa libro
In genibus.patinęa legit miracula mūdi
Signa ſeneſcentis/nulliꝰ intellecta nepotū.
Extemplo ſtrepitūq́ pedū murmurq́ loquētū.
Senſit & aſſurgens poſitis in gramine chartis
Occurrit blando alloquio vultuq́ ſereno.
Et poſtq̄ didicitq́ moras cauſamq́ morandi/
Non ad terreſtres epulas nec ad ocia diuos
Allicit:auxilii nec enim mortalis egent dii.

Sed longe meliora animo conuiuia voluens
Per loca cœleſtem ducit tempæa cateruā.
Saxum ingens: ſpeculare vocāt: leuore coruſco
Funditur in latum cruſtis glacialibꝰ orbem:
Et collis iuga ſumma tenet. qua reſpicit auſtrū
Palmarū iuga perpetuis frondētia ſyluis
Hic quotiens pręſcire ſenex archana futuri
Temporis optaſſet ſolus reſidebat: Olympi
Vota ſenis Regina ſequēs in marmore formis
Mobilibus rerū euentus monſtrabat: & oēm
Rē fieri cernebat vti qui ſomnia noctu
Vera vident. adeo indulgens & prona Nepoti eſt
Huc vbi vecta cohors ſenior conuectꝰ ad agmē
O ſuperi cuius gentis cognoſcere caſus
Vultis ait: cui quę immineant diſcrimīa regno
Cui quę ſit fortuna loco ventura diebus:
Quos ętas longīqua trahit dignoſcere veſtrū eſt
Hoc miris optata modis dabit oīa ſaxum
Reginę diuum officiis ac munere magno.
Has ego iampridē metuens ne Daunia rurſū
Arua iugum libyę premeret: nā lora tenebat
Fœmina Parthenopes: ideo ea regna lababāt:
Alphōſꝰ Rex nea= polis
Acceſſi ad ſortes: & ad hęc oracula veni.
Continuo a veſtris video ſuper ęquora claſſem



Littoribus ſolui: ſummaqꝫ in puppe tenentem
Cum cō ſanguineis Alphonſum regibus arma
Bellica/in Italiam ventis dare vela ſecundis.
Et comes Alphonſo fidum qui poſſet Achatem
Vincere conſilijs & dulci Neſtora lingua
Condiſſaluus erat/ſoboles heredia: magno
Cōdiſſal uus.
Dux animo: cui maiorum celebrata per omnem
Heſperiam virtus erat in facta ardua calcar
Quattuor ipſe rates excelſa mole ſuperbas
Auſonium in martem patrijs ducebat ab oris.
Signa duci multæ magnis cum turribus arces.
Nam ſoliti expugnare arces pro inſignibꝰ arces
Accepere ataui/ſignatæqꝫ arcibus arces.
Poſtea magnanimos auſus imitata parentum
Poſteritas generoſa ſuis ſub regibus inter
Heſperiæ primos proceres extendere famam
Cōdiſſal uus archi epiſcopꝰ Tarraco nenſis
Et claris augere decus voluere ſub armis.
Hinc alius ſoboles noua Condiſſaluus auitum
Nomen habens ſed adhuc lactenti infantulꝰ ęuo.
Ipſe ſacras ad dura manus non porriget arma.
Relligio iuuenem pietaſqꝫ innata deorum.
Pręficiet ſacris. illum Romana videbit
Tarraco ſolemni pompa conſcendere ad aras:
Stipatumqꝫ graui patrum dare iura ſenatu.

Ipſe gubernator Romam moderabitur. ipſe
Parthenopen miſſus bella inter gallica regum
Relliquias vehe: ad ſiculos: & ſidera vincet
Conſilio. fatali odio prudentia maior
Tum demum virtute minor fortuna minari
Deſinet: & flabit ventis ad vela ſecundis.
Ipſe ſuos tandem pulſis iliberica mauris
Aſpiciet gaudens reges in regna reuerti.
Et laudi ęternum meditans decus ocia rumpet
Pieridum: multoqꝫ auro vatũ ora mouebit/
Magnificus contẽptor opum/de ſanguine regũ
Et bene de patria meritꝰ: ſub muricis vmbra
Dignus honoratos inter conſiſtere patres.
Mirabar quo fata virum/quę numina regem.
Omnibus inſignem officijs in regna vocarent.
Ecce fretum Genuæ claſſis noua ſulcat/& altis
Nauigat antẽnis: ſequiturqꝫ per ęquora regem
Iam lygur heſperio: claſſi iam proxima claſſis.
Roſtra premũt roſtris: bellũ graue ſurgit ĩ vndis
Tela volant. lygur inualuit: ſpoliatur Arago.
Heſperios inter proceres quos inuida laudi
In prędam fortuna dedit/tum prima ferebat
Antoniꝰ Alphonſo ſub rege merens Anthonius arma/
autor fa= Cui genus & patriũ dederat ſua corduba nomen.



Picta ſuæ gentis ſigno de ſtamine ſerum milię hiſpanorũ
It iuueni ſuper arma chlamys: dextroqꝫ leonis
Ex humero caput os aperit de poplite lęuo
Os aliud contra fauces oſtendit: & inter
Trabs virgata fluens in morẽ fluminis vndam
Accipit a rugis: & hiantia coniugat ora.
Alba chlamys. ductæ in rectũ ꝑ pectora virgæ
Quinqꝫ. color cœli medię/quæ & latior. ambas
Inficit extremas ſarranæ purpura conchæ.
Incluſas vtrinqꝫ duas/vt & ora leonum/
Fulua croco textura parum flauente colorat:
Ipſe pium caſus dominum comitatus in omnes
Venit ad inſubres. vbi poſtq̃ vincula paſſo
Affuit Alphonſo melior fortuna: relictus
Seu fuerit caſus/ſeu cœli immobile fatum:
Egregium decus/& nomen ſibi fecit in armis.
Hinc noua progenies veniens a ſanguine priſc
Naſcitur/ocneos vbi circuit vnda nepotes. Mantuę
Petrus enim ſenis Antoni generoſa propago
Mintiadas adijt populos/vbi Gonzagarum
Regia: & inſignem claro ſub principe nactus
Eximia virtute locum/primordia genti
Condit: & annoſo cędet iam frigidus ęuo
Pretereo euentus varios/aduerſa ſecundis

Interiecta.tulit tandem ſua pręmia virtus.
Parthenopen ſubit Alphonſus.cãpania Regem
Accipit:atq; nouo venit in noua regna triũpho.
Sic ſenior meditata cohors promiſſa volutat
Iamdudum quę ſint potius ſcitanda.nec vltra
Alphonſus differre valens ardentia vota:
Sancte pater dixit cui ſcire latentia ſemper
Atq; aliis ignota dedit regnator olympi/
Scis mauris partem heſperiæ parere tyrannis.
Scis, q uãtum ſudatũ armis.ſcis ſanguine quãto
Et quibus eſt certatum odiis iam ſęcula ſeptem.
Da quæ ſors hęc regna manet.quæ fata ſequãtur
Heſperiam.In noſtra quod poſteritate futurũ eſt
Dulce, velu t quadã ex ſpecula procul arte tueri.
Ore iuuant ſtudiiſq; omnes ardentibus orant
Id comites nec quęri aliud potuiſſe fatentur
Gratius.Ergo animis omnes concordibus aſtãt
In lapidem conuerſi acies.Mora nulla/theatrum
Naſcitur.& ſublime ſinu diffunditur amplo.
Apparẽt cũ plębe patres.deus Iride clauſus
Excelſo ſedet in ſolio:ducente Iacobo
Heſperiæ cuſtode nouis animoſus in armis
Rex hiſpanus adeſt.gemmiſq; opulenta virago.
Demiſſis formoſa oculis ante ora ſenatus



Ferranti cõiũcta venit:cui corduba & altrix
Regnorũ caſtella ſubeſt.decor indolis altę
Indicat ingenium cũ relligione:pudorẽ
Cum pietate:virilem animũ:clementia corda.
Omnia diſcernũt.&eñ quęcũq; videri
Diua dabat:dabat agnoſci:ſecũq; ferebat
Nomina & indiciũ rerũ ſimulachra ſuarũ.
Ipſe alto pater a ſolio mouet ora/manũq;:
Cũnubiumq; iubet:magnis applauſib⁹ adſũt
Diui alacres.ad feſta oĩs hymenęa miniſtrãt.
Circ⁹ abit.Reges abeunt.cũ regibus agmen
Spirituum ductis abiere per aera pennis.
Mox oculis oẽm heſperiam ſubiecit imago — Hiſpanię dſcriptio
Altera.Pyrenes ſurgũt iuga:ſurgit Arago — Pyrenei montes.
Tarraco.Carthago. cultiſq; Valentia cãpis. — Arago
Et Nauarra magis boreali obnoxia plauſtro. — Tarraco.
Heſperię pars iſta prior .magis acta duobus — Cartha.
Anguſtata fretis.hinc oceanitides vnde/ — Valentia
Heſperius premit inde ſinus.Pars altera longe — Nauarra
Vaſtior & campis diffuſa patentibus orbem
Porrigit imenſum triplici circundata ponto.
Hãc partitur Anas/ſinibus modo latior amplis — Anas.
Nũc ſtructis collectus aquis:nũc flumie mẽſo
Sub tellure latet reduci modo naſcitur amne.

Et tandē mare qđ magnus cognominat Athlas
Intrat ad occaſum veniens titanis ab ortu
Apparent vada longa tagi: fugit vnda citato
Flumine tolletū properans. Apparet Iberus
Cantaber. ingreditur celſam iā mœnia radit
Cæſaris: abſorbēs cingā ſicorinq; ſuper bꝰ
Ambulat. apparet longū ſinuatus in amnem
Offonoba. Bethys. & in ripis Bethys celeberrima fama
Corduba: & alcidę pelago vicinior hiſpal.
Olyſpo. Ecce procul phœbo tellus vicina cadenti
Metallorū fodinę ꝓpe tagū Concolor eſt cælo. dicas haſtila turres
Offonobę, pene ex oculis aufertur Olyſpo.
Sagūtū Ecce metalliferi tractus: ecce alta Sagunti
Pallātia. Tecta: & tergemini vt fama eſt/ Pallātia quōdā
Numātia Regia Gerionę, veteriſq; Numātia belli
Ilesda. Conſcia: & apricæ cum flumīe collis Ilerdę:
Sicani Vnde ferūt ortum veteres habuiſe Sicanos.
Ora virēs ſparto latis longiſſima campis
Panditur: & regio Zephyris vbi flantibꝰ aura
Gignit equos: & purpureo terra inclyta cocc
Sic oculos pictura mouet/ ſimulachraq; mētem
Sic rapiunt: ſic eſt veris forma æmula rebus:
Vt lapidem ſępe ob'iti pręſentia credant
Cuncta: nec oſtendi ſignis & imagine ficta.



Alta oretanis Granata in montibus auſtrū Granata
Reſpicit. atq; oculis albas ꝓcul exhibet vrbes
Eleuat in libyam ſaxoſę cornua frontis: Calpe
Anguſtaſq; freti fauces premit ardua calpe.
Et vaſtam vndarū videt: alta per oſtia molem
Luctari: ac viridē ruere atq; inſurgere pontū.
Huc diui ingreſſi totis noua gaudia tectis
Ingreſſere: micant altis in turribus ignes.
Aera ſonant. iam ſigna vno duo regia circo
Auratis coheunt limbis/ noua fœdera Regū
Atteſtata, domos velant. iam fronde colūnæ
Fronde coronātut poſtes. & limina & aræ:
Tēpla virent. Paſſim choreæ. cōuiuia paſſim.
Et iam ſublatis populos in pręlia menſis
Sollicitant ad bellum omnes animātur Iberi.
Celticus/ & Gallis vaſco conterminus oris. Celtici
Cantabri grauiiq; ruunt. ruit impiger aſtur. Vaſcōes
Celtiberi ferro inſignes. Tarteſia pubes. Cātabri
Gallaici. & q cquid populorū Hiſpania pugnax Grauii
Cōtinet hinc regina mouet/ Rex belliger illic. Aſtures
Arma ſtriant, enſes acuunt. haſtilia radūt. Celtiberi
Acris equi tergo inſultant, leuis arma iuuētꝰ Tarteſii.
Tentat: & ad durā martis ſe accōmodat artē. Gallaici.
Ecce fretū libyę campiſq; liquētibus æquor.

Claſſis adeſt .mare veliuolis/iam nauibus albet.
Hæ Zephyro ſpirante volant:hę flãtib⁹ Euris
Iam coiere.putes altis in fluctib⁹ arces
Nare.Iacent aliquę:& remis gradiũtur & aura.
Sũt nullis habiles remis gradiuntur & aura.
Puppibus armatis.malorũ in vertice grandi
Accipiunt cratere viros:& miſſile ferrum.
Per campos æratæ acies glomerantur:& haſtas
Et tormẽta vehũt plauſtris:quib⁹ ardua pulſent
Mœnia:& aereas turres:& ahenea clauſtra.
In mediis Rex altus equo cataphratt⁹ aheno
Caſtra mouet/turmaſq; regit.loca pręripit hoſti
Opportuna velut tumulo ſpeculator ab alto
Cuncta oculis animoq; videt. Granata tumultũ
Audit & ægra metu magno ſuſpiria ducit.
Vt cum indignãtem nigris in fluctib⁹ iram
Neptuni cœliq; vident incũbere nautę
Et procul a terris aquilone agitantur opaco.
Exitium mauro incũbit/ſuper ardua curſant
Mœnia .& inuectis onerant pinnacula ſaxis
Solliciti munire aditus/& cingere foſſis
Oppida:& armato portas cuſtode tueri.
Dii vero quibus eſt maurũ tutela relicto
Præſidio gentis libycę:magno agmine migrãt



In nebulas gruibus ſimiles/quas bruma coegit
Quęrere littoribus vicina tepentibus arua.
Iudicium ſenſere dei.ſenſere tonantem
Annuere inceptis:& ab alto incendia belli
Miſſa/& ad hiſpanos reges ſua regna reuerti.
Iã in forib⁹ furor arma ſonat.iã claſſica maurus
Audit:& ad pugnã properans agarena iuuentus
Erumpit portis campoq; infuſa patenti
Cogitur in cuneos longiſq; minaciter haſtis
Diro animo trucibuſq; oculis in pręlia fertur.
Aduerſo ſole arma micant.mucronibus ardor
Fulgurat/haſtarumq; ſeges procul alta refulget.
Ecce eques vndatim aduerſa bellator ab vrbe
Funditur/ac ſi omnes vna intra mœnia mauri
Se abdiderint/totumq; ruat gen⁹ arce libyſſum.
Contra animis armiſq; potens hiſpania turmas
Explicat/& duplici cornu circunuenit hoſtem
Iam tuba terrifico bellandi exordia cantu Pugnã
Nunciat/& pugnæ immiſſis pręluditur haſtis.
Mox acies vtrinq; ruunt extollitur vmbra
Pulueris obſcuro conuoluens omnia nimbo
Per galeas/per thoraces ſalit aſpera grando
Miſſilium/tonat elato pila plumbea fumo.
Viſa acies hiſpana parum ſuccumbere primo

Agmine/& a cornu fugere inclinata ſiniſtro.
Nec mora/rex animaduerſo ſe in bella periclo
Proripit agmen agens equitum: mauroq; repẽte
Se obijciens volat in medios/vbi denſior hoſtis
Et penetrans cuneum trabe fulminis inſtar eũte
Prẹterit: ac ſtricto rediens fodit vndiq; ferro.
Sẹuit vt inter oues atrox lupus ore cruento:
Et claudit ſibi cẹde viam. fera pectora mauri
Obijciunt morti pro libertate ruentes.
Tela madẽt/rigat arma cruor/rubet ẹquore ſan=
Et tãdẽ ardẽtis pugnæ ſub põdere Maurꝰ (guis.
Deficiens iter ad muros feſtinat in vrbem
Turbatis ruit ordinibus Tarteſia pubes.
Terga premit iaculis. & proni in vulnera iberi
Infodiunt profugis ferrum. ſtragẽ atq; rapinam
Quis referat? totis proſtrata cadauera campis
Fine carent. terra ingenti ſub cẹde ſepulta
Horret onus grãdeſq; virum formidat aceruos.
Obſeſſi veniam ciues de mœnibus orant:
Adijciunt precibus lachrymas. & brachia tẽdũt
Suppliciter: victam ingrediẽs Rex accipit vrbẽ
Atq; ſuperſtitibus parci iubet/altera turres
Signa ferunt/danturq; nouis cuſtodibus arces.
Rex legit ex bello captis quos munera mittat



Italiæ/ſedet armatus: plẹbemq; recenſet. Mauri romam miſſi
Iam iubet imponi ratibus: iam vela ſecundis
Inflantur zephyris: verrunt mare/proſpicit ortũ
Prora. volant alacres fertur ſine remige puppis
In nullum depreſſa latus balearica ſaxa
Prẹtereunt: procul oſtendit ſua littora Narbo.
Iam tellus ſardoa procul cirnæaq; longe
Detegitur/lygurũq; vident nigreſcere montes.
Iam Genuæ freta lata tenent: tyrrhenaq; ſulcant
Aequora: ſaxoſæ radunt vada proxima Macræ
Piſarum poſt terga lares linquuntur/& Arni
Oſtia: & effoſſo diues Populonia ferro.
Etiam vela legunt: preſſoq; ad littora clauo
Succedunt remi zephyris: Tyberimq; ſubintrãt.

## LIBER SEXTVS.

INTEREA HISPANI motis certamina caſtris
In noua ſurgentes currus & inertia plauſtra
Exonerant: alijſq; locant tentoria campis
Sollicitti: & circunducto ſe ſe aggere cingunt
Belligeri erumpunt numidæ: teliſq; laceſſunt
Heſperios: oritur ſumpto pugna aſpera ferro

Rex alto ſublimis equo locat ordine turmas/
Partiturq; vices/doctus ſine cęde ſuorum
Vincere:& ingenio vires anteire ſagaci
Mars vtrinq; furit.pubes hiſpana ſuperbam
Progeniem maiore animo melioribus armis
Opprimit. Ecce aſtur ſcalis ad mœnia motis
Conuerſi ad muros clypei ſub tegmine clauſus
Alama. Scandit/& irrumpens captā populatur Alamā.
Si referam pugnas omnes:ſi pręlia dicam
Omnia/fatidicis quę ſunt oſtenſa figuris/
Ante ruens cum ſole dies extrema ſub vndas
Ibit/& accendet nocturnos heſperus ignes.
Plurima ſortilegi recitantem oracula ſaxi
Sit ſatis euentus belli recitare ſecundos.
Carthama Carthama diripitur:ſummis in collibus arcem
Halora Pandit & hiſpanos bipatentibus Halora portis
Rhonda Accipit:excelſæ montana cacumina Rhondæ
Occupat inſidijs miles.iam porrigit arma
Loxa Loxa.labant Malacæ vires.tot cędibus impar
Malaca Dat victas in vincla manus/Abdera tumultu
Abdera Almyria Eſt oppreſſa graui magnos Almyria planctus
Audit:& attoniti clamant ad ſidera ciues.
Lugent herculei circum maris ęquora paſſim
Sedibus expulſi patrijs/& punica fruſtra



Littora proſpectāt Mauri:via nulla ꝑ vndas.
A tergo ferrum & flāmę.fremit vndiq; mauors.
Vt mare cū ventis & tempeſtate furorem
Tollit/& in cœlum ſalientibus albicat vndis.
Albunecar proſtrata iacet. Iacet inclyta quōdā Albunecar
Cartalo .iam Marbella caput iā mūda ſupbū Cartalo.
Submiſere iugo:campos incendia vaſtant. Marbella Munda
In iuga proſerpūt ignes procul ardua fumant
Mœnia ꝑ mōtes.dant ſaxa ruentia ſaltus
Aereos:ſecūq; trahūt de rupibus ornos.
Quod ſupeſt flāmis:ferrū rapit.o metuendas
Cœlorū diuūq; minas.o ſplendida vulgi
Regna oculis/intus ſqualenti horrentia nocte
Semꝑ & ęternū cæco ęgrotantia morbo.
Itur ad extremū belli decus. Itur ad altę
Excidium fatale vrbis.maiora parantur
Caſtra.nouos cū rege ſubit regina tumultus.
In mōtana equitant acies.pedes ordine longo
Per deuexa meat montis iuga.claſſica valles
Claſſica mōtanos apices & tympana campos
Terrifico abſterrent ſonitu.tenet oīa Mauors
Ante ipos Granatę oculos noua mœnia ſurgūt
Et fidei cognomē habent.iāq; ardua moles
Aemula Granatę celſas ad ſidera turres

Eleuat.& magno Hiſpani m olimine ſudant
Ipſe operi Rex primus adeſt & Regia cõiunx
Præfecti de more operas hortatur.& vrget.
Ecce procul ſenior longinquę a limine portę
Attonito ſimilis paucis comitantibus:ore
Squallidus hirſuto dubitat quo tramite greſſũ
Dirigat:ambiguuſq; diu modo lumine põtũ
Turbidus obſcuro/mõtes mõ reſpicit altos:
Abdalis Abdalis eſt.in caſtra venit.Rex ſplendid⁹ alto
Cum conſorte ſedet ſolio cadit Abdalis ore
Ferrantis prono añ pedes:miſerantib⁹ ipſis
Hoſtibus:& reges caput inclinatus adorat
Vertice nudato:manibuſq; ad pectora vinctis.
Dant veniam victo Reges.mirantur iberi
Fortunas:& fata virũ:q̃ proximus omni
Interitus regno:quotiens deus ire ruinam
Iuſſit:vt inconſtans rebus natura ſecundis.
Tincta ſitu armorum & longi rubigine belli
Turba coit caſtris ex omnib⁹ atria circum
Regia cõmutant capite.& geſtire videntur.
In nouus obſeſſa veniens Orator ab vrbe
Quã veteres eliberi habitãt:quã mille coronãt
Oppida quę regni caput eſt ſublime ruentis.
Regi aſtat regẽ alloquitur.gauiſa repente



Caſtra fremũt/lętiq; manus ad ſidera tollunt.
Grata oratori reges reſponſa videntur
Reddere & acceptis firmãt noua fœdera dextris. Granatæ receptio.
Taurus in aurorę thalamis cũ ſole reſurgens
Atq; dioneas reſerans atlantides:almã
Lucẽ aperit.maiæ celebrant noua feſta calẽdę.
Miles adit ſyluas/nemorũq; virentia portant
Brachia.tolluntur plauſus per Iberica caſtra.
Cuncta virent.cingũtq; noua tentoria fronde.
Delectas peditũ turmas equitumq; phalanges
Ordine quo in certamẽ eunt in mœnia mittũt
Clari armis oſtroq; duces:vrbemq; receptã
Pręſidiis munire parant & milite complẽt
Victa triumphali pompę ſtridẽtia clauſtra
Portarum Granata aperit:ſua viſcera pandit
Hoſtibus.occluſis excelſa palatia valuis
Muta ſilent:vacueq; vię.fora ciuibus orba
Arx omni cuſtode caret:ſubit ardua miles
Limina:& ex populo tantę nemo obuiat vrbis
Publicus extincto mœror ſpectacula regno
Læta fugit.pudor occultis ſine voce latebris
Febrit:& elinguis triſti pauor alget in vmbra
In caſtris proceres velati murice & auro
Regem adeunt.ſtãt quadrupedes tẽtoria circũ

Regia pectoribus latis: ac fronte ſuperba:
Magnanimi/pugnęq; auidi. vix dura feroces
Frena domãt: vix aſſuetas patiuntur habenas
Aure micant. foſſuſq; ſonat pede cãpus aheno.
Innumerę coeunt acies. iã mille phalanges
Frenatis gradiuntur equis. radiantia phœbo
Arma repercuſſo flãmas iaculantur: & vmbrã
Porrigit haſtarũ denſũ nemus. agmia regẽ
Suſcipiũt mediũ. cultuq; ornata nitenti
Circũequitant. Ipſe auratus cœtu altior: albo
Fertur equo: cui gẽmarũ ſtellata corymbis
Velamenta rubent baccato oloſerica lymbo.
Ipſa quoq; inſignẽ veniens Regina triumphũ
Auget & ingenti nuruum ſtipante corona
Cincta ſacerdotũ cuneo: phalerata iugales
Scandit & aurato multa inter millia curru
Vadit ouans. ſacri reſonant per nubila longe
Quos oculis: quãdo adducto ora hiſcere mẽto
Proſpicias: non aure licet dep̄hendere cãt⁹.
Moribus inſectũ Mauris ac vocib⁹ aphris
Aera fumi arabes luſtrant: ſyrięq; vapores.
Omnia quę noſtro famulantur ad orgia ritu
Plauſtra vehũt chlamydes ſacras. argentea vaſa
Aureaq;: & grãdes imania pondera nolas



Cãpanę.

Sortitas ideo campanæ nomina nolæ
Qꝫ nola inuentrix operis fuit. orgia & horas
Voce notant. plebemq; monent e turribus altis.
Ecce procul celſis vexilla ex arcibus aura
Ventilat: & caudas ſinuant agitata volantes
Iamq; tenent reges vrbis penetralia magnæ
Iam late ingreſſus loca poſſidet omnia miles.
Baudelis bis captus adeſt: veſtigia regum
Lambit: & infelix iuuenis victoribus offert
Se: ſceptrum: gentemq; ſuam: victoſq; penates.
Talia dum dulci ſtudio ſpectacula cernunt
Cœlicolæ: ſunt hęc Mauræ fata vltima tandem
Gentis ait ſenior. Granatam hic exitus vrbem
Hęc fortuna manet: reges hęc gloria noſtros.
Et vix finierat/cum parua Beotius inflat
Organa: Sidonius reſpondet ad organa cantu.
Feſtinate horæ: rapidiq; recedite ſoles:
Voluite pręcipiti menſes vertigine lunæ.
Ite anni; celeres: agitate volubile cœlum.
Labere ab ęthereis pernicibus orbibus ętas
Lęta fer heſperiæ felicia ſęcula genti.
Macte puer magnis animis ad tanta lacertos
Bella para. Saba iã trepidat. iã barbara Mẽphis
Virtutis rumore tuæ perculſa dolorem

Concipit:& veterum voluens oracula vatum
Omnia quæ mauræ reperit contraria genti/
Dat tibi.ſuſpectum libycis tua maxima virtus
Te facit.os regale pauent:fortemq̨ iuuentam:
Non ſecus ac paruum quotiens videre leonem
Dorcades/innocuum q̄ q̄ ſatis indicat ętas:
Attamen horreſcūt digitos cū ſurgere in vnguē
Vulnificos/atq̨ ora vident armata paternis
Dentibus & toruo imperioſum i lumine faſtum.
Cum primum a libycis erupit Vandalus oris:
Nam mauri qui regna tenent mō bethica: gēs eſt
Vandala/quam regione Gothi pepulere ſubacta
Armipotens ſumptis audere pelagius armis
Dum iactura recens:& adhuc in vulnere ferrum:
Cœpit/& a patrio libyam depellere regno.
Sed modo contractam peſtem penituſq̨ receptū
Virus in alta ſuæ gentis pręcordia nondum
Pellere:nec tantos potuit compeſcere fluctus.
Iſtud idem reges alij voluere:nec omnem
Amiſere operam.tuus eſt labor vltimus.omne
Tu genus euertis.tu bethica regna tenebis.
Nec minus id clarum facinus/neq̨ gloria gētem
Hanc viciſſe minor:q̄ debellaſſe chimęram:
Semiuirumq̨ bouē cretęo in carcere clauſum.



Euertiſſe phryges.crinita tot anguibus ora
Phorcidos ac multis rediuiuam mortibus hydrā.
Colchorum domuiſſe boues.ſeruaſſe perempto
Andromedā monſtro.fortē expugnaſſe Micenā
Et ſerpentigenas acies/& nata repente
Agmina:& accenſos in mutua vulnera fratres.
Ergo tibi decus ęternum.numeraberis inter
Inſignes heroas apud genus omne:nec vnq̄
Occidet hęc mundo fama immortalis vtroq̨:
Finierant vates:cum ſic Fulgentius orſus.
O pater vt viuis cura eſt:ita corpore functis
Scire quid in rerum cauſis natura redundat:
Quidve deus cauſarū auctor quem fata vocamꝰ:
Cogitet:& quid ſit tandem quandoq̨ futurum.
Ex his multa quidem ſed non tñ omnia nobis
Scire datum.velut hęc quę nouimꝰ indice ſaxo
Sed diuum pręfecta choris hęc omnia virgo
Conſcia diuinæ mentis neq̨ conſcia tantum
Sed cōſors videt:atq̨ aīas docet ipſa minores.
Hęc igitur monſtrata modis nunc omnia miris
Afficiunt tanta noſtras dulcdine mentes
Quanta poteſt vllo rerum contingere caſu.
Sed tum noſtra fluent plenis vberrima ripis
Gaudia:tum nobis erit accumulata voluptas

Si adiungas vt cum membris mortalib⁹ orbem
Nunc ſubeas tam felicem tanto vbere lętum.
Tum ſenior. ſi tantus amor cognoſcere curſus
Hęc in regna meos: veteremq; ex orbe receſſum
Fabor/& antiqui repetam primordia caſus.
Io. euan. Paulus vt ad graios bimariſq; ad ſaxa corinthi
Petrus ad Auſonios: & ad altæ mœnia Romæ
Sic ego ad Ionios miſſus loca barbara quondā
Ionio pętenta mari: qua gręcia phœbo
Egregias authore vrbes conſtruxit: ab ipſa
Hellade tranſmiſſis aſiatica ad arua colonis.
Tum lycias ciliceſq; domos ad ſancta vocaui
Flumina: & innatum reſtringere fontibus ignem
Edocui: ferriq; pios noua pignora ad amnes.
Templa/ſacerdotum ritus/atq; azima liba
Inſtitui: cantuſq; nouos altaria circum
Tum primum reſponſa deum me vidice clauſis
Conticuere adytis. & quæ celeberrima toto
Orbe claros fuerat: tepidis obmutuit aris.
Phœbades expulſæ templis. oracula Delos
Perdidit. & lyciæ tenuere ſilentia ſortes.
Ioniæ locus eſt/Clarium dixere priores.
Hic fama eſt antiqua Iouem cū fratribus olim
Diuiſo mundi imperio ſibi ſidera & altos



Cœlorū ſeruaſſe polos: terreſtria Diti
Regna tridentifero ceſſiſſe liquētia fratri.
Has ego deteſtans nugas & inania vulgi
Somnia deſtruxi veterum documenta deorū
Hic moles illa Ortygię ſacrata Dianæ:
Quā chares poſt prima nurus incendia rurſum.
Collatis poſuere opibus. ſine numine manſit
Auſpice me: priſca ſine maieſtate relicta eſt.
Pythia ceſſarunt. ceſſauit Iupiter hammon.
Delphica & euxinę crudelia ſacra Dianæ
Solenneſq; Iouis ludi: quibus Iſthmia nomē.
Sacra cleonęæ Nemees: & olympica feſta:
Et quibus Archemori manes langia colebat.
Chriſti vrbes. chriſti om̄is ager. iura. orgia. tēplā
Diis tandē expulſis erat omnibus om̄ia Chriſt⁹.
Sed noua mox verſis ſubierūt ſęcula fatis.
Poſteritas morū eclipſi viciata recepit
Crudeles Otomanigenas: imanius atro
Dite genus: legum ignaros: ſola arma ſcientes
Colluuiem plębis ſcythicę: vulguſq; nefandū.
Tū verſum eſt opus omne meū. ſacraria miles
Conculcauit. equi in tēplis ſtabulantur ad aras.
Infandum ſtatuę euerſę patrum oſſa ſepulchris
Eruta. nec cineri rabies hircana pepercit.

Tū demū infernis vaſtanda ſatanibus ora
Indefenſa gemens/& deſolata remanſit
Vt ratis in medio ſine clauo & remige ponto
Sic fuit illa nocens ętas:ingrataq3 cœlo.
Sic infirma fides. Heu tantū innoxia ferrent
Hęc mea membra nefas:diuū regina caduco
Cōfectū ſenio vetuit me finibus illis
Exuere hanc vitā. ſed cū iam tædia longi
Exilii ſeniiq3 meis iam corpore functis
Fratribus/ægro animo ferrem/matertera nocte
Aſtitit/& dixit foſſo te conde ſepulchro
Viuus adhuc. tua confeſtim renouabitur ætas.
Extēplo ſequor hos monitus. fodioq3 ſepulcrū.
Et ſpectante omni populo ac mea fata dolente
Compoſitis rebus iamiā moriturus hiatū
Subgredior. tellure tegor:iaceoq3 ſepultus
Et mortem operiens animos adſidera tendo
Seruauit Regina fidem. miſerata iacentem
Ante obitum dum guttur adhuc ſpiraret anhelū
Affuit. & furtim noctu de puluere tractum
Tranſtulit huc. vidi veniens regna indica lęua
Aethiopes dextra/terraſq3 per ęquora multis
Vndiq3. & has dixit terras quas cernis in vndis/
Heſperię Reg s poſt bis ſeptena tenebunt



Sæcula. tam lata rerum ditione potiri
Fata dabunt. erit hiſpanis hęc gloria regnis.
Hęc ea Fulgenti quę cōmemoranda rogabas.
Ipſe quoq3 vnū oro/cum cœli intraritis arcem
Petrum orate ſuum Latiū cuſtodiat/vrbem
Pontificum/magniq3 caput ne deſerat orbis.
Namq3 meas pridē obſcænus peruenit ab aures
Rumor/& horribilis ſceleratę infamia Romę.
Et quanta ſtygis alluuie inceſtata nitorem
Polluerit romana fides/quo verbere Ditis
Spes hominum luxata cadat. q̄ debilis æſtu
Frigeat extincto pietas. quæ grandia cete
Piſcari/prędaq3 hominum grauis ire ſolebat/
Syrtibus in ſtygiis hęret ſine remige cymba.
Heu ſcelus infandū:plures in puppe magiſtri
De clauo certamen habent. marcore paluſtri
Sordet inops:limo infixam turpiq3 latentem
Gurgite cœci onerant omni farragine nautę
Paſtores odere pecus:nec paſcere curant
Sed tondere greges:pecoriq3 illudere tonſo.
Talibus admoniti verbis vbi gratia ſancto
Acta ſeni pedibus verſis abiere per vmbras
Frondis odoriferę/lauros vbi ſylua comantes
Erigit & ramos teſtudine iungit opaca.

Stipitibus rectis virides imitata columnas
Ora vias aperit quorſum libet ire penates.
Non fera non ſerpens. nec iter dumeta nec vlli
Prępediunt frutices. iacet æquore campus apto
Prataq; ſub ſyluis longe porrecta rigantur
Fontibus & riuis. circũ medioſq; per agros
Murmurat: & vitreis ſaliens fugit amnib⁹ vnda
Sol terrę vicinus adhuc cũ mane reſurgit
Et cũ ſerus obit/radios extendit in herbas.
Et bibit immiſſo nocturnũ lumine rorem.
Cũ ſublimis abit: medioq; incanduit axe:
Cedit: & intextu ramorũ excluditur alto.
Hic ſpaciantur apes: tenuiq; per arua ſuſurro
Purpureos ineunt flores: & paſcua lambũt.
Occurrit nemus egreſſis genus arboris omne
Nec nemus eſt. etenim patulo apricantia rure
Arboribus raris ager interualla relinquit.
Hic obliqua vident ſiliquas in cornua flexas.
Hic maculis acer vndoſis. Pice Teda fluenti
Vtilis hic Picez pingues. odioſa colubris
Fraxinus hic riguis quę cretica miſit ab hortis
Poma Cydon tenui faciem circũdata pube.
Caſtaneæ rident. & echinũ exuta tridentẽ
Pendet ab hirſuto ſoboles lapſura cubili.



In frutices declinat iter. nemorumq; minorum
Alludunt niueis frondentia vimina ſuris.
Ad piper ad calamos ad odora cacumina Nardi
Extendunt digitos. caules carpuntur Amomi.
Thura premunt libro. tenui decerpitur vngue
Iuncus. & inceſto ſudans de cortice myrrha.
Virginibus ſimiles Cereris quas filia ſecum
Duxit ad hyblęos flores: Cyaneaq; prata
Huc illucq; meant/vt agit ſua quęq; voluptas.
Et iam delitias fruticum ſpaciata per omnes
Turba coit: ſequiturq; ducem. pede cãpus eburno
Preſſus olet. qui in flore latet q dormit in herbis
Surgit odor leniq; volans attollitur aura.
Dumq; viam carpunt: ecce iter cinama ad auſtrũ
Et per longa vident roris virgulta marini
Inceſſu lento ire ſenem: cui picta amarantho
Radit humũ toga barbarica coma preſſa Tiara
Caniciem in latos humeros diffundit eburnam:
Barbaq; in extremum mento cadit aurea pect⁹.
Lucet in aſpectu pietas. intrinſeca virtus
Scribitur in vultu probitas in imagine fulget.
It recolens annos veteres primordia rerum
Cogitat: & varijs diuiſum moribus orbem.
Ex vno diuerſa luto fluxiſſe virorum

Tot genera/& gentem populis ex omnibus vnā
Iudęam ſciuiſſe deum. ſub tartara mitti
Tantū hominū pelagus vultu admiratur opaco.
Tot magnis claudi ingenijs/& inertibus vltro
Aſtra dari. Iouis imperium tot ſęcula/tantum
Terrarum vſurpaſſe deos. Secumq; ita fatur
Raptus in exceſſum mentis. ſi rector olympi
Id voluit cur damnatum? Si noluit/vnde
Exijt? inuito cui tanta licentia cœlo?
Diſſimulaſſe deum/nec rem auertiſſe nefandam
Res indigna deo/rerum quem ſumma ſuarum
Cura decet: quem iure ſalus aliena remordet.
Talibus intentus curis dum fluctuat inter
Hos animi ſcopulos/diuum chorus ecce repente
Ingruit. ille premens fixis veſtigia plantis
Subſtitit: & gaudens alacri venit obuius ore:
Attollens tunc ora graui Prudentius orſu
Eloquitur ſacro comitum ſpectante ſenatu
Maxime diuorum interpres/legum ante Solonē
Conditor ante Numā/Lacedęmoniū ꝑ licurgū
Et Minoa ſenem. nec opaca in valle ſilentes
Conſulis Aegeriæ lucos/nec apollinis antra
Delphica. ſed ſummis araborū in mōtibus audis
Panchęa de nube deum mandata ferentem.



Dux populi iudexq; tui/qui cędibus arua
Iſidis/& libycam Tritonida ſanguine tingis
Cuius ad imperium Triton perterritus vndas
Traxit: & exhauſto ſecuit maris ęquora fundo.
Poſtq̄ te ſubito Phaſgæ de vertice raptum
Tranſtulit hos deus in cāpos: gen⁹ omne tuorū
Communi te morte putās abijſſe ſub vmbras/
Credidit ignoto condi tua membra ſepulchro.
Tu tamen hic ſuperes: nec te damnoſa ſenectæ
Tempora mutarunt longo neq; frangeris ęuo
Robur idem/facies eadem/qua flumina quondā
Elicis e ſaxo. verum tranſlata parumper
In melius/poſtq̄ magni tibi viſa tonantis
Ora Taborei ſuper alta cacumina montis.
Sed tamē his mō poſthabitis ſanctiſſime vatum
Hęc tibi tota cohors ſtygio quæ carcere functos
Heſperiæ reges mecum comitatur ad aſtra
Supplicat oſtendas primos. quæ poma parētes
Ex iſtis pepulere locis: ramoſq; nocentes/
Quos miſeris inuiſa tulit mortalibus arbor.
Non potes hoc neſcire/deus cui cognita fecit
Omnia naſcentis prima incunabula mundi
Dum fugeres Nilum nebuloſæ in vertice ſinæ
Ligna quoq; altricem ſeruare potentia vitam

Muneris inſtar erit magni/ſcire indice tanto.
Tu quoq; ſi quando caſu tibi forſitan vllo
Eſt opus/obſequijs fidens(precor) vtere noſtris
Talibus effatum Moſes complexus ad omnem
Cœlituum turbam placidis ita vocibus orſus.
Fauſta dies cui longa parem non attulit ætas
Iſta mihi. videor cœli ſublatus in arcem:
Et calcare polos/& ferre per ignea greſſum
Sidera. ſtipariq; patrum cœtu atq; nepotum
Talibus officijs referat ſua pręmia rerum
Conditor & grates meritis ingentibus ęquas.
Si deluſa meo mea gens in funere nugas
Circumfert de morte leues/nil pendimus atro
Gens animo. genus infidũ. illaudabile vulgus
Ad ventrem ad veneres & ad oĩa ſordida natum
Nil cœleſte, poteſt nihil immortale doceri.
Nec tamen euaſi quæ terminat omnia mortem.
Sed deus extorrem mẽbra in ſua rettulit vmbrã.
Atq; huc impulſum flatu me tranſtulit vno
Venturum exilio terris/cũ fluxerit ætas
Vltima poſtremis conflagratura diebus.
Quod ſuper arboribus veterũq; errore parentũ
Quęritis/id vobis & ſi ſatis indice nullo
Scire licet/quia iuſſa tamen cõtẽnere diuum

Contra iudęos



Impietas præſto quocũq; vocaritis/adſum.
Sic ait. & ſtipante choro veſtigia mouit
Lenta per herboſos in margine fluminis agros.
Ecce vagis circũ dumeta recurſibus errant
Dulciaq; inter ſe miſcent certamina dãmę:
Et coribanthiaci lepores:& ſtrenua Dorcas.
Aedi alacres:& ceruorũ laſciua iuuentus.
Cornib⁹ obluctant:& onuſtæ pondere frõtis
Dulcia bella cient. curſu leuis ille citato
Proripitur/ſimulatq; fugam:pernicibus alter
Inſequitur plantis/celeriq; volumĩe crurũ
Pone volat. ducto primus per gramina gyro
Vertitur iratum ſimulans:agiliq; ſequẽtem
Impetit aſſultu:ſubitoq; in terga volutus
Verberat elatis aduerſum calcibus hoſtem.
Ventũ erat in tumulum molli cui balſama luco
Circũfuſa virent primos qua reſpicit ortus:
Qua videt occaſus & qua latus explicat auſtro.
Sylua breuis fruticoſa. putes vineta. nec vnũ
Omnibus os. ſimplex ve genus de cortice ſicco
Caudicis emungit radiis opobalſama Titan
Frondibus increpitãt zephyri:ſyluãq; comãtẽ
Ventilat ac blandis occurrit odoribus aura.
E tumulo patet ora iacens diffuſa per amplos

Spectaculũ ferarũ.

De balſamo

Pinguis hu mi tractus. ſtellantia floribus arua
Vndiq; quãtũ acies tendũt. Pomaria longo
Permeat inflexu viridantibus vndiq; ripis
Euphra. Euphrates Babylona petens/non gurgite tanto
Quantus ab armeniis rubrũ deſcendit ĩ æquor
Nec procul in Boreã vergens vada lucida voluit
Tigris & elabens maiori flumine Ganges.
Tigris Ganges. Nilus Ipſe q.ioq; intorto Nilus per paſcua curſu
Fertur ad ęthiopũ populos:& Candacis arua.
Quattuor hęc paruis vt cętera flumina ſurgũt
Principiis. alios fontes via longa miniſtrat.
Hic variam multa vernãs humus arbore frugẽ
Parturit:& pomis agri difformibus halant
Spectaculũ pomorum Hæc viridi ſplendore nitent:hæc cortice rubro
Hęc croceo.ſunt alba genas:ſunt aurea vultũ.
Sunt modico collecta ſinu.ſunt orbibus amplis
Sunt oblonga ſuas.in humũ inclinãtia matres
Ex humili iam turba iugo digreſſa virentes
Iuerat in campos:dũ cuctor harũdine mota
Nãq; manu modo decerptã ſyringa ferebat:
Ecce ait illa mali labes antiqua parentũ
Arbor peccati Dedecus ęternũ primiq; infamia ſæcli
Ecce hoĩm caſus.miſeręq; exordia vitę.
Hanc frugem cui nectar ineſt dape dulcius omi



Suſpiciens hominũ genitrix heu credula pluſq̃
Fas erat:incaute rapuit.raptamq; momordit.
Nec ſatis id.decepta virũ decepit amantem.
Heu amor infœlix:infortunata voluptas.
Quid faceret tamen Adam⁹?ꝑmit vndiq; bellũ Excuſat Adam.
Hinc deus:hinc ſerpens:& pro ſerpẽte virago.
Hinc amor inde timor mẽs oppugnata laborat
Vtratis hinc auſtris:illinc aquilonibus acta.
Vicit amor grauis affectus.violenta libido.
Ergo thori ſociam ſua blãdimenta ſuaſq;
Delicias amens ne contriſtaret eodem
Naufragio vt mercem amiſit:puppẽq; reliquit.
Vix tabulę innitens rapidis euaſit ab vndis.
Artibus his deiecta viri conſtantia:mortẽ
Incidit.atq; ſuo eiectus cum cõiuge regno
Venit ad incuruis fodienda ligonibus arua:
Quæ ſentes tribuloſq; ferũt:q̃ reddere victũ
Cultori niſi victa negant.quę fundere frugẽ
Agricolæ niſi vi ferroq; coacta recuſant.
Hęc igitur latis arbor q̃ frondibus vmbram Ficus
Porrigit:& libro pingues lactente mariſcas
Semper alit:necis & morbi letalis origo eſt.
Nã neq; caucaſeo recubans in mõte Prometheus
Cœleſti vt perhibent:læſit ſua ſęcula furto

Vna ſed hæc nobis tanti rea criminis arbor.
Crassus Hęc ea quæ infauſtũ Craſſo dedit omẽ eunti
Queſitum procul ignota tellure ſepulchrum.
Hęc eadem tyrias olim Carthaginis arces
Prodidit. Auſonię populos genꝰ omẽ latinũ
Rettulit in veteres iras. reſideq́ꝫ iuuentam
Mouit ad arma: nouã claſſẽ: noua miſit in ęquor
Claſſica. & impleuit velis mare: milite cãpos.
Sic Trebiæ lamenta Cato & traſimenia bella
Vltus: & inſignes romano ſanguine cannas.
Sunt quoqꝫ qui belgas huius dulcedie captos
Galli Arboris excelſis referant ex alpibus olim
Ad ripam veniſſe Padi: cũ gente latina
Decertaſſe armis. graios vaſtaſſe colonos.
Traieciſſe fretũ: vexaſſe aſiatica regna.
Et gentẽ feciſſe nouam: galataſqꝫ vocari
Quos Paulus tuba cœlorũ dũ clangeret orbi:
Vociferans taxat: magnoqꝫ redarguit ore.
Arbor in aduerſis igitur famoſa parentes
Luſit: & in primis patribus genus omne futurꝫ
Nec moueat ꝙ criſpa cutem: ꝙ flebile victa
Deponat ceruice caput/ꝙ languida fruges
Sordeat aſpectu cũ iam maturuit atro.
Eſt ſcelus in cauſa: mucro eſt ebetatꝰ ab ictu.



Illa decens pomi facies: illa ora videntum
Inſidioſa oculis (voluit deus) orba nitenti
Fronte veternoſam cariem traxere: ſuumq́ꝫ
Amiſere decus vultu obſcurata ſenili.
Hanc deꝰ ob cauſam circũdedit inguina patrũ
Frõdibꝰ his/manifeſta dapis monumẽta nefãdę.
Ipſe quoqꝫ antiquæ longæua piacula fraudis
Ablaturus/iter ſolymam dum tendit ad vrbem/
Chriſtus in hos odio ramos exarſit acerbo.
Scilicet oſtendens ſcelus exitiale parentum
Cum matre auferri/& mortẽ cũ autore necandã.
Mox igitur verbis violata potentibus arbor
Non ſecus ac ſubito correptũ fulmine gramen
Aruit/& lapſa riguerunt viſcera fronde.
Hęc vbi dicta ſenex motis veſtigia plantis
Flectit ad aurorã: ſequitur chorus omnis euntẽ.
Iam mediũqꝫ prouecta dies conſcenderat axem
Solqꝫ recedentis iuga ſumma tenebat olympi
Proximus ęſtati/noſter ſemel ęſtuat annus.
Aeſtates habet ille duas/duo tẽpora brummę.
Bis videt autumnũ/bis ver/bis fertilis annus.
Cũ nobis niue torpet humus/cũ ſtiria pendet/
Et cum flaua Ceres/illic mitiſſima brumma
Cum tepet autumnus nobis/& brachia libræ

Sol tenet/& cū ver peregrina reportat hirundo:
Illic meſſe calent æquis tamen arua diebus.
Arbor vitæ
Sed iam ſeſe offert oculis caput arboris altum.
Iam vicina cohors iter intermittit:& ora
Suppreſſo ſermone leuant/& ab arbore pēdent.
Arbor erat procera/comas ad ſidera tollens/
Altior arboribus ſerum:quas dicitur alto
Vertice ithyreæ iactum ſuperare ſagittæ.
Purpureus trunco tereti liber.ardua ſummo
Stipite funduntur dextra læuaq; per auras
Brachia bina/velut zephyro cū plena ſecundo
Vela ferens volat æquatis antenna lacertis:
Poma rubēt viridi ramorū in culmine frondes.
Perſimiles alis/volucres quibus aera ſulcant
Stipite de ſummo gemina inter cornua ramus
Porrigitur:rectaq; petens trabe ſidera culmen
Explicat.hic nidos proli officioſa futuræ
More ſuo ponebat auis/quæ pignora morſu
Saucia peſtifero colubriq; ad morſa veneno
Curatura pium pectus fodit ore cruento.
Tum pater in frondes tendens oculoſq; manūq;
Hęc auis hęc arbor Chriſti om̄ipotētis imago ē/
Dixit.in his ramis & in hac deus alite pinxit
Poſt tot venturos labentia ſecula caſus.



Nam ſimul ac diuos regni ſitis illa coegit
Aethercam de ſede erebi deſcendere in alta
Flumina/tartareūq; chaos deus hoſte fugato
Terrigenas cælo aſcripſit.Neu talibus impar
Hoſpitijs mortale genus clamare ſatanum
Audeat improbitas ſucceſſibus inuida noſtris/ Cur deus icarnat⁹
Induit humanam effigiem/ſtatuitq; vocari
Numē homo:clauſitq; deus ſe in ſtemate noſtro.
Non ſecus ac ſtellis ſi quando ex ęthere pulſis
Sol iubar infundat nebulis/& veſtiat auræ
Maieſtatē ſuę/vacuoq; accommodet axi.
Nec fuit aduentus ratio fraus illa parentum:
Sed decus humanum:venit moriturus ad ægros
Quod fuerit ſanare mori.ſine cęde cruenta
Ad ſanos venturus erat:laturus in aſtra
Incolumes:& nos ciues facturus olympi.
Sic volucris dū parua dom⁹:dū infirma ꝓpago:
Dum nati implūmes:tepido fert pabula nido
Semper:& extenſis docet ire per aera pennis:
Hęc eſt cura tenax:ſtudiūq; immobile matri.
Non ſanat niſi languentes:& vulnera paſſos.
O fortunatos homines:gentemq; beatam:
Si licitis contenta bonis primęua fuiſſent
Sęcula.nec ſeſe ſuperis humana libido

Aequiparans vetitũ temere inuaſiſſet honorẽ.
Terra ferax ſine bobus erat: ſine vomeris vſu
Intacto fœcunda ſolo. non læderet arua
Puluerulenta canis ſed miti innoxia flamma
Surgeret. & nullas habuiſſet noxius aras
Veiouis: & nullum cecidiſſet ab ęthere fulmen.
Mens tam leua fuit: ſic ingenioſa colubri
Texendis natura dolis. heu fœmina ſemper
Inſidioſa mari: totum genus obruit vno
In ſcelere. amiſitq; malus ſimul omnia cuſtos.
Lethæi creuere lares. ſtabula alta profundi
Diffudere ſinum. creſcentibus ampla cauernis
Concauitas regni inferni terram extulit vltra
Aequora/& excluſo moles abſcondita ponto
Intumuit: ſurgenſq; ſuper ſua viſcera tellus
Fecit inæquali montana cacumina tergo
Poſt ſcelus. añ nefas nemo phlegethõta petiſſet.
Antra patrum nemo: ſpellæa cathartica nemo:
Ex tantis hominum turbis: quot lapſa tulerũt
Sæcula/quot ventura ferent/ea ſola propago
In lucem mittenda fuit/fruituraq; vita/
Quam pater vt vaſti deſerta ſedilia cœli
Compleat/elyſiam fuerat miſſurus in arcem.
Cętera turba altis erebi inuoluenda caminis

Qui naſ= cituri du= rante ino centia



Ad vitam neſciſſet iter: latuiſſet opacis
Intra informe chaos non emerſura tenebris
Propterea nũq̃ tellus habitanda nec vllo
Exercenda virũ ſtudio/cubuiſſet in vnda
Aeternos ſopita dies. ſola iſta tuliſſet
Ora hoĩm genus atq; feras. nec in aſtra leuaſſet
Tam ſublime caput. Quæ cętera ſuſtulit ingẽs
Tartareæ ſpelunca domus: iſtos quoq; cãpos
A pelagi ſubmouit aquis: & in ęthera miſit.
Talia pergebat memorans: cũ voce ſoluta
Paſtor ait: Iam prona dies maioribus vmbris
Ire monet. ſparſas video per gramina turmas
Iam ſpectare locos ſatis: & ſpirare ad olympũ
At tu ſancte Pater cœlo dum labitur ætas
Iſta/per hos campos felicibus vtere fatis.
Collis ad auroram palmis turritus/& vmbra
Frigidus ilicea grandi vada parturit aluo.
Nam vitreas quib⁹ humet aquas expellit: & ãplũ
Sub radice facit piſcoſo gurgite fontem
Hic fons ille ferax qui flumina quattuor implet:
Nec capitur totus. rigat inſuper arua ſub herbas
Labitur: & niueis humectat paſcua cygnis.
Hic Pater Helias viridi pernoctat in vmbra Helias
Ad murmur ſalientis aquę. Cum roſida curſu

Iam medio nox alta ſilet: ſe attollit: & aſtra
Suſpiciens videt Erigonen in vertice mundi:
Caſtora in occaſu: Chironem aſcendere ab ortu:
Audit in excelſo cœlorũ culmine verſos
Ire polos: audit ſuperos pæana canentes
Reſpondere polis. nota cũ ſedulus hora
Exilit ad ſolitos cantus: & ad orgia laudum
Carmen idem ſonat orta dies: & adulta parũper
Et cũ ſole calet. prono cũ labitur axe
Hora premens iam nona diem. cũ veſpera ſurgit
Et cũ iam clauſo venit accubiturus olympo.
Et iam fama lares diuum vulgata per omnis
Poſt ſtygis emenſas curſu leuiore paludes
Regales ad cœlũ animas conſcẽdere ab orco.
Coguntur proaui cẽtũ vno e ſanguie reges:
Quos omnes caſtella parens diuiſit in om̃em
Heſperiam: ceu multiplici propagine creſcens
Vitis ab oceano ſiculos cõplexa penates.
Origo regũ hiſpa. Omnib⁹ his genus a ſcythia. Tulit vltim⁹ orbis
Angulus ille decus tantũ ſubpoſta rigenti
Terra polo durata gelu. veſtita pruinis
Tantum frugis habet. Tantis ſe iactat alumnis
Mæotis longinqua palus: vbi Cęſaris aræ
Maſſagetũ Regina ferox q̃ Marte potentẽ



Regnatorem aſię totoq; oriente ſuperbum
Strauit & antiquę numerantur amazones inter
Huius gentis auos. virtus vt flumina curſu
Amplior ex longo tulit incrementa receſſu.
Trans mare chimeriũ ꝓpter vada fluminis Iſtri
Trhaicium pugna ingenti fudere valentem
Biſtonii caput imperii: qui dorica regna
Atq; Aſiæ partem lata ditione tenebat.
Subieccre Italos. italos qui fortibus armis
Omnia quę cigit Thetys: quæ phœbus ab alto
Axe videt domuere: vrbẽ magno agmie Romã
Afflixere: alpes gelidas & gallica Regna
Marte viam faciente graui inuaſere tumultu.
Heſperię tandem ſceptro regnoq; potiti
Vandalicam pepulere manũ: quę a finibus iiſdẽ
Egrediens prius heſperias intrauerit oras.
Mox autem ſtygis inſidiis ac fraude Valentis
Obliquã didicere fidem. ſed protin⁹ omnem
Leandri deus ore dolum detexit: & arri
Niligenæ tenebras noctẽq; remouit opacam.
Heſperiæ cum lora pater Reccaredus habebat.
Ipſe ratem primus ſcopulis abſoluit ab illis/
Et rectũ cognouit iter. primuſq; ſuorũ
Tranſiit ad ſuperos: & primus ab agmine tãto

Obuius it: totoq; petit cum ſtirpe nepotes.
Omnibus ad ſuras patrio de more cothurni
Flãmigerant redolente croco/vel murice tincti
Omnibus aurati crines/frons ardua/vultus
Siderei/cinctuq; chlamys reuoluta gabino.
Hęc heroum acies per ſigna leonis ab axe
Labitur in terras: manſitq; leonis imago
Luthea per regum albentes ſignata lacertos.
Iã chorus ima tenet: pedibuſq; in gramia miſſis
Intrat odoratũ Myrthi nemus. vñ ſilentem
Voluit aquã glauca ſtipatus arũdine Nilus
Aduentare ſciens Reges Audẽtius altũ
Venerat in collem/ſummo qui vertice cãpũ
Proſpicit ad fluuii ripam videt ire cohortẽ
Et ſpectare vagis labentẽ curſibus vndam.
Alphonſumq; vocãs ades huc ait. Ecce tuorũ
Progenies antiqua patrũ/q̃ venit olympo:
Et noſtrũ veſtigat iter. ſic fatus in ipſo
Culmine compreſſis tenuit veſtigia plantis
Vt patres audiuit auus: p̃cordia dulcis
Strinxit amor. lachrymaſq; ciet: ſtudioq; vidẽdi
Vadit agens dextra natũ læuaq; nepotem.
Plurimaq; aſcendũt prærupti cornua ſaxi:
Vnde patet late nitidũ ꝓſpectus ad amnem:



Liberiuſq; aduerſa licet regum ora tueri
Proſequitur chorus: & ſummis e cotibus inter
Vmbroſos tecti frutices mirantur euntes
Fluminis ad primos ipſo duce flumine fontes.
Tunc auus o Audenti inquit diuine ſacerdos
Vultibus ex ipſis ipſaq; ex indole Regum
Ingentes animos & fortia pectora cerno.
Scipiadas totidem videor totidemq; videre
Cæſareos proceres. longis exercita bellis
Imperiiſq; diu virtus in fronte relucet.
Quis p̃cor ille manu geſtans diadema coruſcũ
Solus? & in boreã depulſus ab agmine patrũ?
Talia quęrenti dedit hęc reſponſa ſacerdos.
Qui decus & laudes pręclaraq; nomina gẽtis
Rex hiſpane tuæ paucis abſoluere tentat
Nititur in vetitum: veteres antiqua poetæ
Heroum qui facta canunt qui exordia falſos
Inuitant ad magna deos/nil tale loquuti.
Quippe nec Aenęas/nec Penelopęus Olyſſes
Nec Priamus tanti. licet hęc fama inclyta cantu
Mœonio procul in totum vulgauerit orbem.
Attica cęcropidas iactat/berecynthia tellus
Aſſaraci prolem/lagidas ægyptia Memphis.
Arſacidas Perſis, reges facundia noſtros

Nulla canit: ſed fulta ſuo ſua robore virtus.
At quoniam tua ſic pietas hortatur/& ipſum
Tempus/ab immenſo laudum pręconia campo
Pauca legens patrū repetā monumenta tuorū
Roderi-cus Ille manu diadema ferens deceptus amore.
Virginis/vt mos eſt hominū q̄ cœperat annos
Athaul-fus Ante quatercentum victis Athaulfus alanis
Perdidit imperium. tanto multata dolore
Tranſijt in longos luctus breuis illa voluptas.
Infenſoſq; diu ſuperos/irataq; ſenſit
Numina/propterea tot tempeſtatibus impar
De regni ſplendore ruit. Fortuna rotatu
Præcipiti euertit regem de ſede ſuperbum.
At quia tanta animo tulit infortunia magno
Ipſe ſuum ſcelus vlciſcens/& tempore longo
Corda graui mœrore domans/poſt fata receptus
In ſuperos pro regno amiſſo accepit olympū:
Indiciumq; tenet caſus: diademate nudum
Fert caput. & pulſus regali ex ordine vergit
In boream: ſequiturq; ſenis veſtigia Coſtæ.
Proximus ille graui tenuem qui fronte coronā
Geſtat/in immanes auſus ferre arma tyrannos
In veteris partem regni deuenit: & hoſtem
E patrio ſubmouit agro/& longinqua coegit



Littora/prætentoſq; freto perquirere montes.
Debuit extolli ſignis ac marmore multo
Tanta viri probitas patriæ auxiliata iacenti.
Nam ſi cecropidæ ſtatuas poſuere trecentum
Sexaginta homini/ſanctis qui legibus vrbem
Rex erat affectus moderans plæbiſq; patrūq;/
Quæ precor eductæ de tempeſtate tot vrbes
Tot populi heſperiæ/tot functa tyrannide regna
Autori pacis fundatoriq; ſalutis
Vltori fidei decora atq; inſignia debent?
Hic iterum fortuna Gothis aſpirat & intrant
Regna iterū. legio pulſis vrbs inclyta mauris
Prima renaſcenti fecit noua nomina regno.
Prima memor fidei/libyę genus auſa ſuperbū
Pellere/& aſſertas ſignare leonibus arces.
Ille duos varia qui monſtrat imagine Reges/ Alphō.
Et referens nunc ora Numæ. nunc ora Quirini
Belliger in ſacris/& relligioſus in armis:
Eſt Alphonſus/atrox maurorū euerſor/& Arri
Malleus. Ipſe etenim virus quo infecerat vrbē
Arrius/hiſpanis procul exturbauit ab oris:
Sicut & ex latio Gratianus. ab hellade maior
Conſtantinus/apud thraces qui condidit vrbē
Cæſaream. fecitq; nouam ꝓpe littora Romā.

Iſta lues quondam populos accenſa per omnes
Lerneæ de more feræ per vulnera ſumpſit
Incrementa. vno exciſo ſtridentia ſeptem
Ora reſurgebant. plæbes in bella ciebat.
Sępe etiam primos proceres armauit/& vrbes:
Sępe etiam reges/erat in certamine tantum
Virus: ab Alphonſo donec conuulſa ſub orcū
Fugit ab inferno nunq̄ reditura profundo.
Froila. Illi autem cui tecta vides lucentibus armis
Pectora nomen erat Froilæ. vox dura latinis
Auribus aſperitas longo reſecabitur vſu.
Hic duplici mauorte potens terraq; mariq;
Sæuijt in mauros victor. Poſt inclyta bello
Facta odio fratris regni quem dira libido
Cœperat/obſeſſus tandem furialibus armis
Confoditur. ſparſum concreti ſanguinis imbrem
Iniuſtæ fert cędis adhuc veſtigia pectus.
Alphō. Quint⁹ ab hoc iterū Alfōſus. Viden ardua regis
Tempora? peruigiles oculos? & pectora lata?
Rex erat armipotēs. libyam tremefecit/ & omnē
Heſperiam mauro tepefecit ſanguine terram.
Orlando congreſſus apud bebricia ſaxa
Infrenes gallorum iras compeſcuit armis.
Ramir⁹ Aſpice bellacem clara cum prole Ramirum.



Extollit Calagura patrem Salamantica natū Ordoni⁹
Ordonium: cui progenies diſcrimine paruo Alphōſ⁹
Proximat Alphōſus. qui vaſconas atq; ſupbos
Cladibus inuoluit numidas: agarenaq; regna
Sed poſt fata graui ac longo vexatus auerno
Q; coniuratos effoſſo lumine fratres
Barbarico ritu nimium crudeliter atram
Miſerit in noctē: furiiſq; agitatus & ira
Tinxerit infamē gentili in ſanguine dextrā:
Id facin⁹ diuum imperiis atrociter vmbrę
Tartareę lauere vadis vltricibus orci.
Sed iam prona dies. & fandi copia phœbo
Deſcendente minor multo ſine laude relinqui
Cogit. ad extremos veniam. Poſt lōga ſequētē
Interualla virum læuo cui fulget ab armo
Contus. & auratis ſignatū pectora conchis
Explorare docet facies mauortia corda.
Ipſe velut de nube tonans cū grandine fulmē
Obruit infidū genus & ſine numine gentem
Pernicie tanta inuoluens. quātā neq; Troię
Nec libyę videre acies: cū maxima quōdam
Inter ſe ingenti fremerēt duo regna tumultu
Sed neq; in aurorę populis macędonica pubes
Cū Ioue rex hammone ſatus Babylone ſubacta

Tranſiit extremos Taurũ populatus ad indos
Pernici vectatus equo certare Iacobus
Viſus & hoſtiles conto penetrare phalangas.
Ecce ingens Alphonſus adeſt.perterrit⁹ Atlas
Regis ab aſpectu caput intra nubila traxit:
Cũ vidit conflictu vno cecidiſſe trecentum
Millia maurorũ campoſq; natare rubentes:
Ac numidas paſſim inter equos & ſcuta iacere
Semineces & adhuc animas ęgro ore trahentes
Cæſaris ac magni quid res miramur & artẽ
Militiæ? Stragem marte inclyta ſæcula nũq̃
Audiuere parem.nocuit ſibi maxima virtus
Auſa manu maiora fide.poſt funera miles
Ipſe ſuum miratus opus:vix pendere tanti
Se poterat.ſequitur talis victoria pugnã:
Cum fortem ſortita ducem ſunt fortia caſtra:
Cum deus eſt animis preſens & bella gubernat.
Ille caput nigrũ canis aſperſus & armis
Ferrãtes Splendidus auratis cœlo demiſſus ab alto
Venit in auxilium regni redeuntis: & vrbes
Aſſeruit magnas.tum libertate potita eſt
Corduba ſurrexit Bethis:caput extulit hiſpal.
Nocturniq; altis arſere in turribus ignes.
Ad diuum delubra ferens noua tura ſacerdos



Inceſtos ritus irrelligioſaq; ſacra
Abluit atq; iterũ Chriſto in ſua templa recepto
Dæmonas extructis exorcizauit ab aris.
Gloria ferranti ſemp comes aſtra deumq;
Allicit & raro venit id ſine numine nomẽ.
Ille procul mundi ſignatus imagine patrũ
Ob decus officiis pacis belliq; ſuperbum
Aequore ab extremo fuit in romana vocatus
Imperia.at rerũ molem ptẽſus ad aſtra
Rurſus & æternos animũ reuocauit ad ignes
Cœlorũq; vias.& delectatus olympo
Terrenas contempſit opes perituraq; regna.
Sed iã nox vicina diem depellit/& aſtris
Heſperus accenſis ſequitur Titana cadentẽ.
Naſcitur erigone/cœlũ fugientibus horis
Voluitur & laudũ dulces intercipit orſus.
Cætera in ęlyſiis domibus:ſancta illa docebũt
Ocia:quę nulla mutat vice mobile tempus
Sic ait.& molli flectens veſtigia cliuo
Ad fluuium declinat iter.greſſuq; citato
Per nemus: ad fontem regalibus obuiat vmbris
Exultãt congreſſę acies.medioſq; nepotes
Circũfuſa cohors patrũ læto accipit ore
Itur in amplexus/& in oſcula dulciter ardent

Pectora. & exundans tremulos amor afficit artꝰ
Sed mora iam Leander ait tollenda. vocamur
Ad ſacrũ ſolenne: dies quod ꝓxima toto
Conuentu ſuperũ celebrem perſoluit ad aram
Paſchatis: & victo Chriſti redeuntis ab orco.
Terra vale. menteſqꝫ pię quæ regna tenetis
Infima: voſqꝫ amnes ſacri: colleſqꝫ beati.
Protinus argutam ſoluens in carmina vocẽ
Suſpexit. chorus audito concorditer hymno
Aſſonat. accurſant animæ dulcedine captæ
Quot circũ errabant fluuios: & roſida prata.
Mox cœli conceptus amor per inane leuauit
Agmẽ: & alterno tulit vſqꝫ ad ſidera cantu.

FINIS Alphonſi.



Baptiſta Mantuanus Carmelita Theologus
Frãciſco Gonzagæ Turco Mantuæ Mar-
chioni Quarto: pro Gallorum ex
Italia expulſione Trophæum.

LIBER PRIMVS.

AGgrediens magno bellũ me-
morabile cantu
Quo longe Italia primo Frã
ciſcus ab æuo
Expulit ingenti fortem moli-
mine Gallum:
Cogor ad æthereos ignes attollere longo
Calle fatigandam duro ſub pondere mentem.
O defunctę iſtis tenebris: quibus ocia ſemper  Inuoca-
In campis animæ cœleſtibus. O mea Clio  tio
Quæ cœli conuexa tenes: vicina tonanti:
Progenito memoranda deo: aſpirate canenti.
Quæ iuuenem ſæclo iam declinante leuauit
Ad veterum decus heroum tam viuida virtus
Ante diem: dum pubet adhuc ſe fortior ætas?
Vos ne: vel ardentes mira illa potentia cœli:
Quę ſua terrenum radijs animantibus orbem
Fata pluit: patris arbitrio: qui torquet olympũ?
Forſitan in cauſa eſt flagrãs vigor ille parentũ

Magnanimorũ vnã in ſobolẽ q̄ſi flumẽ in ãplũ
Fons nõ vnus iens/& Cęſare ſanguis ab alto:
Ingentes memorate auſus/memorate laborẽ
Herculeũ: quo inuicta prius modo ſaera tumultu
Gallica vis tanto partim conceſſerit orco
Marte graui/partim gelidas tranauerit alpes:
Parthenopes regno amiſſo ſpolijſq; relictis.
Nam quia mutatis Romanæ moribus aulę
Non alacrẽ populi plauſum nõ delphicę honores
Frondis habet: neq; tarpeios victoria currus:
Ne maneat ſine laude labor:: ne gloria virtus
Tanta ſit: & forſan longis abolenda diebus:
Talia pro ęterno ſtruimus monumẽta trophęo.

Narratio POſtq̄ ſſortiacos cauſata nouaria faſtus
Et nimiũ crudele iugũ defecit ad hoſtẽ
Gallorũ patuere animi: ſimulata repẽte
Conſilia & fraudes ſubito emerſere tumultu.
Infremuere vrbes Venetę: facinuſq; nefandũ
Deteſtatę animis dirum ſublimibus hoſtem
Debellare parant: gentemq; arcere ſuperbam
Venetię Vrbs Veneti regina maris: iuſtiſſima nutrix
Pacis & armorum: ſacris altaria poſtq̄
Illuxere nouis: prętoria ad alta frequentem
Conuocat Italię pro libertate ſenatum



Vt ſedere patres: & facta ſilentia: princeps
Talibus aurato a ſolio ſermonibus orſus.
Sancta gubernandis patris vigilantia rebus Dux venetus
Debita conſortes regni iubet altius omnem
Vim ingenij conatũ animi contendere ſemper
Conſiliiſq; omni fortunę occurrere nimbo:
Sed tum pręcipue. cũ magna incendia motu
Bellica cõmunem interitum proferre videntur.
Iam dudum Italiã rumor vagus afficit omnẽ
Significans noſtra pro relligione potentem
Gallorum magno armari molimine regem.
Et q̄q̄ vobis bene coniectantibus arma
Hęc ſuſpecta forent: tamen vt ſi vera fuiſſet
Fama: ingens poſſet pietas curſu ire ſecundo:
Veſtra fuit moderari animum ſententia patres.
Atq; rati non poſſe tegi figmenta: putaſtis
Spectandũ pauliſper opus: ſancta arma ſequẽtẽ
Extemplo terrę auxilijs pelagoq; iuuandum.
Fallere nitentem terra pelagoq; fugandum.
Hæc mora ſegnicies: ſi non pietatis & æqui
Hactenus obſtiterit ratio: inconſulta fuiſſet.
At nunc Parthenopes ſine vi ditione potitus
Quando iter ad graios aperit victoria tutum:
Pręſidijs regno poſitis: cum ſigna retrorſum

Vertat:& acceptis inſida Nouaria belgis
Sit mentita fidem:qua relligione feratur:
Et quos detecto Turcos vocet indicat aſtu.
Nos otomanigenæ gallis:hoc nomine tanto
Inſignimur:habent ſoli vera orgia galli.
Gens infenſa Italis:euentu elata ſecundo
Imminet Italiæ decus extinctura latinum:
Sfortiadum merſura genus:nos virib⁹ auctis
Inuaſura. Quid his tantis occurrere patres
Nos vetat aduerſis? inſubrib⁹ arma propinquis
Arma quibus regna a Turcis defenſa tenemus:
Iungite. non deerit pia bella gerentibus æther.
His dictis excita patrum ſublimia corda
Conſpirant in bella alacres:ſed quæritur ante
Omnia:qui ingeniis ſimul atq; ingentib⁹ auſis
Polleat:ac tantæ poſſit ſuccedere moli:
Inclytus armorum ductor:qui marte furentē
Præcipiti Gallum validis p̄mat acriter armis.
Hic ſua dimiſſo princeps in tecta ſenatu
Digrediens p̄mit vrgentem ſub pectore curā
Interea phœbo freta ſubter atlantica lapſo
Nox redit:& ſanctos aperit pol⁹ ętheris ignes:
Solſtitio vicina æſtas accendere cancrum
Cœperat:& claris fulgentem oriona flammis



Tollere:cū ſtratus thalamo noua ſōnia pricep s
Et miris ſimulachra modis parentia viſus
Cernere:quæ ambiguis caneret oracula rebus.
Namq; aſtare ſenex in maieſtate ſacerdos
Eximio cultu:qualem magna orgia poſcūt
Viſus & alatum dextra attrectante leonē
Ac mulcente iubas:læuā extendebat in armos
Militis armati:cui frons duce digna/ferentes
Præ ſe aliquid diuinū oculi:cui plurimus enſis
Implet ebur libycū/ferroq; haſtile cruento
Et ſic fatus.age atroces quæ pectora curas
Sollicitant/depone.tuis inuenim⁹ armis
Barbadice virū:cui corda heroica nullos
Admiſſura metus:vires quę fundere Gallos
Quæ imanes penetrare auſit/ac frāgere Parthos.
Dixerat. Extemplo iuuenē noua finxit imago
Egregium vultu iuuenem fulgente metallo
Pectora veſtitū& talotenus ære micantē
Flāmigero ac forti vibrantē haſtile lacerto
Perſimilem marti:quotiens in bella paratus
Exit & ad Rodopen currus conſcendit ahenos
In thorace virent vtroq; a margine frondes
Hinc palmæ/hic lauri:geminatę inſignia laudis
Et pictū auratis ſignū gētile figuris

Fert vmbone quater nigra iouis alite clauſũ
Hæc ſuper adriacos fieri viſa omnia fluctꝰ
Acclamante freto:pelagiqꝫ ſonantibus vndis
Quod notat externas gẽtes & barbara regna
Hoc ductore iugum ſancti ſubitura leonis.
Iamqꝫ aurora polis magnũ torquẽtibus axem
Attollens geminos lædæ duo pignora fratres
Cœperat aſcenſu ſtellas abſcondere primo/
Cũ noua diſcuſſo princeps oracula ſomno
It meditãs:& viſa animo ſimulachra reuoluẽs
Cõciliũqꝫ vocat:redeũt in ſacra togati
Tecta patres:vbi de rebus cenſura gerendis.
Atqꝫ iterũ prono ducens ſuſpiria vultu
Incipit:& fando barbam mouet ore cadẽtem.
Dux Venetus
Cogimur euentus:capto ſperare ſecũdos
Conſilio patres:noſtris cũ numina votis
Mota ferant fauſtũ augurium:ſtudeãtqꝫ labãtes
Oſtentis firmare animos:& ad arma parare.
Vos æterni ignes:vos conſcia ſidera rerum
Vos ſuperi:veſtramqꝫ fidem teſtamur olympi
Numina ſancta:qbus diuũ eſt hoĩmqꝫ poteſtas
Me neqꝫ mentiri/neqꝫ captũ erroribus vllis
Vana loqui/caput hoc potiꝰ ſtygis obruat vnda
Q̃ fraudare auſim te ſacroſancte ſenatus



Hęc tuã maieſtas primis mihi ſemper ab annis
Culta:poteſt modo cũ ſenio illudenda videri?
Sit mihi fas non fruſtra hodie cœleſtia fari:
Et vobis audire p̃cor.ſub nocte ſilenti
Cũ medios iam exceſſiſſet nox humida curſus
Vidimus aſtãtes diuos:& certa ferentes
Præ ſe ſigna pios manes.deus ora videri
Fecit & agnoſci.Sua quiſqꝫ/inſcripta ferebãt
Nomina pectoribus latis cũ murice & auro
Hauſimus auribus his magnorũ oracula diuũ
Longini ac Marci:biliquorẽ agnouimꝰ haſtã
Saguineis ſparſam maculis/& cęde rubẽtẽ
purpurea.Vidi iuuenẽ radiantibus armis
Quẽ diui legere ducem.quę barbara contra
Arma vocant:tantoſqꝫ iubẽt euoluere caſus
Hunc autem domito quẽ mox victoria gallo
Certa manet(referant:verũ prius vtile fari
Quo pacto res eximias & grandia facta
Temporis antiqui/cũ terrę animãtibꝰ aſtra
Nõ infeſta forent munduſqꝫ erat integer ęui:
Egerit inconſtans fortuna:deuſqꝫ virũqꝫ
Semper in aduerſis maior vigilãtia rebus.
Nouimꝰ æternũ romani nominis hoſtem
Hãnibalem bello magna illa atqꝫ inclyta facta

In primis molitum annis ineunte iuuenta
Fœmineos inter calathos & penſa latebat
Pelides imberbis adhuc cū tractus ad arma
Troianas cōcuſſit opes.& in Hectore victo
Troiugenas omnes extrema in fata redegit
Cū primū libyco ſudans in puluere regna
Punica ſubuertit/primę lanuginis annos
Vix ingreſſus erat/nulliſq; exercitus armis
Scipio.& Alcides mōſtra illa imania cœpit
Cōterere in cunis. non expectata ſenectus:
Non fortes teſtata viros barba horrida mēto
Nō multo bellandi vſu longiſq; periclis
Ars quæſita. Duci ſatis eſt cū cœpta ſecūdāt
Numina fortunare hoīm dignata laborē
Ingeniū acre/potens anim⁹:patienſq; laboꝝ
Corpus: Alexander cū bello inuaderet orbē
Pubeſcebat adhuc. Iuuenis ciuilia primū
Bella gerens Auguſtus erat. Quid plura? fatēdū
A ſuperis opus omne geri. Sūt numia fatum
Nunina ſunt fortuna:nihil ſine numine fauſtū
Omnia cœleſtes ſuperi terena gubernāt
Imperia.& nobis animę dominātur olympi.
Regnāt:quos regnare volūt.prudētia rerū
Vana gerendarū ſine numine. vincitur armis



Conſilio Priamus melior.ruit ardua Troia.
Pyrrhus achilleides vincit puer. Omnia cœlū
Datq; adimitq;:nihil cœlo aduerſante labores
Profuerint:cœlo nihil eſt autore timendum.
Corda humana mouent Diui.labūtur in ipſos
Mortales hominum ſenſus. Nos numine moti
Credimus a nobis operum primordia naſci:
Non ſecus ac biiugo quotiens temone iugales
Plauſtra vehunt:verſum ire rati ſe autorib⁹ axem
Automedunta putāt op⁹ ad plauſtrale miniſtrū.
Quid ꝑ honor ſtimulat iuuenū creſcentia corda:
Ad decus aſpirant victoria ſanguine longe
Dulcior.aſpernantur opes.vitamq; paciſci
Eximium pro laude putāt. Sed auara ſenectus
In ſeruire ſolet lucris præponere honeſto
Vtile concutere autores:differre paratis:
Quærere contandi cauſas:& vendere tempus
Hoſtibus:ac varia mercedē emungere fraude.
Scitis:& exemplis nihil hic opus Itala vobis
Arma ducum vicio quot vafrāmenta tulerūt.
Sed quid nos qđ cūi hortant:qđ Numina mādāt
Fruſtra imprudentes ſtudio ſuademus inani?
Accipite diuorū animos. Contermina noſtris
Finibus:& bellis vrbs opportuna gerendis

Frãciſc⁹ gõzaga

Mantua Franciſcum ſcitis quanta indole: quãta
Protulerit iuuenẽ ingenio: quo robore in arma:
Q̃ valido in caſus animo ſeſe ingerat oẽs
Scitis: & auditę iam noſtra per oppida laudes
Vndiq; in hos etiam toto admirante ſenatu
Peruenere lares: volat ora per omnia fama
Iam vetus armigerum iuuenẽ belloq; ſuperbũ
Iam claros anteire atauos: ac ſurgere in horas
Altius: & veteres animis ęquare latinos.
Qui Romam rerũ dominam fecere triumphis
Hunc ſuperi quorũ oĩpotẽs pater iſta guberna
Regna miniſterijs (nec me nocturna fefellit
Viſio: cernere adhuc videor vultũq; habitũq;)
Hunc fecere ducem. Iuuenẽ radiantibus armis
Vidi: & mintiadum manifeſta inſignia patrum
Agnoui: nec erant obſcuro languida ſomno
Lumina: ſed vigili bella incumbentia ſenſu
Voluebam recubans: animo indagante putabã
Rem populi: cõmune bonum: patrięq; ſalutem
Cum ſubito expulſis diui effulſere tenebris.
Nec minimũ q corda in nos procliuia ſemper:
Geſſerit a teneris: q aui incrementa dederunt
Imperijs tanta his noſtris meminiſſe neceſſe ẽ
Quo duce pręclaram Troiani Antenoris vrbẽ



Quo duce Veronam: ſenonum Brenīq; laborẽ
Egregium noſtri quondam domuere parentes.
Hic fuit: annales ſi euoluere temporis eius
Non piget: eiuſdem ſatus alto e ſanguine gẽtis
Quint⁹ ab hoc: cui nomẽ idẽ: ſi ſtema recordor.
Hic patriam grauibus bellis longiq; tumultus
Mole laborantem furijſq; inſubribus actam
Ad famis extremũ interitum defendit & hoſtẽ
Anguigerum ſubmouit agro: ſpolijſq; reuertẽs
Rettulit in melius confractam hoſtilibus vrbẽ
Quare agite o patres quorum prudentia regno
Inuigilat: ſi qua eſt melior ſententia vobis
Q̃ ſuperis: ferte in mediũ: & ſuccurrite rebus.
Fecerat orandi finem: cum mentibus omnes
Illabi ſenſere Deum: & pręcordia miris
Demulcere modis, dulciq; in pectora lapſu
Delinire animos: ac blando impellere motu.
Curarum iam mole graui mens libera tandem
Nutibus exultat lętis: atq; ora ſerenat.
Non aliter q̃ poſt nimbos & nubila cœlum
Sol nouus: & ſudo lux defecata recenti.
Iri in vota iubent. Iuuenemq; in corda receptũ
Oſtendere ducem miſſæ: in ſuffragia dextrę.
Nec mora. delecti primorũ ex ordine patrum

Qui mandata ferant. Priuata negocia iuſſi
Ponere: & ante diem cum primũ illuxerit albo
Mane oriens aurora polo: mare voluere remis:
Atq; per euganeos patauiq; virentia rura
Maturare viam: & Mantoam accedere ad vrbem.
Iamq; propinquabant: cum dux ſtipante caterua
Bellatorũ equitũ magno agmine quadrupedãtũ.
Conſcius aduentus ſeſe Franciſcus agebat
Thraicio ſublimis equo: cinctuſq; repando
Enſe latus: pharetra & iaculis armatus & arcu
Biſtonio: quali in pugnam volat incola ponti
Sarmata: amazonio vel thrax ballator amictu:
Poſt pręmiſſa datis fandi præludia dextris
Conuerſi lento redeunt in mœnia greſſu.
Vt veneti videre vadis obeuntibus vrbem
Turrigerã: & longe ductos ſuper ęquora põtes:
Xerſis opus vidiſſe putãt: cũ ſtrimona pontus
Subtergreſſus Aton rapuit: cinctũq; marinis
Fluctibus ęmoniis late ſubmouit ab aruis.
Iamq; illata foro cãdenti e marmore templa
Turba ſubintrabat cultum exhibitura tonãti:
Cum cœlum ingreſſę concordia fœdera voces
Caſtrorũ de more ſonant: ferit ęthera clangor.
Et Marcum clamore vocant. It bellica longe



Teſſera lętitiam rapiens in ſidera Turco.
Iam ſextam producta dies conſcenderat horã
Poſcebatq; dapes ineunt ſublimia tecta:
Attalicis vbi culta opibus dom⁹ alta ſupbit
Textus in aulæis circũpendẽtibus autor
Vrbis: vt ionio veniens Tyrrhenus ab orbe
Vela dabat fato profugus. Thebanaq; Manto
Cum Cadmi de ſtirpe viris: ſata ſanguie vatis
Tyreſię Manto ſortes edocta Deorũ.
Nã poſt Thebaꝝ excidiũ & bella aſpera fratrũ
Tam diris certata odiis/maris Helleſponti
Aequore tranſmiſſo lydas peruenit ad vrbes:
Et poſt fraternas ſortes vbi contigit oris
Tyrrhenũ patriis actũ noua quęrere regna:
Addiderat ſeſe comitem: & pręſaga futuri
Littora etruſcorũ lydis regnanda canebat
Vt ſata Tyrrheni ſoboles de ſemine montes
Tranſierit cum matre altos/vrbemq; Bianor
In veneto metatus agro cõſederit aruis:
Quę patre Benaco genitus circũfluit amne
Mintius ingenti. Cygnos habet vnda natãtes:
Et volucrũ gen⁹ omne. Aquilę circũ hũida prata
Bella mouẽt fulicis: pecudes ouiumq; magiſtri
Circũ ſtagna ſedẽt: & Phillida cantat Amyntas.

Florida cũ nymphis & Apolline permeat arũa
Ac ſua poſt aliquot rurſũ miratur ariſtas
Regna antiqua Maro: priſcamq; examinat vrbẽ
Gonzaga ſub gente bonis maioribus auctã.
Hic vites arbuſta ferunt incuruus Arator
Scindit humũ. canit aerea frondator ab vlmo
Nauigat incũbẽs remis vrbana iuuentus:
Et cymbis ſua rura petũt: epulantur in in vndis
Atq; inter fluctus molli exhilarantur hiaccho
Fronde ſub herculea. velis gradiuntur & aura
Preſſæ onere ingenti ſpatioſa p ęquora puppes.
Cęrula piſcator ſulcat vada: verberat vndã/
Neptuniq; greges feriens in retia cogit.
Poſtq̃ textilibus formis intexta vetuſtas
Lecta ſatis curuo in digitos aqua fundit auro:
Diſcũbuntq; alacres: ac flore ſedilia & oſtro
Strata pmũt. fumant lautis conuiuia mẽſis.
Vt ſedata fames: & iners ac ſegne palatũ
Non vnæ fecere dapes data copia fandi
Liberius: dimiſſi epulas adiere miniſtri
Tũ ſenio ac meritis orator & arte loquẽdi
Prim⁹ ait. Noſtras olim peruenit ad aures
Idq; tuo ritu ſignata numiſmata Princeps
Significãt. hac vrbe nouæ monumẽta ſalutis



Eſſe ſita effuſum Chriſto patiente cruorem.
Id niſi relligio veterum deluſa fefellit
Vos quoq; Tyreſię ciues antiqua propago:
Pręclarum ac ſublime decus quotq; oĩa vicat
Ornamenta: datũ nihil eſt: mortalibus vnq̃
Nobilius: nihil in toto diuinius orbe.
Tu princeps qui magno animo facta ardua ſẽp
Voluis & hanc nedũ patriam decorare ſed oẽm
Italiam virtute paras & grandibus actis:
Id debes cura ingenti cultuq; ſuperbo
Excolere: & late populos vulgare p omnes.
Nam domus eſt vrbs iſta dei: ſanctũq; cruoris
Hoſpitium ſacri: cui nec ſatis eſſet olympus
Ipſe decemgemino qui ſidera ſuſtinet axe.
Sic ſenior reſponſa dedit cui talia princeps. Gonza.
Sancte pater q̃ q̃ teneris ea ſemper ab annis
Audierim: & noſtros pietas antiqua parentes
Mouerit hęc: ignota tamen primordia nobis
Tanti operis. nos bella magis miramur & arma
Hęc curare ſenũ: pugnare ac vincere noſtrũ
Sunt tamen annales veterum qui ſcire dierũ
Actaq; pręteriti valeant euoluere ſæcli.
Hęc referens rerum hiſtorias ac tempora doctũ
Aduocat Antimachũ pceres quẽ aſtare videbat

Inter honoratos:tantiq; exordia caſus
Enarrare iubet:fameq; oſtendere cauſam.
Ille vt erat grandi eloquio/& ſermone canoro
Murmura voce tulit:fandoq; oſtendere cauſam
Atq; ait:hęc veterũ non eſt antiqua Deorũ
Vana ſuperſtitio ſedet hęc altiſſima ſupra
Fũdamẽta fides nullis abolenda diebus
Sed firmanda magis:non eſt deluſa parentũ
Relligio/Deus hęc nobis/Deus omnia fecit.
At neq; vt ex noſtris quidã ſenſere proteruo
Ingenio cruor icta odiis flagrantib⁹ olim
Cũ furerent animi ardentes:ab imagine fluxit
Nã deus infernis quando remeauit ab antris
Sanguinis accipiens q̃tum imortalia regna
Poſcere viſa:ſuę necis hęc monumenta reliquit.
Quæ quibus huc allata modis quo tẽpore:lõgũ
Enarrare:tamen paucis veſtigia rerum
Sũma ſequar. veteri res eſt notiſſima fama
Eſſe inter campos Cilicum & pãphylica regna
Iſauri ſita rura ſoli ſuper ardua tauri
Culmina:rhyphæis boreas vbi ſibilat auris.
Lõginus Longino dedit illa genus terra aſpera duris
Cotibus:ad fruges ora immãſueta ferendas:
Sed fœcunda virũ validorũ ac bella gerentũ.



Ipſe ſub Auguſto prius & ſub Cæſare demum
Succeſſore merens a primo nomina pilo
Sumpſerat. Ipſi aq̃las primę ſeruare cohortis
Cura. quatercentũ ſocios prima arma ferentes
Ducere & in bellis primus certare ſolebat.
Emeritum atq; oculis iam calligantibus orbũ
Cæſar vt aſſyrijs eſſet cuſtodia regnis
Miſerat. hic comites ad Chriſti funera centum
Duxit iens armatus equo:pilumq; miniſtro
Apponente ſenex Chriſti latus impulit haſta.
Protinus allabi per longum haſtile cruorem
Senſit & humentẽ reuocans ad lumina dextrã
Lucẽ oculis animoq; hauſit:Chriſtũq; tuendo
Sacrilegum cognouit opus:totoq; recepit
Corde deũ lachrymãs. tũ ſanguine tinct⁹ & vnda
Diluit omne ſcelus:longæq; piacula vitæ
Confeſſuſq; deum liquidos in ahena liquores
Vaſcula congeſſit:quę poſt regna omnia circũ
Longo errore ferens tandẽ obtrũcandus ad vrbẽ
Cæſaream dedit Andreæ:qui regna colebat
Cappadocũ noua ſacra docens. cõpertaq; lõgo
Tempore poſt tulit ad noſtros fortuna penates
Longinumq; ſimul:quiſquis fuit illius autor
Sancti operis:nec eñ ſciri ſinit alta vetuſtas:

Atq; igni conſumpta ipſis cū annalibus olim
Sacra domus: coniuncta loco contexit eodē.
Poſt vbi cœlitibus viſum: per ſomnia ſancto
Crebra ſeni monſtrata cauo traxere ſepulchro
Paſtor & aſſiſtens populus cū patribus vrbis.
Fama recens omnes Italos & Barbara regna
Compulit hic. Venere hunni: venere ſicambri:
Et procul extremo poſiti ſub ſole britanni.
Finis erat dictis cum mox conclauia princeps
Ad ſecreta vocans venetos in fœdera iurat
Militiæ curamq; armorū amplectitur omnem.
Extemplo admoniti patres ardentius arma
Iam ſuſcepta parant: multos cōflata per annos
Argenti atq; auri moles per compita in omnē
Vſum martis abit: grandiq; exercitus ære
Cogitur: ac magno properāt in bella tumultu
Vndiq; pugnæ auidæ gentes. quæ rura timaui
Quę montana colūt venetū ꝓpe norica pontū.
Ex iſtris iuliq; foro mauortia pubes
Flexilibus gladijs onerata veruq; bicorni:
Vincentina ruit bello genus acre iuuentus.
Sic Pataui: ſic Taruiſij: ſic incola Feltri
Frenatis gradiuntur equis: leuis vngula terram
Verberat alterno glomerans veſtigia greſſu:



Et præfixa tremunt longis haſtilibus æra.
Sic quos pręcipitē genuit prope fluminis vndā
Syluoſis Verona iugis: qui ſaxa ſonanti
Benaco prætenta tenent: quos Brixia frugum
Lęta parēs alit in niuibus. Quos Lolius ingēs
Euomit in virides altis ex alpibus agros.
Et qui bergomeis errant in montibus inter
Gens nutrita feras: gelidis in cotibus orta:
Dura ferox: operūq; ſagax: patienſq; laborū.
Tu quoq; q̄ in mediis reſides Crema martia cāpis
Arma agitas: forteſq; paras armare maniplos
Et vos antiquæ ſtagnata paludibus arua
Priſca domus Regum: & gentis nauale latinę
Mittitis haſtatas acies in bella Rauennæ
Nec ſatis eſt armare Italos: a montibus exit
Fortior: a rapido melior germania Rheno.
Pars graditur longis armata ſecuribus: armos
Nuda: caput nitido radians & pectora ferro.
Pars tonat: & raucis iacit ærea fulmina bōbis.
Non irata maris tenuerunt æquora graios.
Qui Iouis arua tenent liquere Cydonia rura:
Gnoſiaq;: & poſitas medijs in fluctibus vrbes.
Et lacedæmoniæ celebri regna inclyta fama
Argiuoſq; lares: Ithacamq;: & Neriton altam

Neritio genuę vnde duci. qui dicitur olim
Egiſſe incertos circum maria omnia curſus.
Butroti venere equites: vbi Chaonis ora
Troiano regnata heleno. Scodræq; coloni
Illiricos mora nulla tenet: mora nulla moranos
Theſſala nubifero pubes deſcendit ab Othri:
A pindiq; iugis: vetus eſt vbi centaurorum
Patria: & inuicti bello venere Croati
Tam latũ imperiũ Veneto tã immenſa poteſtas
Complectens terræ ac pelagi longiſſima regna
Omnibus hirſuto facies truculenta galero
Et mento coma nigra fluens in pectora: crines
Impexi: & læuo introrſum caua Parma lacerto
Pinnatæq; ſudes in equis: ſtratiotica graij
Agmina: noſtra leues equites cognominat ætas.
Iſta noui noua caſtra ducis peregrina: ſuorum
Ipſe virum forti longas tegit ære cohortes.
Et cathaphrattorũ turmę trepidantibus armis
Pennicomas tollunt galeas: ac more latino
Picturata ferunt longis haſtilia roſtris.
Daunia quadrupedũ ſoboles animoſa ſuperbos
Se leuat in ſaltus indo boue pectus & armos
Circumtecta. ſonant crebris hinnitibus auræ.
Aurigæ tormenta vehunt. paſſimq; per agros



Plauſtra gemũt. trahit martis grauis ęre ſupellex
Inuentũ bombarta nouũ/graue mœnib⁹ altis
Excidiũ lato ore minãs. Caua guttura flãmę
Irritante ſonans onus euomitura per auras
Id veteri eiectus regno Vulcanus amaris
Inſtrumẽtũ animis tota ſpirantibus ætna
Follibus excudit: miſſoq; in guttura primũ
Sulfure in obſcuras conuoluit marmora fauces.
Mox vocat armigerũ martẽ. ſubit antra vocat⁹.
Tunc imane opifex animans op⁹ applicat ignẽ
Extemplo horrendũ tonirru ciet. atq; molarẽ
Impactũ eiaculans: flãmæ vis tanta furenti
Oppoſitam montis cautem ferit: Ecce ruinam
Saxa trahunt. tremit attonitis fornacibus ætna.
Contremuere ipſi qui nil pauet/inſcia marti
Pectora. & explorans oculis mõſtrũ vndiq; fabri
Tam mirũ ingnipotentis opus laudauit/& artẽ
Tũ Vulcanus habet quibus hęc contraria nobis
Sæcla pmas/noſtri dixit monumenta laboris
Ipſi etiam primis obiecti cladibus omnem
Vim expediũt magno inſubres molimine. & icto
Fœdere cum Venetis populos in bella feroces
Sollicitant. Sua Sfortiacũ vigilantia longis
Conſiliis adiuta Ducem ſuſpendit. & vrbe

Territus amiſſa trepidis annititur armis.
At Veneti firmare hoīem:populoſq; labantes
Ne Gallis parere velint:animare vetuſq;
Inſubrum imperium ſeruare & ſegne veternū
Ex lentis Italorū animis abſoluere certant
Patruus armorū ſtudioſus & integer ęui
Franciſco Rodulphus erat lodouicia proles:
Huius in auſoniis virtus exercita bellis
Cum furor inuaſit calaber tyrrhenica primū
Oppida :mox Venetos Alphōſo autore penates
Enituit:ſuperū cultu vir clarus & armis
Ipſum igitur fidei ingenio prudētię & arti
Fiſus in hoc tanto grauium molimine rerū
Aſciuit quo martis opus regat omne magiſtro
Hoc pacē hoc pugnas:hoc iudice tēperat arma
¶Carolus interea regnis cuſtode relicto
Gallorū rex caſtra mouens tranſiuerat arnū
Cū ſubito audita eſt exciti fama tumultus
Quę canit armari Venetos & milite multo
Omnia cōpleri:paſſimq; efferuere toto
Arma Pado:& martē magno ſe attollere motu
Aequoris in morē quotiens aquilone p vndas
Debacchante fretū iraſci fluctuſq; leuari:
Cœpit & auditus longe fragor inſonat altis



Montibus & ſpumante ſalo maria ima dehiſcūt.
Continuo ancipiti Regē cura anxia caſu
Perculit:vt ſubito deprehenſos turbine nautas
Et mœrore graui pallentia nubilat ora
Vulnus in alta animę triſtis penetralia adactū.
Nō ſecus ac quādo zephyris ceſſantibus auſter
Humidus inſurgens Phœbi iubar ante ſerenū
Polluit & raptū ex oculis pice claudit olympū
Fluctuat iu curarū vndis:vt in ęquore puppes
Ore diu ſecum tacitus:neq; tollit in altum
Lumina fixus humi faciem. Formidine tādē
Liber ad aſtantes oculis melioribus ora
Eleuat.& quo nos ait hęc Iacobe Triuultis?
Quo fortuna feret:quę tali ad littora vento?
Ciuis hic inſubrum patria procul egerat vrbe
Suſpitio genere atq; opibus belloq; potentē
Propterea ſperans ſua ſic in regna reuerti
Venerat ad Gallos:& ſtrenuus ibat in arma.
Regia dicta ſagax ſimul auribus audit/& acri
Ruminat ingenio:& confeſtim his orſibus infit. Jac. triu
¶Gallorū Rex magne iſtis ne cæde periclis.
Grandibus inceptis aderit deus.aſpice quāto
Robore militiæ latis tentoria campis
Explicet effuſus per rura per oppida miles.

Volue tuas animo vires/& concipe quãtũ
Hic aſtare vides procerũ tua gallica virtus
Nec vinci conſueta metu neq; fortibus armis/
His congeſta locis.hic duro corpore Vaſco:
Hic valida cũ pube Brito.te boia iuuentus
Te aluerni /te marte potens Narbona fideli
Circũequitant animo:tecũ omnis celtica magno
Agnime vis.tibi pugnaces gens aſpera belgę.
Ibimus in caſus tecum feliciter omnes:
Ne dubita:neue hos tantos horreſce paratus:
In Venetos eat iſte timor cõmercia tantum
Rimari ſolitos/& auaro incumbere lucro
Arma decent proceres/magnoq; audacia regũ ẽ
Nil tamen eſt temere audẽdũ.fortuna ſupmo
Attentanda loco/cũ circũuenta periclis
Spes labat extremis nec habet prudentia clauũ:
At prius vtendũ ingeniis:longoq; putandũ
Conſilio.mox vt rebus data forma gerendis/
Enſe/haſta valide audendũ eſt.a fine petẽdꝰ
Ordo operis.Nec enim q fortibus incohat auſis
Sẽper vincit habẽt multos quos ſcãdere oportet
Bella gradus.ſũmũ ipſa tenens victoria palmã
Porrigit in caſus vis eſt ſeruanda ſupmos
Nec ſtrepitu fundenda vno.ſat fortiter egit



Qui victor tandem euaſit:victoria rerum
Surgit ab euentu:non prima ſed vltima virtus
Præmia fert.Primo ingreſſu ſi læta coronam
Spondet:in extremum differt fortuna laborẽ
Hunc igiẽ Rex magne vias metemur:& omne
Exploremus iter:nec erit me iudice tutum
Flãminiæ penetrare alpes:& tendere ad ipſas
Primitijs olim læſas conflictibus vrbes:
Eſt potior lunenſis ager fr eta magna ſecundũ
Qua veniſtis.apex multo minus aſper:& vna
Exitus & dorſis & vallibus Apenini
Luce patet:parmenſis agri ſub collibus ora
Aequior:& glebis fœcunda feracibus arua.
Scis gallis populorũ aĩos:ſcis mobile vulgus
Aſſentire Itali imperii iuga dura peroſum.
Nunc igiẽ Rex magne operi(mora nulla)ſupmo
Accingamus.erit breuis hic labor vltima rerũ
Meta gerendarũ:noſtra eſt campania:noſtrũ
Parthenopęorum ſiculis a finibus omne
Imperium Regum:quæ pars nõ vltima regni
Trinacrię.noſtri calabri.noſtra appula campis
Frugiferis tellus.& quæ contraria Romæ
Brutia progenies pœni iuga maluit olim.
Sena tibi eſt addicta:tua Florentia ſeſe

Temperat arbitrio: ſenonum tibi militat omnē
Picentumq; ſolum: te regna eſtenſia ſolum
Ore animiſq; ferunt: quid iã niſi Gallia reſtat?
Vrbes a gallis cõditæ
Quicqd habēt Veneti qcqd ſub prīcipe Mauro
Gallica ſunt. rapuere Itali: nomenq; dedere
Italiæ gallorum agris. Nam gallia quondam
Latior adriaci tangebat littora ponti
Ipſæ vrbes gallorum opus eſt. primaria galli
Mœnia Sfortiadũ gen⁹ vnde Triuultib⁹: inter
Fundauere duos amnes: & ab amnibus Vrbi
Conditæ & a medijs fecere vocabula campis
Nunc quoq; viua. lac⁹ magnis vbi fluctib⁹ errat
Larius extructis ſtatuerunt mœnibus vrbem:
Et Comum dixere nouum. poſuere penates
Bergomeos. habet autores & Brixia gallos:
Et Verona ferax frugum Vincentia bello
Strennua ab antiquis traxit primordia gallis.
Nunc quoq; gallorũ mores habitũq; videntur
Affectare animis ad te venientibus vltro.
Talibus orabat pręſtans linguaq; manuq;
Ductor in euentũ pergens interritus omnem.
Conſilijs hæſere omnes. Tum caſtra moueri
Cœpta loco verſum Lygures ſarzanica ad arua:
Per lucenſe ſolum / cum ſero apparuit vrbis



Nuncius acceptę tandem: namq; exitus inter
Hoſtiles populos ægre datus. inuia longe
Per iuga: per ſaxa immenſis adeunda periclis:
Indicto iam marte palam: iam milite in omnes
Se effundente vias: & inardeſcente tumultu.
Vt perlecta nouos patefecit epiſtola caſus:
Regia corda ingens pulſat pauor. Ire rogamur
Inquit: & ire negãt Veneti. nou⁹ omnia ductor
Occupat. Hęc aliquid pariet graue Mãtua nobis.
Hic nouus elatis animis & robore tanto
Corporis vt fama eſt ſoliti tolerare laborum
Omne genus ductor: tali modo milite: tanto
Imperio Venetorũ auctus non ſegnibus armis
Militat. hęc aliquid pariet graue Mantua gallis.
Omnia ſint hęc vana precor: pręſaga malorũ
Mens aliquid (diui euertant) horreſcit acerbum
Sic ait: & ſolitus quocunq; libebat apertis
Ire vijs: furit indignans iter obijce clauſum.
Non aliter q̃ cum niueis de montibus humor
Liquitur hybernis: ſi facta repagula forſan
Inueniat: ſpũmans tumido grauis alueus ęſtu:
Perſtrepit: ac magno obiectã ꝓmit agmine molē.
Etiam ſera dies fugiens cum ſole ſub vndas
Iuerat: humentiq; polũ nox clauſerat vmbra:

Cum Rex caſtra iubẽs Petræ ꝓpe mœnia ſanctæ
Siſtere:libata tenui dape feſſa cubili
Membra dat:& ſomno recubãs immergit̃ alto.
Continuo triſtem varijs noua ſomnia formis
Sollicitant animum. Claro Dionyſius ore
Viſus adeſſe choro diuum comitatus:& alta
Voce ſonans regem affari:vultuq; ſeuero
Obiurgare. Quid has memorãs te tantꝰ ad oras
Error agit? neſcis primordia quanta malorũ
Sparſeris. Italiam qua peſte infeceris omnem.
Non fuit aduentus autor deus. omine falſo
Duceris. & vatum præſagia vana tuorum
Impoſuere tibi. Non es qui ſancta ſepulchri
Limina reſtituat. ſyriam qui liberet omnem
Carolus excelſo gallorum a ſanguine ſurgens
Ille alias in bella manus:ille altera magno
Pectore corda feret. Non eſt illa inclyta bella
Attentare tuum:q̃q̃ Florentia tecum
Luſa tuas olim nugis permulſerit aures.
In tua regna redi. Nec te timor ire per altos
Impulerit montes lygurum. ſed limite recto
Carpe viam. tranſire dabunt non vincere fata.
Rurſus ad inſubres reuocanda Nouaria luctũ
Eſt paſſura grauem. tuus hic labor irritus ipſo



Non dignãte deo:nõ aſpirantibus aſtris
Rurſus Aragonii repetent ſebetica regna.
Te tuꝰ expectat Rhodanꝰ. tua ſequana magno
Te vocat applauſu calabros viſura triũphos.
Vade ergo auſonias nũq̃ rediturus ad vrbes
I patrio te abſconde ſolo. Nec plura loquutꝰ
Liquit in imenſa regem anxietate ſepultũ.
Extemplo euigilans animoq; ea ſomnia voluẽs
Soluitur in lachrymas:& amaro inceſſitur ęſtu
Curarũ ſimulachra animo importuna mouẽtũ.
Atq; ait:o diui indigetes o numina ſanctos
Quę regitis cœlorũ orbes:quoꝝ omnia plena
Nõ ego centimanũ dira impietate gigantũ
In vos ire paro. pietas tua maxima diuum
Poſtq̃ nota fides gallis non excidit vnq̃
Regibus aut populis. nec vos ægre arma putabã
Ferre quibus dudũ inuaſi quę debita fama eſt
Regna mihi. Poſtq̃ Auſoniæ regnare per arua
Non ſinitis,regno abſtineo. tua ſancta faceſſo
Iuſſa pater:liceat nobis in regna reuerti
Gallica vos diuinę animę quæ voluitis aſtra
Tu inprimis Dionyſi alto qui viuis olympo
Maxime Galloꝝ cuſtos:franconia caſtra
Et caput hoc ſeruate. genus ne auertite noſtrũ.

Qđ fuerim vatum ſero intellecta ſequutus
Somnia relligio fecit ſimulata canentū
Me poſcia vobis:nos allegata fefellit
Veſtra fides.ferte autori ſua p̄mia falſo.
Dixit & affigi ſentit ſibi corda repente
Mitius .in patrias vaga mens extendit oras.
Mœnia nota videt:quibus oblectare ſolebat
Ludiuagos ſenſus leuis atq; recentior ætas
Occidit ambitio.& dominandi inſana libido
Labitur ex animo.ſubeunt riſuſq;:ſaleſq;
Ludicraq;.& rebus magnis inimica voluptas.
Iam venatur apros:leuibus iam retia ceruis
Tendit:& aucupium ſtudio inſectatur inani.
Et iam prętereiens candentibus inclyta ſaxis
Littora Sarzanæ/ſubmerſaq; mœnia lunę
Ac Veneris portus:ſaliens vbi frangitur ęquor
Venerat ad vicū:Tremulo cui nomina ponti
Hic vbi protendūt rigidi veſtigia montes
Ad vada torrentis Macræ cōfinia tuſcis
Vltima per duros ſilices per magna volutū
Marmora flumen abit reſonās in vallib⁹ imis
Impete pręcipiti.Vicūq; interſecat vnda.
Ex trabibus quōdā tremulis conſtrauerat amnē
Ponte rudi primæua ętas.hinc nomina primū



Facta loco.melior fortuna ſequētib⁹ annis
Fraxineas cum ponte trabes ſubmouit & arcus
Marmoreos iniecit aquis:& pōtibus arcem
Impoſuit ſtructis.labentia tēpora magnas
Adiunxere domos.populoq; habitata frequēti
Porrigit in tractus regio duo brachia longos
Emporiū tuſco a lyguri cōmune ferendis
Merſibus Aemilię in campos venetaſq; p̄ vrbes
Hic niſi tuſca quies & Petræ inſomnia ſanctę
Obſtiterint creſcente metu per inhoſpita ſaxa
In lygures vertiſſet iter.non fidere diuis
Viſum grande nefas.Iubet ergo aſcendere lentis
Greſſibus aeream rupem longiſſima caſtra
Atq; peti Parmenſe ſolum fataliaq; arua.
Et iam præſidiis iuga ſumma tenentibus ipſe
Incipit excelſum multa inter millia montē
Scandere ſubſidio ingenti poſt terga relicto.
Cuiq; ſuus madido dependet cantarus armo
Et peris inſerta ceres.vmbrata galeris
Grandibus ora.dies orto iam ſole per armaq;
Flagrat:& apparent vibratis agmina flāmis
Ordine producto rupes lucere per altas.
Scandit anhelanti miles latera ardua fauce
Suſpiciens celſos apices erectaq; cœlo

Culmina verticibus niuei Iouis æmula magnis,
Agmine in extremo liquidi gens dura Lemãni
Diſcedens ſcelus auſa ingens facinuſq; nefandũ
Nam poſt ſtupratasq; nurus/ſpoliataq; templa
Poſt longam/poſt crudelem cędem atq; rapinam
Succendere domos: igni abſumpſere penates.
Tam crudũ: tã imite genus: tam immania corda.
Non impune tamen. namq; vt ſęuire cruentos
Videre indigenæ: nec finem imponere cędi:
Confluxere omnes ſumptis concorciter armis:
Et certamen atrox multo cum ſanguine ſurgit.
Ipſę etiam veniunt in bella viriſq; miniſtrant
Tela nurus: gens dura manus cum milite curo
Conſerit intrepidas. vt cum certamina tauri
Spumantes paribuſq; animis ac viribus æquis
Sęua ineunt: preſſoq; volant in vulnera cornu.
Arma ſimul voceſq; ſonant. colliditur enſe
Enſis: & haſtę haſtis. tectorum a culmine ſummo
Saxa pluunt: & miſſilium tonat aſpera grando.
Vt ſtragem videre hoſtes: tantumq; ſuorum
Interitum: ſpolijs tandem fugere relictis.
In ferrum dum quiſq; ruit: vitæq; ſuorum
Quam feſtis magis intendit: nec flumine flamma
Vincitur: accenſi conflagrauere penates



Viſus ab æquoribus nautis mirantibus atras
Ferre globus nebulas: mixtoq; incendia fumo
Tollere ſe in cœlũ: & tenues vaneſcere in auras.
Iãq; ppinquabãt rapido prima agmina Tarro:
Cum videre procul latis tentoria campis:
Atq; hoſtes late effuſos. tremit oſſa iuuentus.
Mars pręſens horrorem animis immittit/& alte
Sollicitant pauidas vicina pericula mentes:
Fata reformidant animæ: terrentur acerbis
Caſibus: in caſu quia fatum apparet acerbo.
Siſtere caſtra duces defeſſaq; corpora mandãt
Curari. poſitoq; aditus cuſtode teneri.
Tarrus ab anguſtis lygurũ conuallib⁹ hauſto Tarrus
Fonte ferens amnes multos ſinuat in anguẽ:
Et montana rigans longo veſtigia curſu
Se rapit in virides campos vbi ꝓxima Parmę
Ex humili Carrona iugo conſiderat arua:
Arua foro ſubiecta nouo: vicina Nuceto.
Et per ſaxa ſonans duro latiſſimus alueo
Errabunda Padi grauidã vada voluit in aluũ:
Ipſe tori ſub colle noui qua faucibus amplis
Euomitur clamans multis ſaxoſus & aſper
Gurgitib⁹ magno hic mõtes hic margine cãpos
Submouet: & fruticũ raro maculoſus amictu

Vmbrat aquas ęſtu in foueis abeunte relictas.
Exitus hic gallis ex alpibus Apœnini.
Hic galli vt fama eſt:quando indefenſa fuiſſet
Et cuſtode vacans antiqua colonia Romæ
Parma:reſediſſent bello vel fraude ſubactam
Inuaſuri vrbem. Sed capta Nouaria pactum
Ante diem capienda ſimul( fortuna negauit
Auxilium)diſſoluit opus.ſi fauſta fuiſſent
Conſilia:& certo textæ ſimul ordine fraudes
Tota ſimul ducis Anguigeri regna āpla ruiſſent.
Sic igitur regis cœlo aduerſante labarunt
Magna exorſa.fugā inuēto modo cogitat hoſte
Qui vacuam capturus erat cuſtodibus vrbē
Recta incepta:ſed euentu damnata ſiniſtro
Numina tanta valēt:tantū dominatur olymp⁹
Imperijs rebuſq; hominum.ſors inuida tanti
Hanc nou⁹ ob cauſam magnis abiecta periclis
Caſtra mouēs ductor Venetū fortiſſim⁹ omnes
Mature inuecto compleuerat agmine campos.
Et ſimul anguigerorum acies ducente Roberti
Progenie iam franciſco:qui ſemper ab annis
Militiam teneris ſummo ſplendore ſequutus
Iam decus ęquabat factis belloq; paternum.
Mox igit vigilans animis Gonzagius heros



Inſediſſe ſciens vicino in vertice gallos:
Nāq; locos prius ipſe oculis luſtrauerat omnes
Montanos adiens apices atq; inuia ſaxa:
Eleuat ingentes animos interritus:ardet
Ignea vis animi inuicti.iam prouocat hoſtē.
Impatienſq; moræ tuto locat ordine caſtra
Bella ciens oculis & fronte acerrimus alta:
Vt leo flagranti quotiens incanduit ira
Inter mille feras prædam dum cogitat:ergo
Inſidias miſſis exploratoribus omnes
Diſcutit:& gallorū aſtu molimina magno.
Nox erat:& ſtellis ardens lucentibus æther
Ibat:& a nigro piſces oriente leuati
Se vertente polo ſolemq; ſequentibus aſtris
Lumina ſopierant dulci mortalia ſomno
Cum doctus linguā & mores compendia notę
Per ſecreta viæ ſubit explorator in altum
Culmen onus vectās humeris falcēq; ſecandis
Graminibus.Vigileſq; alacri ſermone ſalutās
Præterit ante ipſos ignes:vbi lucida phagis
Ardebat pyra congeſtis:& caſtra ſubintrat
Tutior:abſcondunt onus & fiducia fraudem
Excubiæ ſecuræ hominis labentia tarde
Tempora ſub diuo ludis & carmine fallunt.

Dum loca perluſtrans oculis atq; auribus infert
Se tacitum: aduertit clauſis tentoria flammis
Regia lucere: & variarum murmura vocum
Diſceptantum intus clauſis a limine valuis.
Accedit leuibus plantis: & regia iuxta
Tecta cubat: ſomnũ: ſimulãs: ac tempora fulcit
Graminibus poſitis: murmurq; attẽtius audit
Vox erat. O ſemper mendax fortuna: labanſq;
Spes hominũ. Qui trinacrię paulo ante tenebã
Omnia regna fretum citra: qui cuncta putabã
Oppida Sfortiadum paucis ſubigenda dieb9.
Nunc regno miſer amiſſo: ſpe funditus omni
Hauſtus eo ſuperis odium: mortalibus autẽ
Fabula: ridiculum Venetis: infamia gallis.
Ducor vt in caſſes a venatore canum vi
Pulſus aper: Conſumpta Ceres inſiſtere montẽ
Non ſinit: in campos miles certare paratus
Ire vetant. Ite & reges clamate beatos
Ignari fatorum homines. hęc gaudia regum
Hoc decus. hi nobis veniunt poſt bella triũphi
Sed quid cum regnis & ſpe quoq; inania verba
Perdim9. Hic loc9 eſt vbi nos Iacobe Triuultis
Extremo tentanda loco fortuna videtur.
Ergo animis ſi quid ſupereſt virtutis: & omni



Robore nitendum. cum craſtina ſole reuerſo
Luxerit orta dies/taciti clangore ſine vllo
Hoſtibus ignaris: quando hinc deſcendere cogit
Importuna fames (neu ſit mora) caſtra mouete
Milite diuiſo in turmas/& ad arma parato.
Si deſcenſum italus dep̄hendet: & audeat hoſtis
Ac pugnare velit/pugnet: contraria non ſunt.
Fata adeo: quin ſit nobis via tuta per hoſtes:
Diuorum niſi vana fides: niſi numina fallunt
At ſi inconſulti fuerint/& inertia caſtra
Viſa: repentino inſultu irrumpemus: & altis
Vocibus attonitum ſubito exturbabimus hoſtẽ.
Forſitan hic aliquid primi fortuna fauoris
Miſerit: eſt etiam ſuperis mutabile pectus.
Nec mala nos ſemper feriũt quęcunq; minantur.
Hoſtibus hic fuſis aperit ſua Parma repente
Mœnia: & inſubres ictu peſſundamus vno.
Si ſors lęta minus: ſuperis: quia credere dignum:
Fidite: nam medios dabitur via tuta per hoſtes.
His celer auditis per deuia ſaxa repente
Explorator iens ducis ad tentoria noctu
Aſtitit ardentem cũ iam Venus aurea vultum
Tolleret: & primos aurora oſtenderet ortus
Intellecta refert: & rem vafer ordine pandit.

Exilit vtq; erat armatus de limine clamans
Poſcit equos: poſſit comites Gonzagius heros.
Nil contatus adit Venetũ tentoria patrum
Qui bello interſunt: & cũ ductore gubernãt
Tempora bellorum: referatq; arcana nec vltra
Diſtulit. acciri proceres iubet. atq; coactos
Gallorũ conſulta docet. mox inſup addit.
Magnanimi proceres Italorũ ignauia gallos
Italię dominos & ferro ac marte potentes
Inuictoſq; facit: nihil eſt in crimine pręter
Segniciem: quę ſi abfuerit conceſſa facultas
Hic hodie decus antiquũ raparare iugũq;
Gallorũ ſeruile horis euadere paucis.
Quid precor in campis acies cõponere multo
Conſilio indulſiſſe iuuat: niſi longa feramur
Poſt conſulta metu confeſtim in bella ſepulto?
Nũc igitur partiri opus eſt onus atq; labores
Ordine caſtrenſi: vicibuſq; oſtendere certis
Quę belli pars quęq; vocat. ſic fatus ahena
Voce iubet caſtra armari: prędã atq; rapinas
Aeriſono clangore inhibet mox rite peractis
Omnibus & ſolito ſacris de more litatis
Circuit armatus: cunctoſq; affatur eundo
Vociferans: O Italidę generoſa iuuentus,



Quorũ atavi domuere animis tam fortib⁹ orbẽ
Tempus adeſt quo quęq; ſuas vireſq; animoſq;
Edere fas tantorũ hodie hic ante ora virorũ.
Hoc laudũ cõmune forũ. cõmunis honorũ
Campus hic/aut ignominiam ſine fine manẽtẽ
Aut decus ĩmortale dabit ſua quęq; manet ſors
Siue togam/ſiue arma ferat/nec fata putem⁹
Euadenda fuga fatalem ad colla cathenam
Fers greſſum quocũq; moues: quis funera cœlũ
Ad tarenſe ſolũ ſtatuit/ſperare vetant
Effugium: quorũ eſt aliis occũbere terris:
Hic vis nulla poteſt manſura excludere vita.
Fati igitur ſecuri omnes intendite laudi:
Quod noſtrũ eſt famãq; ſequens extẽdite ĩ ęuũ
Et date ſplendorẽ vobis generiq; futuro.
Namq; poteſt vnius honor ſe accendere tantũ
Vt nedum gentẽ & patriam: ſed nomine vires
Propagante ſuis etiam ſua ſæcula reddat
Inclyta: tanta valet formidine libera virtus
Certe ego quicquid agãt alij pręponere mortẽ
Dedecori inſtituo: potior mihi ſanguine ſemp
Gloria: vel ſpirare animã: vel vincere certũ eſt.
Inclyta mors vita eſt: inglora vita: ſepulchrũ.
Talibus accendens italos ad pręlia ductor

Talibus externos acuens ſermonibus ibat.

## LIBER SECVNDVS.

TVRBIDVS ET VARIO
Titan mutabilis ortu
Exierat lucem radijs ſpargen
tibus ægram
Et lunæ frons læta parum cõ
pleuerat orbem
Deſcenſura polo:ſubituraq; Doridis vndam
Ipſe etiam Mars ora rubens crudele minaci
Neſcio quid vultu ſpirans cœlo arduus ibat.
Gallica ſucceſſu bellorum elata ſecundo
Et totiens victrix pubes abitura coruſco
Aere nitet.miles prędaq; ornatus & armis
Accingit pugnæ atq; viæ.properantibus inſtat
Carolus — Carolus accendens iras:& corda ſuorum
Si nunq̃ auſonias gentes populoſq; latinos
Experti bello eſſemus:victoria forſan
Eſſet in ancipiti.nam grandia voluere verba
Italidæ ſoliti magnoq; incedere faſtu:
Inflati vetus imperium terraſq; ſubactas
Et maria ac montes ignaua per ocia iactant.
Re timidi:lingua audaces:vultuq; ſupino
Barbariem gallo obiectant:inhonoraq; verba.



Sed nihil iſta viros inter iactantia fortes
Profuerit.certum eſt olim regnaſſe latinos:
Sic fortuna tulit ſua:ſic labentia cœlo
Fata dabant defecta modo:& ſine viribus vllis.
Sunt etiam gallis cœlo lucentia ſemper
Sidera/ſunt noſtri indigetes.Nũ gallia ſemp
Hactenus auſonias quotiens exarſit in oras:
Auſonios totiens agros ſpoliauit & vrbes?
Scitis vt antiquæ noſtri capitalia Romæ
Inuaſere Atauí:Quantas pipinia proles
Carolus his olim ſtrages inflixerit aruis.
Scit Padꝰ:atq; pado Tanarꝰ comes: Abdua lari
Et pater & proles.flumenq; ignobile lambrus
Pauper aquę& curſus.& tu vada ꝓxima voluẽs.
Setia Ticino.totiſq; inſubria campis.
Sed q̃d priſca loquar memorãs aliena? ſequamur
Noſtra.per etruſcos lygurũ per inhoſpita ſaxa
Per latium:per campanos victricibus armis
Martẽ agimꝰ.Regna atq; opibꝰ ſpoliauimꝰ altã
Parthenopen.retinet profugos ęnaria reges
Inſula ab Anchiſæ ſortita vocabula nato.
Nomine & aſpectu ſolo tremefecimus omnẽ
Italiam nondum oblitam mala temporis acti
Ipſi etiam audito genus inſuperabile Turci

Nomine gallorum: horreſcunt. ſidonia longe
Aequora: & Aſſyriæ gentes franconia ſolum
Arma timēt: noſtroq; vocāt de nomine frācos
Chriſtigenas omnes. veteris fama oblita Romę
Gallica in extremos terrarum it gloria fines.
Quare agite o galli ſoboles fortiſſima gentis
Chriſtigenū: q quondā arabes domuiſtis: & gēm
Aſſyriam: grandes animos attollite contra
Hoc genus infidū/incōſtās/ſegne/atq; ſuperbū.
Italiam lingua & ſolo ſermone potentem
Nos verborū inopes: enſe aggrediamur & haſtā
Talia bellipotens animis dum fatur amaris
Flāmigerant gallorū animi: ſeu follibus actis
Accipiens auras lipare in fornacibus ardor.
Interea validis dum ſic fera caſtra parantur
Dionyſi⁹. Concurſura animis: Dionyſius æthere ab alto
Deſpiciens maria & terras conuertit in agros
Lumina parmenſes: & inardeſcentia cernens
Agmina per campos: genus vt ſeruaret vtrūq;
Marcū adijt: qui tunc martis reſidebat in orbe
Bella regens. dictiſq; ſenem compellat amicis.
Marce mari: terraq; potens qui bella gubernas
Temporis iſtius: viden vt duo regna cruoris
Prodiga decertare parent in mutua verſo



Vulnera iam ferro: vtq; odijs accenſa ferantur
Non habitura modū: non conceſſura periclis?
Eſto age bella volunt cœli: flammātia martis
Sidera ſaturniq; graues agnoſcimus iras:
Et loca: noſtra tamen potis eſt cōpeſcere virtus
Crudū opus hoc. igitur ſine me: niſi forte tonāti
Viſum aliter: ſine me crudelem auertere pugnā.
Vel ſaltem ex duro regem ſubducere bello.
Dux venetum (vidi iuuenem: mauortia noui
Pectora) pluſq; italus nō his ſpectator in armis
Sed bellator adeſt. mucro eſt haſtilibus iſtis
Infelix quicunq; manus cum milite tanto
Conferet: iratoq; hodie ſe obiecerit hoſti.
Sic ait. inſiſtens martis veſtigia Marcus
Annuit Ille volans libyā ſuper: & gramantū
Tranſit & ęthiopum populos: & conſcia Nilo
Arua renaſcenti: nigriſq; emittit ab antris
Ore notū tumido: flabriſq; furentibus auſtrū.
Continuo maris horriſono vada concita flatu
Sumanti inſonuere ſalo: nubeſq; leuatas
Aequore: pręcipiti glomerant per inania curſu
In boream venti a tergo: totiſq; volantem
Tempeſtatē animis vrgent. Dionyſius ignem
Nubibus adiecit: quo rauca tonitrua cœlum

Reddat:& acta volent maiori nubila curſu.
Ipſe comes nebulis iter expedit: atq; ſonantē
Apœnini adigit verſum alta cacumina nimbū:
Etruſcos lygureſq; ſuper:quo flumina Tarrum
Impletura vndis animoſa furentibus irent:
Nā tūc Tarrus inops Cancri mala ſidera paſſus
Ibat:& inſternens duris vada cotibus amplo
Aequore inęquales late extendebat harenas.
Iam italidæ vt mos eſt gallis in bella venire:
Turmatim glomerati ibant:non more latino
In longas producti acies:loca certa coacti
Iam retinent:vt lex pugnę decreta monebat.
Gallorum interea dimiſſę in plana cohortes
Excelſo de monte ruunt. Extenditur ingens
Agmen:& effuſus campos exercitus omnes
Occupat. extemplo in turmas coire vocatis
Ordinibus. Iam vtrinq; acies in bella paratę
Siſtunt ligna vadis intercurrentibus illinc
Gallus ad occaſum:qua ſe latus eleuat alti
Apœnini:iſtinc italus Titanis ad ortum.
Arua micant agitante noto vexilla feruntur:
Fluctiuagiſq; volant caudis:& in aere ludunt.
Flāmigerās vtrinq; tubas & tympana mauors
Concitat. aereæ reſonant clangoribus alpes.



In nemora in denſis abſcondita ſaltibus antra
Attonitæ fugere feræ:fugere volucres.
At ſtygij manes ſtudium quib⁹ omne malorum
Irritare genus:miſſi a Plutone volabant
Arua ſuper capturi animas. Viſæ vndiq; diræ
Effigies:ora obſcuris horrenda figuris
Vndiq; per nubes. Furciſq; tridentibus vmbræ
Armatæ in gyros alis ſtridentibus ibant.
Et quoniam celtæ viſi conſcendere rupem/
Et tentare fugam/ac meteſani inuadere collem
Vnde placentinas verſum via flectitur alpes
Dux bellandi auidus proceres tali excitat ore.
Magnanimi forteſq; viri quę infamia nunq̄
Abſtergenda:decus:ſi quod fortaſſe latinæ
Gentis adhuc ſupereſt/aufert? elabitur hoſtis
Incolumis toto italiæ ſpectante ſub armis
Robore. & his dictis patruo in ſecreta vocato
Colloquia/extemplo ad pugnā iubet ęre canoro
Signa dari:& ſæuum lituis accendere martem.
Gallica tympanico ſtrepitu ad tormenta citatur
Nam tormenta ſolo galli editiore locarant.
Pars peditum graue pugnanti auerſura periclū:
Fulmineaſq; pilas. Pars hoſtis ad vltima terga
Turbatura acies & commotura tumultum.

Mox leuiū tres turmę equitū trans fluminis vndā
Directū per itur miſſę ad prędudia pugnę.
Iam polus inuolui calligine cœperat atra
Et tenui nimbo ardentes perfundere campos:
Cū furere inceptū: Nā tēpeſtatis eodem
Tempore & inſani ſubiit mauortis origo
Creuit vterq; furor ſimul & decreuit: & orta
Dira hominū cum nube lues: cū nube receſſit:
Quadrupedes animante ſono ſpumātia rodūt
Frena reluctantes loris: & frontibus altis
Ire in bella ardent: deſcendit in omnia mauors
Corda furens: acriq; animos obnubilat ira.
Nec mora confracto veluti padus aggere ferē
In ſegetes ita laxatis Franciſcus habenis
Euolat & patruus comes: & Rhunnuſius haſta
Fulmen agens: & equo inſultans Aloiſius albo
Gentis auogarię ſpecimen: Tuq; inclyte bello
Gambaridū Franciſce decus. cui caſſide in alta
Ardua ſe attollit rutilans in brachia cancer.
Ambo in bella ruunt patriis quos miſit ab oris
Brixia magnorū genitrix animoſa virorum
Et Ianus nōdū Marius certamine tanto
Exercendus adhuc tenero pugnę inſcius ęuo.
Et tibi Iam petrus pietate & ſanguie ductor



Proximus: aſſiduusq; comes: de nomine magni
Dictus aui manibus ſoliti conuellere a henas
Quadrupedum ſoleas: calabrūq; ęquare Milonē.
Tu quoq; caſtilion diues probitatis & auri:
Chriſtophore armipotēs: nūera: q i ſtēmat: lōgo
Relligione alios: alios certamine martis
Illuſtres atauos: & nomina clara per orbem.
Et iuuenis decus armorum ſublime. Robertus
Balnea progenies priſcis oriundus ad vmbris.
Fortis eques: fortis pedes. & duo pignora lędæ
Aequiperans vn⁹. formoſior omnibus vnus:
Caſtrenſi eloquio pilio ſene dulcior vnus.
Innumeriq; alij: quorum modo nomina longū
Edere. mox contra audaces in bella feruntur
Lingonij: quos flumen atax in vallibus imis
Alluit. & duris cum maſſilien ibus Elui
Campo altū reſonante volant. cōgreſſa reclamāt
Agmina: & infoſſis penetrant thoracibus haſtæ
Clauſtra animę. rigidumq; ſubit pręcordia ferrū.
Hic opus in bellis clarum memorabile maius
Viribus humanis peperit vel martia virtus:
Vel dea concurſu forſan Rhamnuſia primo
Sic dignata ducem. Mantoi principis haſta
Aere grauis: ſolido arētis de robore quercus.

Per triplicem thoraca ſibi per viſcera: perq;
Aerea terga viã faciens in vulnere manſit.
Gallus atrox qui ſe Orlandi iactabat ab alto
Sanguine demiſſum procera mole ſuperbus
Et iactabundo ſolitus ridere latinos
Ore procax terræ alliſus reſonantibus armis:
Pondere pręcipiti iacuit: mox tota repente
Circumfuſa cohors raptum de turbine traxit.
Aſt vbi chaldeo verbiſq; potentibus haſta
Exilijt: tenues animã cũ ſanguine in auras
Expirauit adhuc minitans: & murmure rauco
Increpitans: animoq; ferens graue vulnꝰ acerbo.
It cędens ſternenſq; acies Gonzagius heros
Encelado ſimilis/forti cum robore captum
Atq; catenatum ſoboles titania matrem
Clauſit: & attonito tremuit ioue triſtis olympus.
Cęde manus: cęde arma rubẽt/cęde vndiq; belgæ
Pręcipites labuntur equis. & pondere grandi
Armorũ terra icta ſonat: procera virorum
Corpora ſternuntur: veluti cum Iuppiter olim
Terrigenas domuit cœlo capita alta ferentes.
Extemplo conuulſa cohors ſe gallica ſoluit:
Non ſecus ac ſi quando ferox armenta leonum
Inuaſit rabies per ciniphis arua libyſſi.



Tum peditũ manus italidum quæ gallica facto
Protinus inſultu tormenta oppreſſerat: hoſtẽ
Vt vidit confractum: animos excita furentes
Eleuat. & prędę ac ſpolijs accincta per amnem
Fertur: vt in pecudum turmas cuſtode carentes
Turba fameſcentum campo ſolet ire luporum.
Tympanicen cui ducendi cura agminis: alto
It clamore vocãs ſparſos ad ſigna maniplos.
Verum alio mentes auri furioſa libido
Verterat. in prędam volat irreuocabile vulgus.
Turma equitum curſu leuiũ glomerata citato
Conſequitur curſuſq; graues & inertia plauſtra
Circũ bella ineunt. oriturq; aſperrima cædes
Gallorum exuuias & parthenopęa volentum
Furta domũ trahere: & ſpolijs gaudere latinis.
Cominus hic gladijs hic lõgis eminus haſtis
Res agitur: graue miſſilibus certamen & arcu
Aereo inardeſcit. telorũ abſconditur vmbra
Clara dies. tegitur cęſis humus aſpera gallis.
Ergo opibus tandem captis prędaq; potitę
Italides venetęq; acies & heoa iuuentus
Conuerſos agitant currus de fluminis alueo
In virides campos: & plauſtra gemẽtia longo
Sollicitant conto ac iumenta haſtilibꝰ vrgẽt.

Pręda ingẽs:quantã attalico nõ vexit ab orbe
His ditata bonis magnę res publica Romæ:
Illo auecta die.ſpoliataq; gallia raptas
Plorat opes.Tyrias veſtes:argentea vaſa
Aureaq; emporiis paſſim exponenda latinis.
Vt ſubito primam interitu videre cohortem
Defeciſſe:ruunt bituri:neui atq; Ruteni:
Aruerni Meldiq; ſimul:forteſq; cadurci.
Santonici infrenes & ſequanidum populorũ
Vulgus inhumanũ:miſſiq; ex vrbe Nemauſo
Sanguineis gẽs cruda animis:quos ꝓtinus oẽs
Sors in bella vocat.cuneoq; in brachia ducto
Incluſere italos:animiſq; atrocibus vrgent.
Hic dolor hic gemit⁹:hic mors cõmunis & ingẽs
Excidiũ.hic penetrans in mutua vulnera ferrũ
Sæuit:& ad patrios mittit lamenta penates
Hic fortuna viris vtrinq; cadentibus anceps.
Poſt varias cędes:poſt gallica funera ductor
Hinc tandem elapſus:nondũ ceſſante tumultu
Conſtitit in tumulo vt puppi Nauarch⁹ in alta
Proſpiciens nigros fluctus:nauẽq; gubernans:
Et meditans:oculis campũ cõplectitur omnẽ.
Sic ſpeculans videt Hãnibalẽ:cui ſfortia mater
Bentiuoluſq; pater:iuuenem florentibus annis



Magnanimũ:cui ſerra rubens inſigne ſuperbũ.
Martis alumnus equo.veniẽs apparet anhello
Bernardinus aui ſoboles ſata ſemine Bracci
Gonzagidę apparet belli duo phœb⁹ & Hector
Fulmina:iã nimbus & multo ſanguinis imbre
Sequanici humentes:& ſtricto Carolus enſe
Gente meletęa genitus clariſſimus armis.
Ianus Rodulfo Marius comes:inclytus olim
Militia(ſinerent modo fata aduerſa)futurus.
Tres quoq; magnanimi iuuenes Bñdict⁹:Alexis
Hieronymuſq; capis.tria fortia pectora bello.
Lecta phalanx:qualẽ prima rate vectus Iaſon
Duxit ad algentes pagaſæo a littore colchos.
Hos ita cõgreſſos dextra vocat emin⁹:omnes
Conueniunt.ſubitoq; ducẽ circumſtetit agmẽ
Bellatorũ equitum.quos ſic affatur ab alto
Ductor equo dextra contũ amplexãte trabalẽ.
O clari forteſq; viri:quibus Itala mecum
Credita res.bene habet.vobis ſalua oĩa ſaluis
Vultis & hanc mecũ ferro diuellere turmam.
Interitũ noſtris niſi ſit conuulſa ferentem?
Illi omnes pręſenti animo Dux maxime tecũ
Reſpondere:mori nobis ac viuere certum.
Omnibus hęc italis concors ſententia:poſtq̃

Ingenijs animiſq; vident ac robore tantum
Te prę ſtare. metus nulli grauis. aſpera nullis
Mors: quibus eſt vita potior ſua gloria. vitã
Qui laudi prępo nit eat: neq; bella ſequatur.
His dictis venit ecce ſonans pila ſaxea cœlo
Fulminis in morẽ. & fracta ducis euolat haſta.
Omen ait fauſtum fracto nos gallica conto
Contandũ non eſſe docet. ſimul arripit haſtam
Dextra nouam preſſiſq; petit calcarib⁹ hoſtẽ.
Hic pariter certatũ animis ac viribus ęquis
Neutra acie cędente diu. iam ſanguine harenę
Sanguine ſaxa madẽt: nec iã ſola ſaxea pulſant
Quadrupedantũ acies: cõuulſa cadauera: & art⁹
Exanimos conculcat eques: ſuper ora iacentũ
It ſonipes: & mẽbra virũ pede frangit aheno.
Iam durum eſt mortale genus. tã ſaxea fecit
Pectora deucalion: renuit perterrita tellus
Tantũ ferre nefas. cędiſq; horreſcit aceruos.
Hinc rurſum elapſus: iã miteſcente parumper
Dux mauorte leuat galeæ reuolubile clauſtrũ:
Ac legit eripis amnis procul omnia: & ecce
Turmã equitũ belgarũ aliã videt agmine clauſo
Maturare gradũ: & mediũ ſe inferre per amnẽ
Rapta redemptură ſpolia: aut ſi fata tuliſſent



A tergo preſſuram italos: magnoq; futuram
Excidio: niſi vi ſubito occurratur & armis.
Mox igitur dux armipotens & milite nuper
E pugna elapſo cuneũ facit: atq; periclis
Seſe iterũ obijciens: in bella cruenta refertur
Turbine pręcipiti/ quãto generoſus ab alto
Intuitus volucrem liquidũ ſecat aera falco.
Hic ſubeunt onus inſubres/ hic clara Roberti
Progenies Franciſcus adeſt. Martiſq; laborem
Adiuuat: electoq; ſtruens ex milite turmam
Ite ait: & tumidis italos oſtendite gallis
Fœmineũ nõ eſſe genus. ſpolia iſta reportent
In patriam referantq; iſtos in regna triumphos.
Dũ fremerent tanto mars & bellona tumultu
Rex alto procul e tumulo ſtipante caterua
Impia ſollicitis ſpectans certamina curis
Quis p̃cor ille inquit medijs in millibus alto
Tantus equo: qui cornipedẽ per noſtra ſuperbũ
Agmina conuertens pulſat tribus aera pennis?
Viq; viam faciens infert ſe turbine tanto
Quorſumcũq; libet? galloſq; impune trucidans
Sęuit: vt inter oues: rictu fœta vrſa cruento.
Siccus ad hęc (Nam militia dimiſſus etruſca
Tũc aderat ſub rege merẽs) Rex magne fragorẽ

Ille ferens tandem ductor Mantous in omni
Vnicus Italia: quem nulla pericula frangunt.
Illum ego (nam tenero moriens me fecit alūnum
Tutoremq; pater) vidi puerilibus annis
Neſcio quid ſpirare animis ingentibus altum
Magnaq; virtutis iam tunc dare ſigna futuræ.
Non eſt pelides puer a maioribus orſus
Principiis: q̄q̄ neruos Chirone magiſtro
Doctus & arma nouas vires firmauerit inter
Theſſaliæ ſaltus: & pręlia longa ferarum.
Iſte (nec id raro) vix dum lanugine nata
Et pedes/& ſpumantis equi calcaribus vrgens
Ilia anhela fidē ſupra genus omne pericli
Sponte adiit: ne quid forſan maiora gerenti
Poſſet inexpertum durū: horrendumq; videri.
Ludus erat venientis apri expectare furentem
Impetum/& in leuum pectus venabula ferre.
Ludus erat ſe attollentes haſtilibus vrſos
Figere: & ex ſyluis ſudatam auertere prędam.
Si quem vſq̄ pugilem inuictum dextraq; potētē
Audierat: paucis illuc comitantibus ibat
Diſſimulans ſeſe & cupiens certamine vires
Explorare ſuas. teneræ vis tanta iuuentæ.
Ipſe per hybernaſq; niues per frigora brumæ

Cōgazę virtus



Noctu etiam cum maior hyems: vt diſceret acre
Ferre gelu nudus ſub dio errare ſolebat.
Nil opus eſt de ſaltu aliquid curſu ve referre:
Cum ſtudiis primos iſtis contriuerit annos.
Tunc etiam tentare vndas: & pellere in amne
Quadrupedē ignotos: & vincere magna natatu
Flumina: curſu etiam rupē conſcendere anhelo
Nūc pedibus nūc vectus equo: rurſumq; referri
Per montis decliue latus: perq; inuia ſaxa
Cura erat: & nullos ſtudium neſcire labores.
Adde q; ignotus totam explorauit eundo
Italiam mores hominum/formamq; locorum
Inſpiciens: facileſq; vias: adituſq; malignos:
Vt ſi forte vnq̄ bello foret vſus & armis:
Doctus iter viſas melius perſuaderet oras.
Aſpice vt hanc ſolus pugnā ferat: aſpice totis
Italidas Cāpis vt pauci ex agmine tanto
Suppetias veniant: ſenſu ſine ſaxea dicas
Corpora: & exangues ſtatuas animiſq; carentes.
Sic ait: & tacitus curis torquetur amaris:
Ac fluit in lachrymas patriæ nō immemor: optat
Poſſe duci tantos comitem ſe inferre per hoſtes.
Commiſerās iuuenē trepidum/belloq; potētem:
Atq; ait: O ſi par virtus in bella moueret

Italidas alios (manifeſta pericula cerno)
Totus in his cum rege vadis exercitus inter
Saxa cadens p̄da ampla feris epulãda iaceret:
Sic ſecum curis mentem cruciantibus ęgram.
Diuertenſq; parum regali ex agmine in altum
Aggeris aſcendit dorſum. videt enſe leuato
In galli caput ire ducẽ / galeamq; ſub ictu
Scintillare graui: pulſumq; inuoluere ab alto
Quadrupede: & verſis telluri infligere plantis.
Incaluitq; animo rurſum: ſecumq; ita fatus.
Quicquid erit geſtum: poſtq̄ ſuperaueris hoſtem
Quod prope confectum poteris iactare tuorum
Te parua geſſiſſe manu o italidarum
Dux| Franciſce decus. Fabios tua gloria vincit
Ac lacedęmonios qui dum defendere certant
Termophylas: cœnatum omnes iuere ſub orcũ
Leuctra hodie: marothõnẽ hodie: ſalamiaq; trãſit
Tarrus & incũbens Tarro glareola receſſit
Cannarũ & trebię & tranſimeni infamia: nec te
Soſpite barbaries vltra metuenda latinis.
Tu Italidæ munimen eris. fortuna faceſſat
Aſpera: & externæ ponant certamina gentes.
Hic ſplendore nouo Virtus tua maxima longe
Fulſit / vt in ludis extincti cęſaris olim



Stella diem ſuperãs: phœboq; ardentior ipſo
Talia dum tacito ſecum ſermone volutat:
Ecce per expulſos ductor Gonzagius hoſtes
Vt luxata falanx: & ſpe fruſtrata remanſit:
Fulminis inſtar iens equitũ comitante caterua
Regem adit ignotum: nã cũ vidiſſet in armis
Stare globũ procul ingentẽ ſub mõte: putauit
Dedecus: & laudis maculam: ſi tramite verſo
Dederat intactũ. ſequitur pedes agmine magno
Grandibus armati roncis: quadroq; veruti
Sanguineas mucrone manus: & caſſide tecti.
Regia continuo verſis in prelia cunctis
Sparſa cohors: & fracta animis it rege relicto
Tum duo captiui inſignes de carcere longo
Gallorum elapſi turbatis vndiq; caſtris.
Capti ambo cũ ſceptra ruens amiſit Arago.
Virginius. duroq; potens Mauorte Nicolas:
Nobile Romano quib⁹ eſt cognomẽ ab vrſo.
Ille quieſcendi ſtudio in ſua regna reuerſus
Militiæ mala perteſus: iam grandior æuo.
Iſte ducis Venetũ victricia ſigna ſequutus.
Conflictũ Frãciſcus in hoc iuueniliter auſum
Forte virũ conferre manus & cernere ferro
Nactus: & eſſe ratus prestanti ex indole regẽ

Siſtit equum: gladioq; viam conſiderat inter
Magnanimi dura arma hoſtis: nec perdere regē
Sed ſuperare optans ictum thoraca lacerto
Perforat adducto qua fibula pectus ahenum
Alligat arte manū certa moderante retraxit
Vulnus: & inſiliens hominē de ſede reuulſum
Abſtulit: vt fulicā pedib⁹ Iouis armiger vncis
Circū ſtagna volās patrij prope littora Minti
Accipiunt captum pedites/ gladioq; reuulſo
Ac galea: victum loris facto agmine ducunt
Attonitū: ac patrio veniā ſermone precantē.
Poſtq̄ omnis tētata cohors & ſanguine multo
Vndiq; iam ſatis eſt gallorū exterrita virtus:
Puluere loricam conſperſus & ora cruento
Dux abit: & verſo properās legit ęquora curſu
Itq; ſui laturus opem ſi tempora poſcant
Agmine collecto: gallis ſtragem atq; ruinam
Illaturus. aquæ ſubito intercepta tumultu
Cura: deo extremos infortunante labores.
Et iā pręcipiti Tarrus grauis imbre ſonabat
Vallibus in medijs: & iam per ſaxa volutum
Flumē adeſt. ſparſis ſubito latet alueus vndis.
Proripiunt ſeſe trepidi trās flumina galli:
Citra Itali: cędemq; lauant in gurgite lato.



Inſequitur rauco vndarum cū murmure moles
Vaſtior. & plenis ſpūmant vada concita ripis:
Non aliter: q̄ ſi ruptis totum alpibus ęquor
Influat. atq; lygur cāpos Neptunus inundet.
Faucibus illuuies magnis egreſſa repente
Implicuit multos: belli quos ira cruenti
Tranſierat: torto correpti a vortice grandes
Per ſilicū ſcopulos: ſaliunt perq; aſpera ſaxa.
Strata virum modo bellando tot fortia paſſim
Corpora tempeſtas rapit improuiſa natatu
Horrifico. glomerante ęſtu galli atq; latini
Conuerſis modo verticib⁹ modo crurib⁹ alte:
Vt fert amnis eunt dirum ac miſerabile viſu.
Multos vnda rapax magnis inuoluit harenę
Molibus: & glareę inuectis abſcondit aceruis.
Finis hic accenſæ tanto molimine punæ.
Poſtq̄ bella furens amnis furioſa diremit
Et deprehenſa virū tot funera: mœror vtrinq;
Luctus vtrinq; ingens. leuior iactura latinis.
At gallos maiora grauant prędeq; hominūq;
Damna. q attrita iam maieſtate timori
Eſſe ſinunt: qui victores paſſim ire ſolebant.
Quod regni Italiæ ſpes intercepta fatiſcat
Iam penitus. mœſti fugiunt inhumata ſuorū

Corpora liquentes. torrens abeuntibus amnis
Vnda fauet: frenans italos ſęuire parantes
In profugos. vix illuuies imperuia ſiſtit
Corda ducis. dolet elapſum diſcedere regem:
Proſequiturq; oculis minitãs & pectora rodẽs
Iraſcenſq; vadis tam vaſto vndantibus ęſtu.
Præterita ingentis iam ſollicitudine belli
Corda ducis pietas: & relligioſa ſepulchri
Cura ſubit. certos iubet ire: ac tollere vita
Corpora functa: alij curãt ſua vulnera: menſas
Expediunt alij: atq; epulis conuiuia parcis
Vt feſſos triſteſq; decet. Iam luce tenebris
Concedente: diẽq; trahẽte ſub ęquora phœbo:
Ecce ferunt patruum mœſti pẽdentib⁹ vlnis:
Ore cruentatum: & plagis crudelibus hauſtũ:
Ac tandẽ gallorum ingentes inter aceruos
Compertũ: proſtrati hoſtis ſuper ora iacentẽ.
Et Iani innocuũ Marij ac miſerabile corpus
Vulnere perfoſſum multo. Ducis ante locatos
Limina cũ gemitu ſpoliant: atq; arma reſoluũt
Regem exccrantes & gallica bella miniſtri.
Quos miſero intuitus viſu ſuſpiria traxit
Cum lachrymis ductor: fletuq; ita fatur oborto
Frangimur hoc caſu: quos nõ fregere cohortes



Millibus implicitos gladijs. Quid acerbius? vnq̃
Quidve magis viſura atrox mea lumina poſt hac
O patrue armipotens: quem me ſeruare nepotem
Dum cupis: & nulli victus pietate periclo
Cedere conſtituis: tam duro occumbere fato
Contigit. heu: iterum iuuenis ſine patre relinquor
Bis genitore orbus: ſine te mens ęgra tumultu
Concutitur tanto: vaſtis vt fluctibus errans
Amiſſo magnete ratis clauo: atq; magiſtro.
Tu hortatu: tu conſilijs: tu robore & armis
Grande mihi munimen eras: ſic numina cœli
Sic diui voluere. animam miſeraſcite ſaltem
O ſi qui terrena alto curatis olympo.
At tu Iane Mari vita mihi charior omni
Sic me deſerto nunq̃ rediturus abiſti?
Vos ego finito ſperabam in mœnia bello
Patria ſolennes mecũ olim inferre triumphos.
Spes fruſtrata: abeunt ſperati in ſæua triumphi
Funera: primitias belli mihi numina tales
Redditis, ingreſſu pugnas ordimur ab iſto?
O chare fidæq; animæ quæ ſoluere tantis
Dona datum meritis? non ſi mea regna dediſſem
Omnia ſat factũ. ſed enim quę pręmia vobis
Ferre vetor: generi veſtro niſi fata negarint:

Exoluam: fidei tantæ non immemor vnq̃.
Sic ait: & tenera impoſitos pietate pheretro
Cum ſpolijs cœtu in patriam comitante referri
Imperat: ęternamq; pio rogat ore quietem.
His dictis ſedato animi mœrore parumper
Ingrediens tenui dape veſcitur: atq; locatis
Excubijs conſcendit equum: totãq; per agros
Noctem agit inſomnem ſub dio: & puigil omnẽ
Circum equitat luſtrans factis late ignibus oram
Interea polinctores vicina ſacello
Arua cauant mœſti: totamq; in funera noctem
Cũ lachrymis gemituq; trahũt: ſine honore ferũt
Magnanimi forteſq; viri dum vita manebat.
Accelerare iubet galli fuga: mane futurum
Cum grauis exhauſto Tarrus deſcenderit æſtu
Efferatos: vt eant motis ex tempore caſtris
Ad tumulum tractos ſpoliant: & inertia mẽbra
Dantur aceruatim luna famulante ſepulchris.
Accedunt operi plures pietate piorum
Exciti verſant ſtratos: atq; ora tuentes
Lumine in ambiguo dubitant galline italinę.
Caſu inuenta locis fornax calcaria vaſto
Ampla ſinu cœco in tenebris abſcondita fundo
Hic vbi nõ foſſore op⁹ eſt cõgeſta teguntur



Corpora: & ad ſummũ ducto cõduntur aceruo.
Mox ſuperiniecti lapides congeſtaq; tellus
Se i tumulũ leuat: & tumulo crux addita magno
Functa operis iam turba pijs dat triſtia circum
Buſta gemens: verbiſq; fauẽt funebribus omnes:
Ac requiẽ cũ fletu orant/pacemq; ſepultis.
Nec tamẽ hoc omnes tumulati in margine Tarri
Sed quoſdam magis inſignes in auita relati
Buſta domum: deflẽdi iterum. patriamq; dolore
Confecturi atro. pulchra ſic balneus olim
Fronte nitens: ſatus aurato Guidone Robertus
Cui coniunx Virgo añ parum cõiuncta: ꝓpiquo
Iam partu factura patrem noua gaudia prolis
Mittere/vel reducem ſperabat adeſſe maritum.
Et marti addictus tenero Galeotus ab ęuo:
Hippolyti genus vt fama eſt: qui cęſare quondã
Sub decio fertur curſu laceratus equorum.
Scarrampuſq; ferox. iſti certamine longo
Dũ claudũt ſibi cęde vias: magno vndiq; aceruo
Stragis equũq; hominũq; fugã ꝓhibẽte: tumultu
Barbarico oppreſſi tandem poſt funera mille
Gallica in ęterno merſerunt lumina ſomno.
Quercus erat campo longos intacta per annos
Ingens: & late vmbrantes intonſa lacertos.

Aurora ſurgente.nouo cum lucifer ortu
Corda per ęſtatem dulci mortalia ſomno
Afficit infundens veris inſomnia formis.
Hic viridi ductor reſidens in ceſpite claudit
Lumina & in ſenſus placidam ſinit ire quietem.
Continuo viſa eſt patrui gaudentis imago
Lucida:diuinum vultu ſpirante vigorem:
Nil referens mortale oculis.decor ille iuuentæ
Fronte renidebat roſea.flauente capillo
Per colla atq; humeros.& ſic affata cubantem.
Chare nepos Franciſce:meo quid funere tantũ
Te maceras? viden vt valeam mortalia membra
Vt poſui? quę clauſa atro mens carcere longum
Paſſa erat exilium tanto hoc ſplendore refulſit.
Hic meus.hic quõdã genitor tuus:hic tua mecũ
Chara parens.vna poſt fata recepimus orbem
Aethereum deus in ſummo qui regnat olympo
Tanti animos pendit:quos cum pietate reuerti
Viderit.a ſuperis noui tua fata.labores
Bellorum ne horreſce nepos.tibi numina belgas
Subijciunt tibi iam reuocanda nouaria portas
Pandit.& ingenti poſtq̃ cũ laude triumphum
Egeris hunc victor:dauni mitteris ad vrbes.
Marte graui italia cum gallũ eieceris omni



Rex nouus accepto per te:ſua funera regno
Immaturus adhuc:& adhuc florente iuuentã
Cernet.& extincto regna inſperata nepote
Accipiet patruus paucis poſt Carolus annis
Extremum ſine prole diem clauſurus in aurã
Effluet ignorans quẽ gallica regna ſequantur.
Has tantas rerum ire vices deus ordine miro
Mandat:& ignotis homini regit omnia curis.
Nos diuina lares ſumus ad mandata miniſtri:
Pone metũ:nos te in caſus comitabimur oẽs.
Accipe qua vincas duræ infortunia vitæ
Omnia.Iuſtitiã(nulla eſt in principe virtus
Vtilior)colito.Mariæ neu deſere cultum.
Talia diſcuſſo reputans oracula ſomno
Gaudet.& o dixit non ſint inſomnia nobis
Vana precor.diui indigetes patrijq; penates
Eſte mei memores:duroſq; auertite caſus:
Et cœpto diuinũ operi implorate fauorem.
Iamq; fatiſcentes abigens aurora tenebras
Maior erat:patres venetos adit:atq; litato
Mane ſacro:accitos proceres de rebus agẽdis
Conſulit.Et q̃ q̃ belgas cum rege fugatos
Luce ſequi:leuiumq; equitũ pręuertere curſu
Mens ferat:& genti ſupremam infligere cladẽ

Vota tamen ſua:ne forſan temeraria quiſq̃
Dixerit:arbitrio procerum frenata retraxit:
Sic profugis concedit iter.ſic punica viſum
Naſicę ſeruanda olim delenda catoni
Regna:nec in vulgus ſolũ ſententia diſcors
Serpit:at in primos etiã rerumq; potentes
Gallus abit:neu lenta fugã iumenta retardent:
Neue italis ſint pręda/necãt in fruſta ſecantes.
Vnde vias omnis longe vicinaq; rura
Vexauere diu nidore cadauera olenti:
Et funeſtus odor.miſſumq; per aera virus
Hic perſas iterum victos xerxemq; videmur
Cernere in exigua pontũ tranſmittere cymba.
Sic fortuna prius gallis proſperrima tandem
Addita pręcipiti ſequitur formidine regem.
Nec noctu nec luce quies:incõmoda longę
Tanta vię:iactura grauis fuit altera belli.
Namq; vbi prerapidis tetigerũt curſibus Aſtã
Securis vbi iam poterant conſiſtere rebus
Feſſi:ægri:defecti omnes:exanguia membra
Vix ſpirante anima:atq; genu titubãte ferebãt.
Multi etiam fato excluſi:quos vulnera longa
Incurata mora triſti infodere ſepulchro.
Multos lõga fames ſimul & labor ĩprob⁹ hauſit



Ad mortem:in tutos vbi peruenere penates
Depoſitis animas ſubito fatũ abſtulit armis.
Caſtra mouent Itali.petiturq; Nouaria belgis
Fœta:fidem mentita ſuis inſubribus.Alto
Ductor equo nitidis gradit̃ Gonzagius armis
Agmẽ agens:cinctus procerũ fulgẽte caterua
Et q̃q̃ bello amiſſi pręcordia lædant
Mœſta viri tamen egregiam fiducia mentem
Mulcet:& ad magnas corda aſpirantia laudes
Ipſa etiã ſua damna iuuant:meminiſſe laborum
Pulchrũ ac dulce:graues decora imortalia caſus.
Miſſus ad adriaci patres qui littora ponti
Antiqua ditione tenent:ſublimia tecta
Nuncius ingreditur:totoq; aſtante ſenatu
Explicat ingentes animos & fortia facta
Magnanimi ducis:& patrui ſimul aſpera fata.
Lætitiæ mixtus ſurgit dolor.vtile damnum
Quo ſurgit cõmune bonũ.Ducis inclyta virt⁹
Et fortuna leuat curas:ac pectora mulcet.
Mox ſoboli decreta patris ſolatia functi
Publica dona.ducẽ imperij maioribus auctũ
Iam titulis vno ore omnes ad ſidera tollunt.
Fama ſagax quę facta hominũ legit oĩa viſu
Sollicito:quæ præcipitẽ temeraria linguam

Non cohibēs implet vacuas rumoribus aures:
Neſcit ferre moram. pernicibus euolat alis.
Permeat auſonias gentes: iam præterit altos
Appœnini apices: tyrrhena per oppida curſu
Prę rapido ingrediens magnę iā mœnia Romę
Cernit: & in latium flectens campana volatu
Præterit arua leui: & verſo ſuper ęquora greſſu
Et ſpeculans ſi qua inueniat regione fugatum
Littore ferrantem patrio: & late omnia luſtrat
Tecta pitacuſę: Prochiteq; examinat: agros
Inarimes oculis circumlegit. ęquora tandem
Lata ſuperuolitās phrygij ducis hoſpita quōdā
Nauibus: aſpexit iuuenem reſidere ſub alta
Ilice venatu feſſum: ſaltuſq; per altos
Ire vagos comites: & retia tendere ceruis.
Nacta opportunum verbis tempuſq; locumq;
Labitur in terras pontaniq; ora poetæ
Pōtanus Accipiēs: iuueni parmenſem ex ordine pugnā
Narrat: & adiecit: tibi tempora idonea regnis
Noſce repoſcendis. Verſo modo ſidera curſu
Cuncta fauent. fortuna iram mutata retraxit.
Nec dum finierat ſenior: cum læta repente
Aſtitit effigies: & amœno fœmina vultu
Veſte virens. cui coniunctis in pectore caudis



Cornua in extantes humeros acheloia frugum
Plena meant tortis duo flexibus vbera circum.
Naualemq; tenens ſua dextra inſignia clauum.
Stat iuuenis blandæ lętatus imagine formæ:
Oſq; habitūq; tuens fortunam agnoſcit: & altos
Attollens animos caſuq; infractus acerbo
Diua potens rerum ſi vera inſignia portas:
Dic age: dic inquit cur me & genus oē meorum
His tantis vexaſti odijs? ab Aragone miſſus
Huc olim Alphōſus populos ſine rege repertos
Non ſecus ac ſanctum decuit ſua pignora patrē
Rexit. auus turbata armis vt regna recepit:
Iuſtitiam qua nil melius mortalibus vnq̄:
Ad vitę ſummam vſq; diem cultu extulit omni.
At genitor regum nulli pietate ſecundus
Dū parat affectu ſceptrum exercere paterno:
Pellitur: & leuibus cedis regna omnia gallis.
Quo ꝑcor has quo iure vices qua lege gubernas? Fortuna
Talia Ferrantes. Tū ſic Rhānuſia diua.
Vos mortale genus cœleſtia numina veſtras
Nitimini in leges vanis inflectere nugis.
Vera latet cœlo vobis incognita rerum
Cauſa: catenatis ſeries longiſſima fatis
Regnorū & cūctorū operū depēdet olympo:

Quæ quia diſpenſo cœli ſuperumq; miniſtra:
Gentibus ignaris vulgo temeraria dicor.
Iudiciū hoc hominū: ſuperis temeraria non ſum
Et nihil arbitrio licet in me compita clament
Omnia: nil animi cōmota libidine tento.
At neq; virtutem vt triuio garritis in omni:
Odimus. ipſa mihi comes eſt. mortalibus ipſa
Inuigilat ſtudijs curas rectura labantes.
Aſt ego cœlorū imperium & mandata faceſſo:
Quæ dici minus ęqua nefas. temeraria certe
Non ego: ſed veſtra ora magis. q̄ numina paſſim
Cruda vocant/ vobis cum nō famuletur olymp⁹.
Viuite mortales ſine ſollicitudine terræ/
Et faſtu cœleſte iugum quod ferre neceſſe eſt/
Depoſito ferte/ & noſtris aſſueſcite habenis.
Hęc ſuprema hominū ſors eſt parere tonanti
Ingenue/ & nullas ſuperis imponere leges.
Hactenus hęc. poſthac quæ ſint tua fata docebo.
Aude animis/ virtute op⁹ hic. ſume arma/ relique
Hos ſcopulos: in regna veni contraria gallis
Numina te reuocant & te tua regna repoſcunt
Rex eris/ & ſceptro tandem moriere recepto.
Sic ait/ & tenues cū fama euaſit in auras.
Talibus excitus iuuenis regalia corda



Excitat. atq; domum comites de ſaltibus actos
Alloquitur: caſſes componite: & arma Dianæ
Mars vocat: amiſſas poſthac venabimur vrbes.
Dum loquitur vento portum ſubit acta ſecundo
Parua ratis/ Regemq; petens orator ab vrbe
Parthenope. cui ſceptra manu de vimine palmæ
Regiæ adit iuuenem/ populi patrumq; ſalutem
Suſcipiat votiſq; adſit cōmunibus orat.
Nec mora. compoſitis quotcūq; habuere carinis
Parthenopen adeunt. noctiſq; ſilentia nanti
Opportuna/ vocant leuitas quos leſerat atrox
Atq; obſcęna venus crudiq; ferocia belgæ
Coniurati adſunt omnes/ ſubitoq; tumultu
Pręſidijs partim cęſis: partim arce fugatis
Reddita Ferranti tandem ſua regna vocato.
Stabat in excelſis capuanę turribus arcis
Fama notans operis finem. magnoq; repente
Agmine per vicos volat irrequieta per vrbes
Per iuga: per cāpos: donec iam proxima Regem
Gallorum alloquitur belgæ ſub imagine vernæ.
Te deus auſonia non vult conſiſtere terra.
Nā cum felici Zephyro tua vela ferebat:
Neſciſti fortuna vti. modo diſce fugari.
A te parthenope gallos perteſa receſſit.

Protinus audito regis pręcordia ſeruo
Conſternata: velut fruticantia prata ſerenas
Cũ ſubeunt anno iam incrudeſcente pruinas:
Mox adit incluſos vna intra mœnia celtas:
Atq; nouariacos ciues: rerumq; ſiniſtros
Nunciat euentus: grãdemq; inſtare ruinam
Aduentante italo: venetiſq; inſubria regna
Sfortiadumq; ſuas ſeruare volentibus vrbes.
Captæ vrbi pręfectus erat Lodouicus in armis
Maximus: antiquo regum de ſanguine cretus
Proximior ſceptro. multis cũ millib⁹ Aſta
Venerat: & populis ſeſe dedentibus vrbem
Ingrediens mature omnis muniuerat arces
Ipſe vt erat vegeto ingenio: forti atq; parato
In varios animo caſus: quos martia longo
Diſciplina viro notos iam fecerat vſu:
Falce iubet ſegetes: falce omnia gramina circũ
Rura meti plauſtriſq; vehi ſtridentibus intra
Mœnia: quę inferri nequeunt facit oĩa flammis
Conflagrare. ſonant totis incendia campis.
Ipſe ſuas hoſti ne ſint munimina cultor
Demolitur opes. ipſi ſua prędia ciues
Dilapidant: primiſq; ſuis ſunt frugibus hoſtes.
Sollicitis calcar timor eſt: & proxima bella



Præcipitant operas: abeunt redeuntq; citatis
Greſſibus: & vario ſudant ſub pondere totis
Plauſtra vijs: iumenta: viri: pueriq;: nuruſq;:
Ardua congeſtis ad propugnacula ſaxis
Arma parant galli male defenſura rebelles.
Iam vada lata Padi rapidũq; exercitus amnẽ
Tranſierat. clauſis iam mœſta nouaria portis
Audit equos: audit tyrrheno claſſica cantu
Promulgare omnes odium cõmune per oras.
Cernit ab excelſis rutulantia turribus arma
Scintillare videt plenis tentoria campis:
Et vexilla ducum flecti per inania vento.
Stat trepido deiecta animo. torpentia clauſit
Corda gelu. triſtiq; pauor. ſubit omnia vultu
Limina perſuadens leuibus non fidere gallis
Frigidæ anus: tardiq; ſenes incõmoda martis:
Additaq; ad ſenium longi infortunia belli
Noctu ac luce gemunt. pueri imbelleſq; puellę
Stant ſimiles dammis: cũ ſe intra retia clauſos
Conſpexere canum circumlatrante corona.
Attoniti ciues orſa infelicia damnant:
Et ſero piget accepti intra mœnia galli.
Squallet ager. rura egreſſis deſerta colonis
Et vacui mutiq; lares infauſta queruntur

Tempora.diffidens cadit in mortalia corda
Torpor:vt ægrotis vſu euenit omnia quando
Expertis fruſtra medicamina ſæuior inſtat
Continue membra expugnans vitalia langor.
Ipſe auræ:cœli ipſi etiam ſpirare videntur
Neſcio quid graue/triſte/atrox/dirũ/ atq; cruentũ
Et velut agricolę teneris cũ frugibus imbrem
Grandinis horriſonę cœlo indignãtib⁹ auſtris
Impendere vident trepidant:ita percita caſu
Vrbs miſero gemit:& fato afflictatur acerbo
Dux venetum caſtris tuta in ſtatione locatis
Ipſe larem decimæ figit prope limina portæ.
Mox ædem vicinam vrbi vicumq; ſub vrbe
Defenſum gallorũ armis expugnat:& hoſte
Profligato intrans munit loca milite & armis.
Inde omnes metatur agros:pomeria circum
Ambulat:& caute vicina ſuburbia luſtrat.
Et qua opportunos adit⁹ videt hoſtibus/arces
Aggeribus iacit immenſis:vrbiq; ſuperbas
Obijciens moles ſectis iter vndiq; foſſis
Impedit:& multo ac forti loca milite complet.
Ruſtica continuo pubes durata labore
In magnos diuiſa greges fulgentia raſtra
Eleuat:& validis alte fodit arua lacertis.



Exportant alij glebas:altoq; coronant
Aggere pręcipites foſſas:& flumine inundant.
Ligna ſecant alij:duriſq; ſecuribus icta
Cum ſonitu ſylua alta ruit:voluũtur in axes
Robora:materię caſtris operiq; locando
Præſidio ſtant certę acies.ne forſitan hoſtis
Vrbe ruens exturbet opus.Noua tecta iuuẽtus
Martia certatim ramis atq; arbore ſecta
Conſtituit:& viridi texens vmbracula fronde
Arma locat.figuntur equis p̄ſepia .circum
Sedula plebs agitur rerum ſtudioſa ſuarum.
Et durã ęſtatem in campis acturus apricis
Culmine fraxineo properat ſe abſcondere miles.
His ducibus viſum clauſtris includere gallos:
Et longa delere fame:vitæq; ſuorum
Parcere:& hac gentẽ premere obſidione ſuperbã.
Nam populo ingenti frugum iactura nouarũ
In paucos alimenta dies ſupereſſe monebat.
Addeq; & gallis virtus in limine rerum
Maxima:quo magis it minor:ĩpatiẽſq; laborum
Eſt longa lentanda mora.neu forſitan vllis
Subgrediens annona vijs ſuccurreret hoſti:
Obſeſſam aſſiduis mandant equitatibus vrbẽ
Luſtrari:nec nocte dari nec luce quietem:

Excubijs:factæqꝫ vices:& in omnia caſtra
Editæ. vt auxilio clauſus non fideret hoſtis.
Interea magnum ſpecula Lodouicus ab alta
Italidũ miratur opus:nihil vndiqꝫ apertum
Nil vacuum cuſtode videns examinat artem
Auſoniam:curaſqꝫ alto ſub pectore voluit.
Diſſimulanſqꝫ metum vultu:molimina ridet
Tanta vafer:ſpẽqꝫ his verbis exaggerat amplã.
Ludouic⁹ Ecce coaxantes cupiens audire lacunas
Dux Venetum ſtatuit patrijs habitacula ranis.
Mẽtis inops putat his ſcrobib⁹ cõcludere gallos:
Quis maria & tanti nequeunt obſiſtere mõtes.
Gallia tota breuí magno cũ turbine ab altis
Deſcenſura iugis iſtos telluris aceruos
Has horreſcit aquas? medios elapſa p hoſtes
Regia caſtra tenent Aſtæ iam mœnia noſtræ:
Nos iſtis incluſa locis qui ſtringere ferrum
Ac certare valent hominũ bis dena tenemus
Millia:ſi ciues addas regemqꝫ propinquum:
Aequamus numero auſonios:at robore lõge
Vincimus. experti totiens cognoſcitis hoſtẽ.
Scitis:& ęquorei meminerunt ſaxa Rapalli:
Vt lygures dudum populos & Aragonis arma
Fuderimus pauci:Tum cum fulgoſia pauli



Factio iam trepidæ ceu grando incumberet vrbi.
Noſtra tamen neſit nobis incuria damno
Adiutura Italos/nox eſt vigilanda ſub armis:
Nam potius fraus eſt q̃ vis metuenda latinis
Arma doli. fraudem auertas euerteris hoſtem.
Sic ait. & ſcandens muros tormenta viroſqꝫ
Rite locat:variatqꝫ vices munimina portis
Adijciens:traditqꝫ nouis cuſtodibus arces.
Dum confecta malis vrbs inconſulta duobus
Gallo intus:foris hoſte dolet:Gonzagius heros
Impatiens ioci breuibus conuiuia menſis:
Luce breues ſomnos poſtq̃ tranſegerat:omne
Tempus ad inſidias :ad dãna hoſtilia confert.
It comes excubijs:totam ſub ſidere noctem
Tranſigit. & miſſis exploratoribus haurit
Conſilia & curas hominum. tali omnibus arte
Caſibus occurrit dubijs:molimina frangit
Gallica:& hoſtilẽ vigilans intercipit aſtum
Dum premit obſeſſos dux inſuperabilis hoſtes:
Rex italos bello expertus Tarriqꝫ tumultum
Mente putans memori:ſubitæqꝫ pericula pugnę/
Horret. & eductis metuens confligere caſtris
Alloquitur proceres:ac talibus inchoat orſis.
Rebar vt audieram gallos melioribus armis Carolus

Et ſermone italos ſolaq; excedere lingua.
Nūc aliter ſentire datum. nec diſcere poſthac
Italiæ mores/ſed tradere poſſumus ipſi.
Italorū laudes
Vidimus his oculis. Itali cū tempora poſcunt
Bella gerunt: vno nunq̄ certamine victi.
Cauti etenim vires cohibēt: ac robora ſeruant.
Cum viciſſe putas: tum primū exordia belli
Suſcipiunt: augentq; ſuas cum tempore vires.
Principio lenti ac ſegnes: animantur agendo.
Et velut impoſitum flammis incendia ſenſim
Accipit ęs: ita paulatim corda ignea fiunt
Italidis. ipſi cum nos frigeſcimus ardent.
Tunc validi: tunc depoſita formidine certant
Temporis auxilio freti. duriſſima tempus
Bella gerit. quod pace etiam terit omnia morſu
Tabifico. mora lōga famē: mora longa labores
Ingeminans frangit vires & corda fatigat.
Deniq; vt expediā paucis: gens martia galli.
Aſt itali galli atq; itali: non fortia ſolum
Corpora & arma ferunt: ſed corda ſagacia: & artē
Ancipitem lōgoſq; animos onus omne ferētes.
Hęc eſt illa quibus rerum ditione potita
Extulit excelſum caput vſq; ad ſidera Roma
Sic pœnos: ſic hiſpanos ſic gallica regna



Sic etiam ſeſe veteres domuere latini:
Sic veneti mare/ſic terras: fert gallica nobis
Corda lygur ſimilis. ſi ſe cohiberet & arma
Indiuiſa ferens mature in bella venirent.
Fortior eſt veneto: maioraq; regna teneret.
Hęc ſeu ſint opus aſtrorum: ſeu munera diuum
Arbitrio pendent alieno: humanaq; non ſunt.
Cedendum eſt. patrios melius ſeruare penates:
Et trahere innocuum tranquilla per ocia tēpus
Gloria magna ſatis: ſat magna potentia gallis:
Vidimus italiam: calabros poſſedimus. vltro
Iam nobis: ne vi eiecti videamur: eundum eſt.
Talia rex. procerum/q̄uis regalia longe
Dicta probēt/animus tamen it ſublimius. audē
Decertare iterum: & clauſis ſuccurrere gallis:
Ac tentare vias omnes. data cura Triuulti
Suppetias nouaq; obſeſſis alimenta ferendi
Ipſe animis ipſe arte potens: ex milite lecto
Agmina componit duo magna ac fortia noctu
In tenebris. vno annona atq; armēta vehuntur
Bucera poſtico tacite immittenda tumultum
Dū mouet atq; hoſti curſu ingruit ipſe citato:
Dumq; improuiſis turbat congreſſibus hoſtem.
Ipſe aliud ducens dubiæ ſub lumine lunę

Frigida dum mediam torquerent ſidera noctem:
Et penetrans omnes oculis atq; auribus agros.
Cognita res vrbi: miſſoq; ſatellite ciues
Ac galli admoniti pulſa per inane ſagitta
Adiunctas portante notas. vigilatur in armis:
Et taciti ſignum expectant: quo tota iuuentus
Egreſſura hoſtem ſubitis ſemel opprimat armis.
At neq; Franciſcum potuit fraus iſta latere.
Namq; vigil noctis per ſumma ſilentia viſus
Eſt audire pedum ſtrepitus. in humumq; volutus
Aure ſolo admota ſentit venientia longe
Agmina: quadrupedũq; ſonũ. veſtigia torquet
Concitus: & tacite armari iubet omnia caſtra.
Mox qua murmur erat: multa inter millia primus
Ingreditur reſonante tuba. nocturna per arua
Fulminat horriſonus clangor. perterritus hoſtis
Dum properat dare terga fugę: deſerta repente
In medijs armenta agris prędanda relinquit.
Prima dies valuis iam cœlo albebat apertis:
Cum Mantoa cohors bobus ditata redibat
Vociferans: Turcũq; ſonãs clamore per vmbras.
Grex immenſus opem gallis laturus & alta
Plauſtra onerãs congeſta ceres gaudẽte tumultu
Ducitur: & mixtis hominũq; boumq; remugit



Vocibus omnis ager. fraudata nouaria tantis
Auxilijs mœret: ſuaq; infortunia plorat.
Cœperat abſumpto gallos extrinſeca victu
Anguſtare fames: nec ſpes erat vlla ſalutis.
Interea primis procerum ſummatibus ipſi
Ductori ante alios obſeſſi in mœnibus hoſtis
Dux venetũ tãta eſt generoſo in pectore virtꝰ;
Aſſidua bis luce dapes mittebat in vrbem.
Vulgus inops poſt dura obiẽs ieiunia paſſim
Funeribus crebris exportabatur in horas
Amplius: effoſſis nec iam delubra cauantur
Plena ſepulchrorũ tumulis. epulanda volucrũ
Atq; canũ gregibus ſacra ſine honore ferũtur
Corpora ad extremos vrbis loca olẽtia fines.
Turba fameſcentũ: viſu miſerabile: ab alto
Ore cibum exangui mendicatura ſubibat
In ſummos murorũ apices: & culmine ab alto
Clamabat moritura dapes. pleriq; feruntur
Dum clamant ſpiraſſe animã: ſummiſq; ruiſſe
Mœnibꝰ: & duplici quaſi morte in fruſta cadẽdo
Diſcerptos fudiſſe vtero inteſtina ſoluto.
Pallida vix hęrens genibus: languẽtia ducẽs
Exili vix verba ſono vix faucibus hiſcens
Dira lues vrbẽ miſerã premit. omnia langor.

Omnia luctus habet:tenet oĩa mortis imago.
Iam ſua deluſi ciues conſulta fatentur
Vana palam.tota in Cacios a plæbe refertur
Omne ſcelus.tota vrbs Cacios cauſatur acerbis
Irritata odijs.Cacijs autoribus vrbem
Omnigenis pollentẽ opibus tot triſtia paſſam
Fata ferunt.atq; aſtra ſibi contraria damnant.
Heu miſeros hominũ caſus:heu ſidera genti
Læua nimis:cũ ferre iugũ vel obire neceſſe eſt.
Dux venetũ turbam inſontẽ miſeratus in alta
Mœnia iactari ad miſeros alimenta iubebat
Aſſidue.proiecta manu poſt pabula miles
Talia vociferans dictis vrgebat amaris.
Quæ vos inſani quæ vos dementia ciues
Impulit a veteri patrum diſcedere ritu?
Sforciadiſq; leues ducibus pręponere gallos?
Nulla iugi grauitas itali tam ſæua videri
Debuit/vt gen⁹ hoc hominũ tam mobile & exlex
Præficeret vobis.Ite:& iam fidite gallo.
Carolus ingrediens italos miracula ſecum
Vexit:& ambroſiæ ſuccos ducebat olympo.
Nunc opus eſt.nunc prodigijs cœleſtibus vti
Tempus:ad obſeſſos veniẽs alimẽta miniſtret.
Vos diuina opera experti:vos libera tandẽ



Colla iugo ſubduxiſtis:iam viuite læti:
Securiq; famis duros contemnite cenſus
Principis inſubrũ:atq; italos dãnate tyrãnos.
Iam ditati omnes:iam libertate potiti.
Talia cum lachrymis ciues audire coactos
Tœdet:& aſpectũ veritus pudor obiurgantũ
Vultu ęrũnoſo axillas premit:ac leuat armos.
Maximus inſubrũ ductor Lodouic⁹ vt omnes
Compoſuit populos:& regna lyguſtica:tandẽ
Lætior a grauibus curis vt ab ęquore quondã
Impacato animũ reuocans ſe in caſtra recepit
Cum conſorte thori:ſeſeq; immiſcuit armis.
Nec minus aduentu ducis eſt gauiſa iuuentus
Martia:q̃ tellus:cum iam venus aurea tauri
Cornua vere ſubit:cũ culta virentia ſurgunt
In ſegetes:campi in flores & paſcua:ſyluæ
In frondes in carmen aues:ſtudiũq; futuræ
Prolis in ardorẽ veneris gen⁹ omne animãtũ.
Cum duce mantoo gradiens examinat vrbẽ:
Munitos mira arte locos:mira arte viarum
Arcibus impoſitis aditus & milite clauſos
Admirãs opus omne probat.ſed caſtra ſuorũ
Cogit:& ex caſtris fieri iubet vna duobus
Sic monuit bellona ducẽ:quę pręſidet armis.

Quæ pacē bellumqꝫ regit. ne gallicus hoſtis
Audeat in totum: quod tempore forſitan vllo
In partes auſurus erat. Prudentia rebus
Excubat in dubijs: & qua impendere periclū
Suſpitio: loca diſpoſitis cuſtodibus armat.

## LIBER TERTIVS.

IAm grauis autumno fugiens
conceſſerat æſtas
Et libræ iuga ſumma tenēs au
ratus Apollo
Fecerat ęq̄les tenebrarū & lu-
Cū deꝰ ęq̄nimi moderās ſ̄gna oīa cura (mīs horas
Marcū ad ſe Ambroſiūqꝫ vocat: duo magna ſena
Lumina cœleſtis: genua inclinata caputqꝫ (tus
Submiſere ambo ante dei ſublime Tribunal:
Attentiſqꝫ ſilent animis: atqꝫ ore ſupino
Imperium patris expectant. Tunc talia fatus.
Ite citi. Eſtigenæ deſcendite ad herculis alta
Mœnia: quę trifida circū Padꝰ ambulat vnda.
Atqꝫ meo mandata duci mea nomine ferte.
Pax mihi curę: odio rixas & triſtia ſemper
Bella habui: Quid enim bellū niſi miſſa ꝑ orbē
Publica tempeſtas: duræqꝫ licentia mortis?
Ergo eat: & generos regi: galloſqꝫ latinis
Conciliet: miſeraqꝫ onus hoc depellat ab vrbe



Sic ait: & lęto nimbos ac nubila vultu
Diſcutiens mœrentē oculis hilarauit olympum.
Iuſſa capeſſentes diui penetralia tecta
Principis inuadunt ineunte ſilentia ſomno
Ipſe inſōnis adhuc cano venerabilis ęuo
Regales animo curas & mœnia magno
Extendenda ſinu ſecum voluebat in vmbra
Noctis: & ingenio metans opus omne iacebat
Hoc animaduerſo diui veſtigia torquent:
Et ſomni petiere domos. in vallibus altis
Tecta vmbroſa cauo ſub monte humentia triſti
Aere calligant tacitaqꝫ abſcondita nocte.
Letheis egreſſus aquis a limine riuus
Labitur: & tenui crepitans ſonat vnda ſuſurro
Totus hyoſciamo campus viret: omne cicutam
Spōte ſolum pariēs ſub olenti abſcōdit vmbra.
Tota papaueribus fruticās humꝰ: vndiqꝫ gramē
Ignea purpureo quod veſtit grana cucullo.
Antra interna dapum fumos halantia pingues
Naribus applaudunt: nidor ſpumantis iacchi
Quo ſolet october cum muſta recentia magnos
Vndauere lacus cellas implere falernas
Spirat odora ferens venientum nubila ad ora.
Ipſe oculis captus ſurdaqꝫ inſenſilis aure

Obſcurumq; caput nigro vittatus amictu
Molle ſuper ſtratū ſedet:& vix languida ſomnus
Ora regit:vibratq; alterno tempora nutu.
Stant circum formata modis inſomnia miris
Mobilibus formis veros imitantia caſus:
Et varios rerum euentus:vocēq; ſonumq;.
Pingere docta:nihil terris erebo ve ſub alto
Nil pelago/nil cœlo ipſo:quod fingere noctu
Non valeant:miſcent veris mendacia:velant
Inuolucris:vbi deſudet cananeus Ioſeph.
Huc igitur diui ingreſſi ſparſere per antrum
Lumen:& Ambroſius tali ore ſilentia rupit.
Sōne quies hominū blandiſſima:ſōne animantū
Inſtaurare potens animos & languida membra
Huc ades:& tecum duc morphea formipotentem
Qui ſimulare deum ſciat:Eſtigenāq; docere
Pauca ducem. Petat inſubres:regemq; latinis
Conciliet. Tu perſonas doctiſſime Morpheu
Naua opus hoc/totāq; adhibe(Deus īperat)artē.
Sic pater. Aſt illi ſumptis pernicibus alis
Se inſinuant thalamis:ſparguntq; cubilia ſucco
Tota ſoporifero:mox miſſa ad tempora virga
Fert ſimulachra ſopor curis agitata diurnis.
Atq; animum blande expulſum de ſenſibus ītra



Corda abigit palpans oculos/& pectora mulcēs
Nec mora:ſubgredit:mētiſq; p atria Morpheus
Scęnā aperit:monſtratq; deū mandata ferentem.
Et iam ſigna nouus faciens ad prima ſonabat
Sacra dies. Dux euigilans procumbit ad aram
Supplicibus diuos venerans & numina verbis.
Mox iter aggrediens inſubria regna ſubintrat
Et tandē a generis ſolenni in caſtra receptus
Lætitia curas aperit: pacemq; ſecundat Pax
Dulcibus alloquijs ac maieſtate paterna
Sic referens:ſi quādo armis venit vſus oportet
Eſſe breuē. Quia relligio non regnat in armis
Nō pietas :nō iuſtitię reuerentia:non lex.
Templa ſilēt:agri areſcūt:fora mercibus orba:
Cuncta tenet mors atq; fames. Et erinnyes orbē
Depopulatę implent animis pereuntibus orcū.
Adde q insontes primi rapiuntur. & omnis
Innocuos metit iſte furor. ſinite ire nefandam
Hanc rabiem ſtyge progenitam Plutonis alūnā.
Talibus ad pacem ſenior pręcordia flectit:
Atq; deo ducente animos & corda regente
Gallum adiens eadē memorat:pietate ſenectam
Suſtinet:ire vias iterumq; iterumq; redire
Nō graue:ſic tandē immanes cōpeſcuit iras

Regnaq; ſublato fecit diſcordia bello.
Conueniunt igitur Galli cum ciuibus illinc:
At ſocer & generi venetis cum patribus iſtinc:
Sanctaq; legitimo veniunt in fœdera ritu.
Vrbs obſeſſa duci Venetum: quia fidere ſoli
Poſſe putat: ſeſe rebus vitæq; ſalutem
Pacta dedit. Capta gallus diſcedit ab arce.
Arx Genuæ imenſum late, quę proſpicit ęquor
Colle ſedens/ gallis/ fuerint ſi forte reuerſi
Ante annos in bella duos: tradenda ſequeſtro
Linquitur Eſtenſi: genero mox tempore lapſo
Sfortiadæ reddenda. ſacris ſolennibus icta
Fœdera: & inſubres ita pax vulgata per oras.
Dum circũ ardentes aras pleno ore ſacerdos
Intonat & pacem celebrat clamoribus altis
Dulce erat auſoniis/ gallo illętabile & atrum
Cernere quę noſtri myſſæ ornamenta ferebant
Omnia gallorum exuuias pręda mq; fuiſſe
Hoſtilem: & ſpolia ex campis tarrenſibus acta.
Iam gallis impune itali galliq; latinis
Mixti alacres ſermonẽ ineũt: cõmercia tractant:
Longaq; perpeſſi recitant incommoda martis.
Ipſa autem tacito crimen confeſſa rubore
Accipit inſubres/ aperitq; nouaria portas


Flebilis abſumptis opibus: maiore ſuorũ
Vi famis & ferro: miſſa iam parte ſub orcum.
Vrbs antiqua ſedet mediis vberrima campis:
Qua vehit a gelidis montanũ vallibus amnẽ
Setia Vercellæ Euſebii ſacro inclyta buſto.
Huc ſua gallorũ princeps contraxerat arma
Obſeſſę laturus opem niſi fata negaſſent.
Aſt vbi viſum aliter ſuperis: reuerẽter olympo
Cædit: & in patriam italia parat ire relicta.
Sed tamen ante ducẽ Venetũ: quia fortia facta
Viderat: & iuuenis bello inſuperabile pectus:
Cernere & affari coram cupit: omnia virtus
Vincit: in ipſo etiã grata eſt & amabilis hoſte
Nec minus auſonii tanta ditione ſuperbum
Regem oẽs vidiſſe optant: quẽ vincere quondã
Spes vel nulla fuit: vel certe infirma latinis:
Iam victis bello calabris: & Aragone pulſo
Ad ſiculas procul vſq; domos. Gonzagi[9] ergo
Cum venetis ductor patribus cũ milite multo
Regem adit: & magno ſubeũt in mœnia luxu.
Audito ducis aduentu ſtudioſa videndi
Cõfluit vrbs/ velut antiqua ad ſpectacula Roma/
Cum ſeu circenſes curua gladiator harena
Luderet: œdipoden ageret ſeu Roſcius alto

Ore ſonans humiliue procacē Thaida ſocco.
Perquirunt heroa oculis: ſtant omnia in vnū
Lumina fixa Ducem venetū: mirantur & ora
Martia: & arma viri late rutilantia: & altū
Quadrupedē ſpirantē iras: & bella minantem
Auribus arrectis: & anhelis naribus hauſtū
Aera ſpargentem: ac tanto ſeſſore ſuperbum.
Ipſe quoq; ingenti veniens Rex agmine cōtra
Affatur læto ore omnes: ſed totus ab vno
Pendet: & vnius mouet altam gloria mentem
Principis antiquæ Mantus: iuuenemq; tuetur
Altius: admirans pectus: forteſq; lacertos.
Horreſcitq; videns: nec adhuc mēte excidit alta
Bellū atrox: nec adhuc penitus formidine liber
Vix audet conferre gradum: ſimileſq; volucri
Quę cōprehēſa ſemel curuos ſi euaſerit vngues
Vulturis: effigiem quotiens prædonis & ora
Viderit: antiquæ redit in veſtigia curæ.
Attamē alloquitur: prehenſumq; in regia tecta
Ducit: & hic vultu iuuenē compellat amico
Dic age: dic Italæ princeps fortiſſime gentis
Quis mihi: ſi in bello atroci tum forte fuiſſem
Agnitus ad Tarrū: quis erat: neq; vera fateri
Tedeat: euētus? quę ſors? Rex maxime gallū



Ductor ait: non me impietas hęc miſit in arma
Non auri: non cędis amor: ſed gloria rerum
Maxima: & italidum vitę decus anteferendū
Eſt viciſſe ſatis: nec te ſors vlla manebat
Aſperior: q̄ victum eſſe: & certamine captum.
Sic iuuenis. Tū Rex quid me iuuat eſſe potitū
Italia ſine te Dux inuictiſſime? ſolus
Tu expugnandus eras nobis: ſic omnia tecū
Expugnata forēt: magnas penetrauim⁹ vrbes:
Vicimus aereas arces: ſubiecimus Altæ
Parthenopes regnū. victricia ſigna per omnē
Miſimus Italiam: donec tua maxima virtus
Fulta deo freta: ingeniis & grandibus auſis
Neſcio qua noſtris venit contraria rebus.
Viue igitur: galloſq; tuæ primordia famæ
Inclyta ne tantis poſthac preme cladibus oro.
Neſcio quę mentē mihi vis mouet: atq; futuri
Præſcia corda facit: cogor tibi pandere fata
Importuna: feret labem tua gloria falſam.
Liuor enim: poſtq̄ venetos abſolueris omni
Marte: graui te dente premet: vulnuſq; ſub altū
Pectus agens caſu te ſollicitabit amaro.
Sed tua ſancta fides nunq̄ vicianda locabit
Te in ſolido: tua te melius fortuna repentę

Tráſferet:& magnis auimis fata aſpera vincēs.
Rurſus vbi gallis venetos regnator olympi
Iunxerit:& ſubito mora atq; cydonia mala
Deciderint lapſu:tua regna libantia galli
Quos modo perſequeris:de tēpeſtate reducēt
In portū:& magno ereptum mœrore fouebūt.
Qui me cūq; ferent:qui ſic mortalia caſus
Omnia ſubuertunt:quę me loca cūq; tenebunt
Dum dabit his auris veſci deus/omnia tecū
O decus Italiæ communia ſemper habebo:
Regna etiam:rebuſq; tuo nutu vtere noſtris.
Talia commemorans miſſis ad colla lacertis
Oſcula dat:fletuq; ducem dimittit oborto.
Rege triumphato Franciſcus & vrbe recepta
Lætior in patriam victricia ſigna ferebat
Per laudenſe ſolū:per diuitis arua Cremonæ:
Cum nouus inuaſit mentē labor:ocia virtus
Odit:& ambit opus:vireſq; acquirit agendo.
O mihi:ſi regno gallos arcere ſicano
Secū ait:atq; nouum partę decus addere laudi
Hoc quoq; contingat:tuaq; Auguſtiſſime regū
Ferrantes grauibus regna exonerare Tyrānis.
Talia Aragonio iuueni deuinctus amore
It meditans:toto calabrum iam pectore martē



Concipit:atq; optans iterum ſudare ſub armis:
Atq; tubas audire iterum:cōcurrere rurſum
Sub clypeo rurſum hoſtiles aſcendere muros.
Grandibus ardeſcit curis generoſa iuuentus.
Nondū facta quies:& iam pudet eſſe quietum.
Delectat veſtiri armis:ferrugine tingi:
Ferre haſtile manu:paciq; aſſueſcere neſcit.
Ignauos pudet ire dies:& inertia noctis
Tempora pertęſus vigilat:forteſq; recenſet
Ore viros:memorat pugnas atq; inclyta facta
Quod ſomno īdulget bellū ē:videt ire cohortes.
Curat equos:tormēta locat:ruit oppida/& arces
Fulminat:Et ſenſu belli ſtudioſa ſepulto
In belli mens vota redit:curaſq; diurnas
Excitat:a ſtudio lucis ſata ſomnia ſurgunt.
Iam loca ſortitus diuerſa per oppida miles
Iuerat:ipſe ſuam victor deſcendit in vrbem.
Nec mora ciuiles coniunx Iſabella cateruas.
Lęta viri aduentu longis equitatibus ante
Ire iubet nitidis in veſtibus:ipſa ſuperbo
Inuehitur curru:niueiſq; iugalibus acta
Inter mille nurus gaudet:ſimiliq; Dianæ
Cum noua ſtellanti micat inter ſidera nocte
Dulcia regali ſcintillat gaudia vultu.

Serica ab intexto gratum decus accipit auro
Inſtita. Collectos crines hiacynthina nodat
Tænia & electro ſimilis ſubit aurea vertex
Retia: gemmarū rutilant a fronte corymbi:
A iugulo ex humeris totuſq; in pectore Gāges
Ardet. Erythręi ſplendor cythereius orbes.
Colla ligant: ſinus aſſyrios exhalat odores.
Virgo opibus tantis & tali ſplendida luxu
Vincit opes oculis: cultuſq; abſconditur ore.
Iuncta dioneæ grauitas iunonia formæ
Tentatura Iouem: molli per lactea membra
Maieſtate fluens occultū inſeminat ignem.
Palladiuſq; pudor ſancti cuſtodia fraudem
Non paſſura thori circum pręcordia ſemper
Viuit. & obſcœnis facit inuia pectora curis.
Circumſtant oſtrati equites: atq; agmine magno
Vndiq; cincta viro venit exhibitura triūphum.
Mutua congreſſu primo dant oſcula: & agmen
Alterno clangore tubis pręeuntibus altos
Subgreditur pontes. audit lacus ęquore lato
Vndiq; plaudentes populos: alteq; ſonantem
Lętitiam: ſic victor init ſua mœnia princeps.
Impetus inſubres poſtq̄ mauortius agros
Deſtituit: gallos qui regna oppreſſa tenebant



Rex nouus vt longe patrijs arceret ab oris
Ad venetum confugit opem: viſa iſta ſaluti
Sola via eſt: etenim toto munimina regno
Fortia campanis Rex cum deceſſit ab oris
Conſtituens: aditus hoſti p̄cluſerat omnes.
Nec niſi conducto venetum molimine & armis — Veneti
Vis ſoluenda fuit: prima iſta potentia rebus
Pręſidet auſonijs: ipſi moderamina belli
Ipſi pacis habent ſoli: telluris: & vndæ
Lora regunt: inuita etiam fortuna ſenatus
Ad veneti conſulta venit: aliumq; veretur
Cenſuramq; ſenum: pudet attentare ſub ora
Sancta patrum quicq̄ leue: ſed matura ſecundat
Conſilia: a nutu venetum victoria pendet.
Hoc animaduerſo: iuueni cū mœnia primum
In ſua peruenit: ſancti implorare ſenatus
Extemplo viſum auxiliū. pactuſq; daturum
Se ſatis impenſę armorum belliq; gerendi
Quattuor ęquoreas venetis oppignorat vrbes.
Cauti ergo iuuenē caſtris opibuſq; iuuandum
Suſcipiunt. rurſum aſſumptis exercitus armis
Cogitur ęre dato: rurſum Gonzagius heros
Suſcitat ingentes animos: & martia rurſum
Inſtrumenta parat: bellatorumq; recenſet

Omne genus:litui redeunt:& claſſica cantu
Belligero reuocant pugnas:& bella reſurgũt.
Ecce iterum bellona fremens grauat ęgide pectꝰ
Loricata ferox:& acuta reſumitur haſta.
Ac reſides negat eſſe viros:in idonea laudi
Tempora reſtitui:gaudet Gonzagia proles:
Ante tamen q̃ tendat iter:peregrinaq; longe
Arua petat:venetos ardens inuiſere patres
Cogit amor:totiſq; fides immerſa medullis
Ergo adiens magnam paucis comitãtibus vrbẽ
Improuiſus adeſt:famaq; citatior omni
Ac ſua tecta petit per opaca ſilentia nigræ
Noctis:vt ante diem properans ad principis alta
Atria ſi qua ferant patres mandata:capeſſat:
Secretoq; abeat.ſed mox vulgata per omnes
Fama locos:ardent ciues ducis ora tueri
Victoremq; videre virum:quem gloria victo
Bis iam:magna facit notũ vſq; ad ſidera gallo:
Gallo inquã qui inuictus erat.qui vicerat omnẽ
Auſoniam:qui trinacriæ iam regna tenebat.
Ergo omnes paribus velut ad miracula quędam
Maxima concurrunt ſtudijs:iuueneſq; ſeneſq;
Fœmina virq; ſimul.vix prima aurora rubentes
Protulerat vultus:cũ iam plena atria patrum



Mane ſalutantũ:vulgiq; ad limina murmur
Prima ſonans:tandẽ dux expectatus ab omni
Plæbe venit:patrũq; graui comitante caterua
Et populo ſeſe circũ glomerante per vrbem
Incedens diui ingreditur tẽpla ardua Marci.
Continuo princeps vt res innotuit:altis
Deſilit e tectis properans:& ad ima repertũ
Limina protenſis lachrymãs cõplectitur vlnis.
Feſta vrbi fuit illa dies:ſpectacula ductor
Ipſe fuit:populi patrũq; in corda receptus
Intima.perpetui cui decernantur honores
Dignũ omnes:nec ſe meritis ſatis eſſe fatẽtur.
Nec mora:de rebus longo ſermone gerendis
Ante habito dape mox ſũpta cũ nocte cubãdũ ẽ:
Ipſe ſuper fluctus abiẽs:volat æquoris altos:
Atq; ſedens in puppe regit:tellure potitus
Scãdit equos:volucriq; petit ſua mœnia greſſu
Inſomnis:lacedæmonio durata iuuentus
More:poteſt onus omne pati:vitę aſpera vires
Diſciplina facit validas:& ad omne laborum
Mẽbra genꝰ ſolidãs iuuenes accõmodat armis
Vt rediit:geminos vocat in conclauia fratres
Siſmondũ Iannumq; pares vt origine & alto — Fratres ducis.
Sanguine:ſic magnis animis & amore perẽni

Conſ[o]rtemq; thori: demū ſic ore loquutus.
Arma viros vt penſa nurus: & fortia ſemper
Facta decent: ſed tū tamen āplius: ignea quādo
Vis mouet ardentis creſcentia corda iuuentę.
Tum moliri opus eſt. quę collabentibus olim
Viribus effœtæ ſint cōmemoranda ſenectę.
Illa recedentis vitæ pars vltima tranſit.
Mitius exacti quotiens reminiſcitur æui
Eximiā laudem: & viridis decora āpla iuuētę.
Hęc me cauſa adigit tot adire pericula martis:
Ducere tot ſub ſole dies: ſub ſidere noctes.
Vos fortuna quibus diſpar ſed gloria forſan
Nō diſpar. nec em̄ egregijs ſine laudib⁹ vnq̄
Publica res bene recta domi: cōmunia regna
Commune ſeruate domū: tria pectora in vnū
Conſpirate bonū: vobis mea debita: nobis
Veſtra laudes: ſi me reducē poſt bella reuerti
Fata ferent reliquos ſine marte quietior ānos
Vita dabit: quando Gallis iam parta fugatis
Pax erit Italiæ: tunc vna & viuere longos
Et gaudere dies fas: & caneſcere in vnum:
Ac ſimul in noſtris finire penatibus æuum.
Sic ait: & lachrymans ſacra ad ſolēnia tendit.
Et longū ante aras genua inclinatus adorat.



Caſtrorum pars prima vias inuadere longis
Cœperat ordininibus: veniēs cū nuncius vrbē
A ferrante ſubit: magno qui regia portat
Dona duci binos equites: quib⁹ ardua ceruix:
Frōs albis ſtellata notis: iuba cādida in armos
Vſq; fluens: & corda toris animoſa ſuperbis.
Thracē enſem: Thraces arc⁹: Thracēq; pharetrā
Cum iaculis: Galeā nitido lęuore micantem
Criſtatam: qualem pro libertate ſolebat
Ferre quirinalis romana in pręlia conſul.
Et thoraca grauē ſquāmis fulgentibus: aureis
Marginibus: quā bilbilico faber imbuit amne
Celtiber infundens operi impenetrabile robur:
Adiunxitq; decus varium ſignata figuris
Pectora: vt Alfonſus ſoluēs ab aragone claſſem
Nauigat ad Calabros: vt Iapygis arua ſubitrat.
Vt potitur ſceptris: vt captæ pręſidet vrbi.
Addidit & fati ſignum: cum ſtella comanti
Sidere longæuo prędixit funera Regi.
Ferrantes in bella venit poſt fata parentis
Stant acies: ſtat conferta ſub claſſide miles
Pugnaturus: eunt pedites ad tympana ducti.
Vendicat imperium: & ſolio ſublimis ab alto
Iura dat: & longa populos in pace gubernat.



CA UNIVER

Romani Rex ante patris veſtigia ſeſe
Curuat:& innectit ſumm⁹ diadema ſacerdos
Alter vt Alfonſus nato noua regna relinquat
Exul: vt in ſiculis incurrit fata latebris?
Vt mare ferrantes iuuenis legit: vtq; ſilenti
Nocte premẽs Gallos eſt in ſua regna reuerſus.
Manto A tergo ſtat tincta lacu pulcherrima Manto:
Cęruleuſq; animis crebro vada vortice torquet.
Accipit exultans heros regalia dona:
Et picto in thorace ſinũ ſine imagine cernens
Dic ait o præſtans qui regia dona tuliſti
Nuncie dic: niſi res incognita: defuit arti
Copia? an hoc potius fortaſſe induſtria fecit:
Eſſet vt id ſpacij ſignis & imagine nudum?
Ille vt rem prędoctus erat: cupiduſq; rogari
Id vacuum non caſus ait: nec inopia inertis
Artificis: ſed Ferrantis ſolertia fecit.
Hic tu⁹ o princeps loc⁹ hic tuus: hic tua poſtq̃
Egeris e regno Gallos: victoria ſedem
Ponet: & ipſe inter reges ſignabere noſtros
Sic ait: & membratim educit cætera capſis
Tegmina picturæ varijs inſignia formis.
Brachia thebani pingit labor herculis hydra
Atq; molorchęus dextrũ leo: dura ſiniſtrum



Vincla bouis: tractuſq; erebo canis ore trifauci.
At femore in dextro lapytę: & cẽtaurica bella.
In lęuo Meleager aprum tranſuerberat haſta.
Crura tenẽt ſatyri: Ven⁹ hinc cubat: inde cupido
Sopita ceruice premens arcum atq; pharetram.
Iamq; iter ingreſſus ſoceri ducis arua tenebat
Iuncta pado: ſubit hoſpitio ſuſceptus in amplis
Porticibus: magnoq; ineunt conuiuia luxu.
Aſt vbi liberius menſis fandi hora remotis
O pater vnde inquit ſiculi diſcordia regni
Hęc tam dira venit? quid tanta incendia belli
Suſcitat? vt galli hiſpanis hiſpania gallis
Antiquis inter ſe odijs certamina verſent?
Tum ſenior. pars italiæ quæ vapulat vndis
Auſonijs infra: veneti maris ęquore ſupra
Quod nõ paſſa iugũ? Nulla eſt q̃ pluribus vnq̃
Seruierit dominis: ſeu barbara regna tueri
Seu romana velis: regio tam mobile nuſq̃
Cernere erit: q̃ magna patet terra vndiq; regnũ:
Gręcia: ſi qua fides priſcis annalibus arua
Illa habuit primum: moreſq; & mœnia fecit.
Teſtãtur Diomedis aues: quas vidimus ipſi:
Hoſpitibus ſolitę graijs applaudere tantum.
Inſuper Auſonij veteres a pignore Olyſſis

Auſone: quem profugo peperit famoſa Caliſpo:
Dicti olim: ſors hęc longos immota per annos
Viſa illis fixiſſe locis veſtigia. verum
Omnia deſtituunt labentia tempora: rurſum
Omnia reſtituunt: variatq; alterna viciſſim
Cuncta negans hominum rebus fortuna quietē.
Romulidæ: graios hinc exegere: latinos
Pœnus: ab antiqua veniens Carthagine quōdā.
Pœnū ital⁹ rurſum. poſt plurima ſęcula ab arcto
Immanes venere Gothi. gentemq; latinam
Euertere: Gothos Graij certamine longo.
Rebus in humanis tanta inconſtantia: rurſum
Paſſa diu tellus arabes plebemq; libyſſam
Pręda fuit ſaracenorū: Numidū: & Naſamonum:
Gens ea cruda trahens ſine lege & numine vitā
Sacrilegam temere auſonijs ſe infuderat aruis
Vndiq;: tum nullus templis honor: impia vulgi
Barbarici improbitas diuis illudere paſſim
Cœperat: & delubra vſu inceſtare profano.
Id prohibens illa qui tempeſtate tenebat
Regna ſacerdotum genus: id molimine magno
Expulit: & poſthac illos inuadere campos
Non eſt auſus arabs. ſed nec tamē illa quierunt
Regna: ſubintrarunt galli: venere lemāni:



Panonii/hiſpani nunc hos/nūc pertulit illos
Fortuna inconſtans: lōgū eſt certamina/longum
Enarrare vices. Tandem regina diebus
Ianna meis ſine prole: opibus belloq; potentem
Arrogat Alphōſum. iuuenēq; in regna receptat
Ipſe quoq; indulſit ſumm⁹ data regna ſacerdos
Borgius excluſis gallis: & pendere cenſum
Imperat: iſta autem grauiter galli acta ferentes
Ante pium Aeneam ingentes mouere querelas
Vrbe tua quondam memini: pius ore diſerto
Reppulit inſtantes gallos: ac cędere iuſſit.
Illi indignantes in idonea tempora ſeruant
Hanc tandem molem irarum: quam Carolus iſta
Tempeſtate videns ortum inter ſfortiadarum
Regna: & aragonios bellū eſt effundere adortus.
Hunc ignem exagitans italas erupit in oras
Impete cum tanto: mouitq; a ſedibus imis
Regnum: vrbes: populos: Piſas abſoluit etruſco
Imperio: noua ſubuerſis Florentia rebus
Conſilia inuadēs: Medicum genus egit ab vrbe.
Tum forte extincti ducis eſt tranſlata poteſtas
Sſortiadæ in patruū generum mihi triſtis arago
Tam miro verſata modo mirabitur olim
Iſta volubilibus tot rerum euentibus acta

Poſteritas:noſtri caſus cum perlegit ęui
Tam varios/tam pręcipites. Tu cętera Ductor
Quę peperere tibi ſummũ decus:omnia noſti.
Sic ſocer:Et fandi finem nox humida fecit.
Vix nocturna dies oriens abſconderat aſtra
Cũ phaethonteę propter vada longa paduſæ
Caſtra mouens ductor celeri petit ęquora greſſu.
Iamq; paludoſæ ſuperans pineta Rauennæ
Venerat alpini paruum Rubiconis ad amnem
Cum ſubijt mentem cęſar:reminiſcitur auſus|
Tam fortunatos:tantiq; exordia belli
Accuſanda:niſi forſan deus illius autor.
Autoremq; deum facti concludit:& alto
Corde putans diuum occultos intelligit orſus.
Nanq; volens dare vẽturis primordia ſęclis
Cęſaris ambiguam mentem deus omine certo
Firmauit:iuſſitq; amnis confinia rumpi:
Quando vir ignotus correpta claſſica concha
Edidit:atq; tubas inflans veſtigia in vndam
Miſit:& ingenti perterruit ęquora bombo.
Hęc meditans carpebat iter:iamq; ardua montis
Culmina:& Vrbini aeream ſcandebat in arcem
Cum ſoror occurrens cliuoq; ſororius alto
Deſiliũt i equis:& magno i mœnia ductũ



Agmine ſuſcipiunt tecti regalis in aula
Picturis ſplendẽte nouis:vbi Tarrus & omnis
Pugna illa immenſum fama iam nota per orbẽ.
Ipſe inter gallos ſeſe legit:& ſua cernens
Facta animos leuat/& magnis mẽs ęſtuat auſis.
E regione decus gentis Federicus & ingens
Gloria monfeltræ nitidis circũdatus armis
In volaterranas rupes conſcendit:& vrbem
Diripiens tyrrhena iugo videt ęquora ab alto.
Nec procul aonides per prata virẽtia nymphę
Florea ſerta legunt propter cephiſidas vndas.
Et Guido in medijs Baldꝰ puer:indole magna
Diſcit apollineos cantus:& carmina pangit
Ad numerũ. Mauors puerũ cũ pallade ab alto
Reſpicit:& grãdes animos inſpirat & arma.
Nec poſt magna chori Triuię interualla ſequũt
Virginei:Dryades:& Oreades:atq; Napeæ
Crura cothurnatæ:manibuſq; haſtilia vibrãt
Picta:pharetratis humeris:& pectore clauſo
Ad iugulũ. Zephyri ludunt in crinibus aureis
Contentuſq; breui cultu decor & ſine fuco
Ora pudiciciam redolentia ferre viriles
Neſcia conſpectꝰ:pauidoq; aſſueta rubori.
His inſerta choris graditur comes vna dianę

Baldi olim ſubitura thorũ Gonzagia Virgo
Eliſabeth:ſociaſq; omnis ſupereminet ore
Tindaridẽ referente:oculis radiantibus inſtar
Luciferi:cum ſe inceſſu per ſidera pulchro
Mane refert:credenda Venus:ſi ſola fuiſſet
Hęc vbi lecta:dapes ineunt:magnoq; paratu
Importata onerant alacres conuiuia menſas.
Crateres fulgente auro flauentia inundant
Vina cauos:molliq; rubent argentea baccho
Cymbia:& ingẽtes paterę & archeſia ſignis
Aſpera conuiuas hilarant:& pectora mulcẽt.
Sole dies abeunte cadens inuadere ſomnos
Iam monet:ipſe autẽ vigilans intẽdit agendis
Rebus:& ignotos aditus adeundaq; diſcens
Oppida ab indigenis certo iubet ordine caſtra
Sub lucem tutam ire viã. Tum protinus ipſe
Pone ſequens Apœnini iuga præterit alti.
Iam tenet hiſpelli campos:meuania tranſit
Mœnia:clitumnũq; greges qui parturit albos.
Fulgineãq; oleis pinguẽ:Iam Narnia celſis
Rupibus incumbẽs:& nar fugientibus vndis
In tyberim curſu vmbroſo per frigida ſaxa
Linquitur:& ſuperans albenẽ thibrydis vndã
per ſoractis agros Romã deſcendit ad vrbẽ.



Aduentu lætata Ducis fluit obuia plenis
Roma vijs. Turmatim oẽs populuſq; patreſq;
Flumentana ruunt ad limina:Flaminiamq;
Turba frequens onerat. priſcos Tyberina trium
Ripa recordata eſt:tyrio cũ vidit in oſtro (phos
Tot flagrare togas:longiſq; incedere pompis
Armatorum acies tantas:vix ſuſtinet arcu
Miluius excelſo pondus peditũq; equitũq;.
Nec iam rauca ſonant arcem labentia ſubter
Flumina turrigeri circum veſtigia pontis:
Vincit aquas hoim̃ murmur:crepitãtiaq; arma.
Tympana:& hinnitꝰ equitũ clangorq; tubarũ
Tempus erat quo longa noui ieiunia veris
Conciliant animos ſuperis:oleaſq; ferebat
Illa dies:paſſuri iniens ſolennia Chriſti.
Ergo omnes palmis virides & frõde Minerue
In campũ Mauortis eunt:ſtygiumq; Tarentũ:
Cęſaris Auguſti cineres vbi fama ſepultos
Atq; iterũ Tyberim ſuperãt hadrianica ꝓpter
Buſta:ſupercilio montes ęquantia ſeptem
Collis in aſcenſu cui dat:niſi vana vetuſtas:
Nomina vagitus:properans ex arce ſacerdos
Maximus:ac iuuenẽ amplexãs ſubducit in altã
Roma omni exultante domũ:fruiturq; cupito

Iam dudū aſpectu.ſolidos examinat artus
Ex vultu:ex oculis:ex filo corporis:alta
Corda videt:quibus in gallos tā fortiter auſus
Tollit in excelſas ędes:vnde omnia Romę
Cernere fas loca/quę veteri ſunt inclyta fama
Oſtendit iuga ianiculi:docet illa per arua
Saturnū regnaſſe olim:ianumq; bifrontē
Colle ſuper viridi patrios habuiſſe penates.
Monſtrat auētini ſurgens in flumina dorſum.
Et phrygiæ quōdā matris modo virginis vrbe
In media templū attollens liuentia plumbo
Culmina:& Agrippæi gētes prope tēpla ruinas.
Et Pallantęum Euandri memorabile priſco
Herculis hoſpitio:bobuſq; a gadibus actis.
Et Capitolini tumulum Iouis:& torquati
Egregiam noctē memorat:galloſq; ruentes
Tarpeia de rupe:duas ſub monte columnas
Romuleo:Fora troiani:vetus āphitheatrū.
Naumachiæ loca:maioris veſtigia circi.
Cœliū:& exquilias celebres niue,& ęde ſupba
Virginis:& thermas:dictūq; a vimine collē.
Gallica buſta.lacum Curti:& naualia roſtra.
Mœnia:& ambitā muris ac turribus vrbem
Tam late:oſtendit bifidum quę diuidit amnē



Inſulā:& egregios ſubter torrentia pontes
Flumina:& a teſtis ſortitum nomina montem.
Atq; triumphales qua ſeſe inferre ſolebant
Trans tyberim currus:ductoſq; per aera fontes.
Hęc vbi viſa:epulas adeunt:curaſq; falerno
Diſpeſcente:lacus:tyberim:& maria oīa cœnāt.
Altera luſtrandis animis datur altera ſeptem
Ad delubra dies agit:videt inter eundum
Arcubus inſcriptos reges monumentaq; priſcæ
Militiæ:tiridatis equos:ſtatuaſq; iacentes
Et moles metarum altas:obeloſq; minores.
Semirutaſq; domos:animumq; attollit ad ingēs
Antiquę decus ętatis:caſtra altera mouit.
Sollicitat Ferrantis amor/deſiderat hoſtem
Magnanimū.cāpo audentem confligere aperto.
Vna dies auido pugnæ iam longior anno eſt
Oppida quo obſideat pacto:quo mœnia frāgat:
Et qua fraude hoſtem circūueniatq; prematq;.
Voluit iens:& mille animis ſtratagemata verſat.
Iam latij Romā caput:ouiferaſq; velitras:
Atq; ferentinos lirimq; ſilentibus vndis
Flumina voluentem penetrans exercitus oram
Intrat aquinatem:ſortitaq; nomina diui
Mœnia Germani ſubiens contraria Soræ

Arua fugit:namq; arua hoſtis forana tenebat:
Nec Mantous adhuc miles conuenerat omnis:
Dux ideo cunctabundis vigil agmina caſtris
Nondũ integra mouẽs temere nihil audet:& aſtu
Circũſpectus iter magno regit. vt ſolet auſtro
Perturbante fretum ſolers in puppe magiſter
Colligere ingenium:vegetoſq; intẽdere ſenſus
Et caſus metiri omnes:ita martius heros
It ſpeculans atq; opperiẽs venientia caſtra.
Proſpicit ad dextrã ductus:atq; anxuris arcem.
Et phrygij ducis Altricẽ Zedoraq; ura
Vndiq;:& eximio paſſim iuga conſita baccho.
Littora Baiarũ:Puteos:liquidoq; calentes
Sulfure cumarum campos:vbi fama gigantes
Fulmine deiectos:veteriſq; incendia phlegrę
Facta:Ioue ardentes olim iaculante ſagittas.
Iam ſubit antiqua oſcorum de gente theanũ:
Mox capuam genus etruſcũ/capis omine factã.
Hic vbi magnificis dapibus luxuq; ſuperbo
Eſt exempta fames:primis cum ciuibus orto
De rebus ſermone italis:in punica bella
Itur:& antiqui fortuna retexitur æui.
Ticini ac trebię clades/traſimenis acerba
Funera:veſtitos ramis & ſtramine fluctus:



Pœnorumq; dolos:improuida conſulis arma
Flaminij:Fabijq; moras:excita per altos
Fraude ducis libyci taurorum incendia ſaltus
Cõmemorat:cannas:& pręcipitata Varonis
Conſilia:& flentem procerum tot funera Romã.
Adijciunt nullo martis certamine victum
Hannibalem dum delicias & mollia ſectans
Ocia:langueſcit.fractum congreſſibus omne
Fœmineis decus extinctum.tanta illa prioris
Gloria fortunæ:quæ de ſudore profecta
Immenſum quaſi ſol radijs compleuerat orbem
His caput imerſit tenebris:hac nocte ſepulta eſt.
Talia dum memorant Petro ducente camertum
Principe caſtrorum magno pars altera plauſu
Affuit:& gauiſi omnes in mutua ſurgunt
Oſcula:diſcumbuntq; alacres:& pocula libant
Surrentina.cado vndantem cratera falerno
Eleuat armorum exhauſtus ſub pondere miles.
Poſt epulas lętos nox excipit:altera primo
Dum rutilans aurora hyades attolleret ortu:
Ad vada Vulturni crebro reſonantia fluctu
Caſtra meant:productæ acies crepitãtib⁹ armis
In beneuentanos celerant veſtigia campos
Patruus extemplo regis Federicus ab vrbe

Audito ducis aduentu cum milite multo
Lętabundus adeſt: ducitiſq; in mœnia caſtris
Publica cum magno celebrat conuiuia luxu.
Atria nec ſolū & clauſę in penetralibus aulæ
Luxuriant epulis: ſed in oīa compita menſas
Fert pubes vrbana. vias nidoribus implēt
Viſcera: & exhalant nebulas obſonia pingues.
In verubus ſolidiq; ſues: ſolidiq; iuuenci
A flāmis in vulgus eunt: ſpumante caleno
Vaſa natāt. Cereris grandē penus euomit vndā.
Tota dies operas omnes gratanter habendis
Contulit hoſpitibus: ſplendēt fora mercibꝰ: aræ
Sacraq; tyrrheno redolent ſolennia cultu.
Ipſę etiam alterno reſpondent gaudia turres
Vndiq; tinnitu: lętæq; per aera voces
Ferrantem Turcūq; alacri clamore ſonantum.
Dux vbi preſſa fames dapibꝰ qđ pectore dudum
Voluerat: effari incipiens o Regia dixit
Inclyta progenies tantos experta labores
Aequoris & terræ: bellorum exercita duris
Caſibus: hęc in regna viam quę fata dederunt
Tam facilem gallis? Curue indefenſa fuere
Oppida tot munita viris: armiſq; & opum vi?
Parthenopę i primis: ſedes vbi regia & arces



In cœlum tam miro artis molimine ductæ?
Talia Dux: ſic contra heros Ferrantius orſus.
Maxime bellorum ductor: cui vincere gallos
Dant ſuperi: & latias armis defendere gētes:
Contra hominē fas eſt homini bellare: nefandū
Cū ſuperis: ſic bella monēt priſca illa gigantū.
Si bellum humana nobis cum gente fuiſſet
Vel defenſa forent vel nō ſine ſanguine multo
Regna amiſſa. deus nobis bella aſpera mouit.
Ac cur: ſcire nefas. tali niſi forte tumultu
Rem in meliꝰ trāſferre optet: velut eruta cultor
Tranſportare ſolet pinguē plantaria in agrū
Sic ſolymæ quondā Ciſæo a ſanguine ſceptrū
In Dauida tulit. Plerūq; incognita: nunq̄?
Mens nō ęqua dei. ſi quando irata tremendū
Infremuit: fert rebus opem: non cogitat iram.
Neu dubites ea bella deū mouiſſe: putandū
Altius eſt quo regna modo titubantia galli
Eruerint: vt demū vti victricibus armis
Neſcierint: vt mutatis fortuna repente
Conſilijs illorum omnes illuſerit orſus.
Fama fuit populos dudum vulgata per oēs
Cui fecere fidem multorum oracula vatum
Vndiq; venturā gallorū a ſanguine prolem

Auxilio fultam ſuperū belloq; potentem:
Quę infidos Otomanigenas & barbara regna
Omnia conculcans reparet labentia Chriſti
Sęcula collapſamq; fidem toto erigat orbe.
Carolus hunc ſe credi optās vel forſitan audēs
Hoc ſperare decus: magno molimine bellū
Inſtruit: & ſparſi in populos iubet vndiq; famā
Thraicijs primum ſeſe intentare ruinam
Mox ſyriæ. ſic fata loqui: ſic numina fari:
Sic turcos quoq;: ſic arabes ſic punica regna
Sentire: & rerum finem expectare ſuarum.
Iam metus Epiro ingruerat: iā tota lababat
Græcia diffidens armis: & abire parantes
Aeſeda munibāt onera ad vectanda moloſſi
Aemathij: Dyopes: locri: ętoli: atq; pelaſgi
Theſſali: Acarnanes cū Dardanijs: & achęis.
Thraicias Aulone rates audiuimus iſto
Attonitas rumore fugam acceleraſſe per altū
Aduerſis etiam ventis: cœloq; minaci.
Ærgo huius belli aiebant ſe quærere regna
Parthenopes galli velut opportuna parādis
Claſſibus: & patrādo operi fuſo vndiq; ponto
Cōmoda: tā mēdax hominū gen⁹ atq; doloſum.
Credita res vulgo: pietas laudata: recepti


Intra animos hominū galli. Mortalia corda
( Sic ſuaſi ſic affecti progignimur omnes)
Poſſidet: & toto imperiū ſibi vendicat orbe
Relligio. figit leges ipſa atq; refigit
Arbitrio nutuq; ſuo: & credi omnia cogit.
Nos docti gallorū animos dum regna tuemur
Strenue: & aſſumptis fines defendim⁹ armis
Credimur auxiliū Turcis impendere: factam
Impugnare fidem: iuſtoq; obſiſtere bello.
( Sic hominū deluſi animi ) prudētia viſa eſt
Impietas: hoſti vſq; adeo ſimulata fauebat
Relligio. creſcente odio noſtra vndiq; gallos
Oppida conclamant: alienatiſq; relinquunt
Nos animis proceres eadē dementia & omne
Vulgus agit: lymphati omnes & lumine capti.
Fama erat: & famæ (dictu mirabile) vbiq;
Certa fides: noctu ambroſiā per gallica caſtra
Deſpuere: & gallos epulis cœleſtibus vti.
Et Regem gallorū omnes depellere morbos
Contrectando ægros artus: tactuq; medcri.
Et ſecum in bellum ſuperos ac numina cuncta
Ducere: quę facerent hyemē ſine nube ſerenā.
Nam caſu tū mitis hyems totuſq; december
Solibus intepuit claris: Ianuſq; decembri

Aemulus abſtinuit nebulis:& frigore duro:
Verſus in effigiem veris:violaria paſſim:
Et peſtana roſis olucre recentibus arua:
Quando pati ſpirante,niues aquilone ſolebāt.
Carolus inſtructis bello legionibus audax
Ibat:& auſonios implebat milite campos
Telluri graue pondus erat:vix pinguia rura
Quę frugū genus omne ferūt tot milibus eſcā
Suppeditant:exhaurit agros exercitꝰ omnes:
More locuſtarum:quotiens per nubila denſo
Agmine delatæ campo incubuere virenti:
Ac diros adigunt morſus in gramē:& vncis
Oribus erodunt omnem radicitus herbam.
Iam tenet etruſcos.Ipſoq; in limine Romæ
Iam tonat audito longe clangore.ſacerdos
Summus Aragonię fautor prius:agmine tāto
Succeſſuq; hoſtis perterritus eijcit vrbe
Ferrantem nobis Alfonſo ex fratre nepotem.
Et tamē vt Roma gallos excluderet:ante
Paulo accitus erat:ſubitoq; abſcedere iuſſus
Præcipiti diſceſſu abijt.Tum mœnia belgæ
Protinus ingreſſi totas inceſtibus ædes
Polluere:& ciues temere irritare proteruis
Auſibus:vt genti leuitas innata ferebat:



Cœpere:atq; vrbem hoſtili vexare tumultu.
Roma onus id perteſa graui dū fluctuat ira:
Dum parat vlciſci:vim viq; repellere tendit:
Rex abit:& latium penetrans confinia regni
Iam ſubit.Occurrunt vrbes:& mœnia pandunt
Coniuratę omnes:& conſpirante tumultu.
Sic Caieta ſedens excelſo in vertice montis.
Sic qui Minturnas habitant:& rura Maricæ:
Anxuris:& Capuę ciues.Veſtina iuuentus:
Formię:& auſonij veteres:& nomine vero
Appellata labor normāni aduerſa Roberti.
Rex nobis Alphōſus erat vir maximus armis:
Sed tamen & diuis & olympi viribus impar.
Ipſe ſuum ratus id fatum:regnoq; ſalutem
Se profugo fore:Ferranti diadema reliquit:
Et mare conſcendens auri cum pondere magno
Tranſijt ad ſiculos:vbi paruo inglorius ęuo
In latebris vixit ſine maieſtate:ſed alto
Regaliq; animo:& fortuna celſior omni.
Ipſe illis ſub nocte cubans haud vana di bus
Somnia quę vidit:nobis narrare ſolebat
Suſpirans animoq; putans dira omnia triſti
Cernere viſus ęrat ſtantem ſe corpore nudo
Inſilientis equi:cui frons diademate fuluo

Cincta erat:impulſum pedibus:primiſq; petitũ
Calcibus ad terram volui:ſed terga fuiſſe
Fulta ope belligeri iuuenis:qui verbere pulſans
Quadrupedem erectum magna ſe mole ferentẽ
Obſtitit:atq; feri audaces compeſcuit auſus.
Prodigij interpres rerum exitus. Arma ſupbus
Sũt quadrupes: Alphõſ⁹ inops & corpore nudo
Parthenopes regnum:qui regna labantia fulcit
Belliger ille potens armis:tu maxime ductor
Qui regnum fulcire paras:& pellere gallos
Regnum inſultantes:qui nos vlciſceris omnes.
Tunc ego cum gallũ in foribus totamq; viderem
Pro gallis armari vrbem:naſciq; tumultum
In populo ingentem:cum rege in tuta recepi
Me loca:relliquias ſeruans ad proſpera rurſum
Tempora:vt in cãpis paſtor cum nubila frãgũt
Fulgura:& horriſonis cœlum rugitibus atram
Fert hyemem:gregib⁹ quęrẽs vmbracula dẽſam
Frõde ſubit quercum:& veneto tegit ora cucullo:
Arx immenſa fretis circumlatrantibus alta
Attollit capita:& celſis mare turribus omne
Proſpectans fugit a terris diſcrimine paruo.
Hanc olim Alphonſus cum iam pacata teneret
Regna:volens poſt ſe tutos regnare nepotes



Condidit & magno in cœlũ molimine duxit.
Huc feror.& poſitis arci cuſtodibus vrbem
Audio geſtire:& celebres attollere plauſus:
Nox capuanæ arcis vexilla in culmine fluctu
Aereo caudas inflectere:& aurea cernens
Lilia:Ferranti cum quo ſpeculabar ab alto:
Chare nepos de regno inq̃ tu forſitan actum
Hoc clamore putas:mihi mens pręſaga futuri
Diuinat rem longe aliam.mutabile ſemper
Conſilium.fortuna habuit mutabile gallis
Ingenium:leue & inconſtans ac mobile vulgus
Quale fretũ:video ingentem impendere ruinam
Huic fragili ſubitoq; operi fortuna futuro eſt
Mox gallis offenſa hominũ leuitatibus hoſtis
Nunc ſeruandę animę nobis tutoq; ſedendum
Hoſpitio:donec poſito mare ſederit ęſtu.
Hęc ego:Ferrantes auſus ita grandibus infit
Sic hominem deus explorat.fortuna periclum
Sic facit:ac vires animorum intelligit iſtis
Caſibus & fortes deus alleuat ante ſolutum
His:animũ mẽbris quoſdã: poſt funera quoſdã,
Ergo animis opus excelſis ſtare omnia contra
Aſpera:dura licet:tñ eſt via ad ethera virtus.
Talia cõmemorãs lachrymis pgebat obortis

Vincere ſe & frenare animũ iuga ferre negãtem.
Inſula tyrrheno in magno ſedet ardua contra
Mœnia Parthenopes nũc Iſchia: tẽpore priſco
Q; pius Aeneas illis conſederit aruis
Dum peteret latios fines: Aenaria dicta.
Illuc pręfectis arci cuſtodibus alto
Deferimur curſu celeri: Boreaq; ſecundo
Viſuri quidnam tandem fortuna ſupremo
Cogitet euentu: & quę ſit ſententia diuum
Vltima: de noſtris poſt tanta pericula rebus.
Nec mora: ſucceſſu elati ludibrio habere
Omnia prędari, hoſpitia: inceſtare pudorem
Virgnieũ: thalamos violare: inuadere amicos
Vi/fraude/inſidijs/galli cœpere/nefaſq;
Omne ſequi: nec frena potens petulantia ferre
Accendit populorum iras: & corda momordit
Inconſulta dolor: galli pręſentia Arago
Cognita: belgarumq; procax & acerba tyrannis.
Gallorum interea pars quæ conſederat Aſtæ
Seruiles regno inſubrum de more tetendit
Inſidias: leuibus decepta Nouaria nugis
Omnia lucrari dum cogitat: omnia perdit.
Cognita per Cacios quorum primaria in vrbẽ
Factio perfidię auctores victoria regi.



Tum ſperata diu gallis inſubria viſa eſt
Paruo poſſe capi molimine. Concitus ergo
Præſidijs regno poſitis Rex gallica caſtra
Contrahit & noſtrũ ſpolijs oneratus etruſcos
Ingreditur ponto ſimilis: qui fluctibus altis
Lapſus ad aurorã: cum delia præterit axem
Aetheris: & cœli iuga ſumma: relabitur ęſtu
Pręcipiti: vaſtã reuocans cũ murmure molem
Aequoris: & verſo ſaliens ad littora curſu.
Mox igitur retro gallis cum rege reuerſis
Parthenope velut ablata flagrãte typhœus
Inarime/exiliens: nos tẽpeſtatibus actos
Aduocat in portum: noctu ſtatione relicta
Flante auſtro cœptiſq; Deo aſpirante p vndas,
Labimur in patriã: regnoq; potimur adempto
Cætera tu melius: cui victa nouaria fecit
Perpetuũ decus: & laudem ſuper ęthera notã.
Talia dum memorãs Heros ſuſpenſa virorũ
Ora tenet: polus abſcondit labentia tauri
Sidera: & elingues nox euocat humida ſomnos.

FINITVR LIBER TERTIVS.

## LIBER QVARTVS.

Poſtq̄ depulſis iterū ſub Aragone gallis
Regia Parthenope ſibi reddita: proxima gentis
Oppida Campanę gen⁹ auerſata ſuperbum
Ad primā rediere fidem: longinqua malignis
Deprauata odijs expectauere tumultum
Fatalem, belloq; grauē flagrante ruinam.
Duricies animis ea tanta immanibus hęrens
Venit ab inferni regno Iouis: vnde malorū
Omnia in humanas labuntur ſemina mētes.
Nam veteres diui: quib⁹ hęc in regna poteſtas
Ante erat: accenſi facibus liuoris & ira
Conciliū deorum
Concilio in genus id conſpirauere vocato.
Magna reatinæ mater quæ præfuit vrbi:
Pallas: Athenæo profugus cui fecit Olyſſes
Sacrā in monte domū. Iunoq; lacinia quondā
Proſpiciens duo ſublimi procul ęquora frōte:
Saturnuſq; ſenex: tenuit qui in littore tēpla
Ardua Iapygio Demoſthenis inclyta fato:
Et gemini comites Ithaci ducis: arua Polytes
Sortitus lucana: Draco temeſæa: per altum



Aethnæi cratera apicis de ſedibus orci
In ſibaris venere agros: vbi dulcia diui
Ocia cum populis traxere in ſamibus olim
Huc ſimul ingreſſi: pacē quo ſcindere poſſint
Quo gentes vexare modo longiſq; tenere
Implicitas bellis conſultauere ſub antro
Serpentes quo ęſtate ſolent diuertere ab ęſtu.
Hęcq; inuenta dolo tandē via: vota ferantur
In noua perpetuo: nunq̄ præſente coloni
Fortuna contenti omnes: meliora putentur
Omnia quæ deſunt rerūq; ardente nouarum
Cura omnes primū proceres: mox tota ferātur
Oppida: ſic rixæ & lites æternaq; bella
Gentibus accreſcent: ærumnoſiq; labores:
Quicquid opū: quicquid lucri cōflabitur: inter
Arma fluet: nihil ad ſeros ſeruabitur annos.
Semper inops: dextra ſemper mēdicus aperta
Incola: & inculta ſemper gens barbara vita.
Græcię vbi quondam florebat gloria magnę
Quę tulit Herodotū tellus fuit vnde Zenoni
Parmenidiq; genus: ſamij ſenis vnde ſeuerum
Hauſit dogma Croton forti inſignita Milone
Barbarior modo getullis: immanior ipſis
Sauromatis: atq; ex tremis incultior indis.

Tũc igitur manes hominũ ſub imagine: falſo
Relligionem habitu mentiti: & cœlibe vultu
Paſſibus incœpere ægris errare per vrbes:
Ac ſermone graui verbiſq; potentibus iſtũ
Deluſis errorem animis infundere paſſim.
Tũ ſtudijs diuiſi homines. Et Aragonis iſtos
Andegauorũ illos amor impulit: oĩa duplex
Factio confeſtim inuaſit: rura: oppida: tecta.
Hęc ea quę gallos tantum fiducia tollit.
Nam regno inſtãtes ferro oĩa: & omnia flãmis
Attentare auſi non abſtinuere rapinis:
Non cędi: non excidijs hominũ atq; locorum.
Et licet inſultus tantos compeſcere magno
Agmine ferrantes validiſq; accinxerit armis
Ad ſociã reſidens: gallos tamẽ vndiq; fuſos
Prꝭſtantes numero atq; aĩs: vis nulla cohercet;
Aſt vbi bellipotens regni confinia pulſans
Dux venetũ tantis mõtes clangoribus altos
Impulit: in gallos timor irruit. Illa repente
Sæuicies: illa indomitas audacia mentes
Deſeruit: rabioſa feri violentia Martis
Intepuit: veluti quotiens incendia fontes
Paſſa ſuperfuſos vndiſq; repreſſa tumultu
Fracto in ſe redeũt: ſenſimq; coercita lãguẽt.



Non ceſſere tamen: ſed continuere furorem
Parcius auſuri: ac defendere regna parati
Cautius Vrſinorum opibus: quę maxima Romę
Factio per latium tẽdẽs: vrbeſq; ſabellas
Per Veios: per picentes diffuſa per vmbros
Atq; per etruſcos. Qui paulo euaſerat ante
Virginius gallorum iras ad flumina Tarri
Nũc iterum gallis iunctis ſe in bella ferebat.
Ipſe duces gallorum intra ſua limina ductos
Alloquitur: taliq; monet ſermone ſedentes.
Magnanimi proceres qui defendenda tenetis
Regna ſicana fretum: ſcyllęaq; littora citra:
Qꝫ q̃ veſtra ſciam quę ſit fortiſſima in armis
Strenuitas: & nil dubitem quin læta ſecundos
Sors ferat euentus: tamẽ vt victoria nobis
Contingat ſecura magis / de rebus agendis
Pauca loquar: vobis quę diſcutienda relinquam.
Dux venetum victo vt ſcitis pulſoq; ſuperbus
Rege venit: Nos qui iuuenis cognouimus acrem
Vim ingenij: validas vires animoſaq; corda:
Qui pugnam illam iſtis oculis triſtẽ atq; cruentã
Vidimus. illius q̃ formidabile bellum
Scimus: vt aſpirans illum fortuna ſequatur.
Vidi alios precio flecti: formidine frangi:

Inſidijs falli/prece duci in vota :laborum
Mole premi:& duro tandem ſuccumbere marti.
Nullus in hoc vincendi:iſtas in greſſus ad artes.
Gloria ſola mouet iuuenem:velut ante mouebat
Hānibalē:Pyrrhū: Alcidē:Bacchū:Hectora: A-
Propterea cāpo nūq̄ cōfligere aperto (chillē.
Suadeo:ne ſemel intereant ſimul omnia victis.
Vis iſta eſt lentanda mora.Cunctabimur ergo
More Fabi : qui pœnum iſtis in montibus olim
Dum tenet infectis egit diſcedere rebus.
Huc ſimul accedit ꝓ rege in regna reuerſo
Si quē:quod bellis vſu euenit:aſpera noſtrum
Fata ferant:nuſq̄ qui ſufficiātur habendi.
Sic ſenior:Viſum ducibus parere monenti
Vtiliter:belloqꝫ data eſt noua forma gerendo.
Altera vix primos Aurora reduxerat ortus:
Et ſeræ vicina.dies exilia lunæ
Cornua cum Veneris radianti emiſerat aſtro
Cū fore gallorum iam proxima caſtra:locoſqꝫ
Vndiqꝫ ſuſpectos monitus iubet ordine certo
Ire acies Ductor:ſemperqꝫ in bella paratas.
Teutonici pedites quibus in certamina pręceps
Impetus:& ſine lege furor:dū mente videri
Intrepida:noſtroſqꝫ animis anteire laborāt:



Corripuere viam primi:caſtriſqꝫ relictis
Ante volant ignaro etiam duce:perdita turba
Atqꝫ ſibi nimium fidens:ignara locorum
Perlata eſt errore viæ(mala numina mentem
Abſtulerant)ad caudinas infamia furcas
Clauſtra:vbi romulidę quōdam fata aſpera paſſi.
Hoſtis in inſidijs latitans ducente Vitello
Qui ſua tū gallis coniunxerat agmina Paulo
Magnanimo fortiqꝫ viro:gentiſqꝫ tifernæ
Principe:vt ingreſſum fauces videt ire maniplū:
Emicat e latebris clamans cędem atqꝫ rapinam.
Teutones attoniti ſubitis inſultibus vnum
Collecti fecere globum.pars expedit arcus:
Pars gladios:pars haſtili:pars nititur igne
Sulphureo:duraſqꝫ parant in fulmina glandes.
Victores euaſuri vel fortiter omnes
Oppetituri ineunt pugnam.tum viribus Anzes
(Ipſe globo pręfectus erat : nodiqꝫ magiſter)
Tela giganteis vibrans:duo protinus vno
Pectora tranſadigit gallorum in bella ruentum
Impetuoſe/ictu galli cum ſanguine triſtem
Fundentes extemplo animam iacuere cruenti.
Caſu indignati belgæ facto agmine in Anzem
Irrupere omnes.longa ille interritus haſta

Nunc hos: nunc illos mucrone laceſſit acuto
Saltu agilis: curſu velox/pedibuſq; manuq;
Impiger in gallos ſalit atq; relabitur: illi
Irritati animis ardent: furor omnis in vnum
Cõfluit & certamen atrox horreſcit vtrinq;
Ac cædes vtrinq; furenti aſperrima marte:
Donec ab inſidijs Pauli manus altera ſigno
Proſilit accepto. radians fulgentibus armis
Et magno clamore volans alemãnica cuntis
Terga premit cuneus: dupliciq; indagine clauſos
Teutonas heu miſeros laniant: ceu turba luporũ
Fortior hoc tantum numero quia maior: iniquos
In paucos ſęuire audent certamine tauros.
Poſt cędes tandem innumeras illataq; gallis
Vulnera vincendo occumbunt: feſſo atq; labãti
Corpore ad vnũ omnes cæſi ac fata aſpera paſſi.
Et tandem vt vitæ comites ita mortis. aceruo
In conualle vno alitibus luce eſca futuri:
Nocte lupis: inhumati omnes iacuere trecentum.
Dux venetum clade audita iam ſęuius inquit
Vincere fas: comites ne pręteream us inultos.
Sic ait: & gradiens exploratore reuerſo
Campanorum oras omnis: ſamnitica rura:
Gallica conſilia: & ſedes vbi caſtra locarint:



Accipit: ac volucri ſecũ putat omnia mente.
Alta dies medium vix cœli euaſerat axem
Cum circũſpiciẽs deprehendit idonea caſtris
Tutaq;: & a gallis loca magno adeunda labore.
Stare acies iubet: atq; aditꝰ inuaſit & armat
Hic iter ad regem tentauit: & in nemus altum
Indigna ſpondente viæ compendia tutæ
Nocte ſubit cũ iam primo videt omnia ſomno
Conticuiſſe polis tenuem ſpargentibus ęthrã.
Mox ductor ſeu fraude volẽs incurrere in hoſtẽ
Seu dedoctus iter rectũ fallentibus vmbris
Cœpit in incertum longis ambagibus inter
Inuia luſtra ferarum: & per ſpineta vagari.
Aſpera ſub ſenibus phagis: ſub quercubꝰ altis:
Vnde cadũt hederę in lõgos ſine frõde rudẽtes:
Cumq; diu loca per dubijs incognita gyris
Erraſſent: aurora inter frondentia ſyluæ
Tecta parũ illuxit. noctem quoq; lucifer altus
Extenuans ibat: denſi cuſtodia ſaltus
Talibus orſa ſonis tum mouit hamadryas ora
Dux Venetũ quo perdis iter: veſtigia ſiſte.
Hoc nemus vmbroſum vitę mortalis imago
Multa mouẽt animis homines: ſed neſcia rerũ
Luditur euentu vaniſq; laboribus acta

Mēs humana oēs operas ſine numine perdit:
Viuitis in tenebris:& mille per inuia cæcum
Fertis iter. Ne fide tibi: nc fide tuorum
Conſilijs. diuorum aliquos ambire memento:
Quo maiora ſubit miles diſcrimina: tanto
Numinibus debet maiorē impendere cultum.
Vidi ego te ad ripas Tarri cū fulmine ſaxeo
Haſtile excuſſum eſt: diuum regina miniſtro
Annuit. ille volās tractis paulispēr habenis
Mouit equum: ſic te tanto ſubmouit ab ictu.
Mille inter diuos aurata in nube ſedentem
Vidi illam niueis in veſtibus ore nitentem
Virgineo: qualem vidi cum venit in aſtra
Corpore functa graui: vitę mortalis ab vmbris.
Flecte iter in dextram: nigraſq; elabere ſyluas:
Sic ait. illi autem nocturno tempora rore
Humentes & ſancta animis documēta ferentes
Sunt in caſtra nouo ſole aſcendente reuerſi.
Ergo noua ingrediens longarū ambage viarū
Ad Fociam maturat iter: quo regia caſtra
Conſedere loco. tandem ſub mœnibus Aræ
Quę procul apparēs ſedet alti in vertice mōtis:
Circūactus longis crepacori anfractib⁹ Aſchū
Intrat:& in tuta caſtris ſtatione locatis



Cum paucis recto ad regē ſe tramite confert.
Nec mora: ferrantes. etenim ducis āte futuros
Nouerat aduentus meditās ſpectacula forti
Grata viro iubet armari caſtra omnia:& ire
Turmatim in cāpos qua dux vēturus: At ipſe
In regali habitu multo ſpectabilis auro
Atq; leui ſublimis equo cingente caterua
Armatorū equitū placito venit obuius ore.
Namq; animos ducis ingētes:& fortia facta
Noſtro quo maiora illis conformia ſæclis
Quando heroes erāt generati a ſanguine diuū:
Fortunamq; ſimul pręclara incepta ſequentē
Audierat. Iuuenēq; animis ardentibus ibat
Miraturus: habet ſtimulos generoſaq; corda
Allicit:& magnas mētes trahit inclyta virtus.
Idem amor & paribus cauſis exortus agebat
Te quoq; dux. Ferrantis cū laudata iuuentus
Ad gelidos fuit vſq; ſcythas: ad littora Gāgis:
Herculis ad metas: rapidis vbi fluctib⁹ ęquor
Intrat:& Europā libyæ procul arcet ab oris.
Quicquid amiclęi lędę duo pignora fratres
Ille eques iſte pedes quondā valuiſſe feruntur
Solus hic(& teſtis locuples cāpania)longe
Liuor abi(teſtis latium)præſtantius illis

Exhibuit naturā hominū tranſgreſſus & artē.
Iam prope cōgreſſi miſſiſq; ad colla lacertis
Oſcula iungentes fletu maduere tepenti:
Tum ſua Rex fixis calcans veſtigia plantis
Subſtitit:& fari intento ſic incipit ore.
Maxime Dux venetū tua q; licet ora tueri:
Gratulor:hoc ſtudijs dudū flagrantib9 opto:
Præſertim poſtq̄ auditis tua gloria bellis
Creuit:& eſt longe totū diffuſa per orbem.
Verum q; tanti fuerim tibi cauſa laboris
Q; mea te tantis vexet fortuna periclis:
Triſtor. At iſte labor dulcis tibi forſitan olim
Quicquid opū:quicq̄d regni mihi numina cœli
Contulerint:cōmune tibi generiq; futurum
Nec minus iſta tibi pergas defendere regna:
Q; mihi:quādoquidē tibi me:meaq; oīa trado.
Tum ductor pia magnanimis pręcordia curis
Ictus ait:tua me virtus o Aragonis ingens
Gloria Ferrantes tibi deſtinat:arma virumq;
Accipe.in his tecum pro te ſudare periclis
Suaue mihi:precio ſatis hoc grāde atq; ſuperbū
Parta triumphato felix victoria gallo.
Quod mihi p̄ venetis p̄ te quoq; rege ferendū
Quicquid erit:vitali etiam mihi dulcius aura.



Tu modo fer cūcta ęquo animo:mauortia poſtq̄
Accepit venetum pro te ſacer arma ſenatus/
Qui mare claſſe premit/cui ſunt latiſſima terris
Imperia:argenti cui tanta opulentia & auri:
Cui pietas & ſancta fides/deſiſte vereri
Triſte aliquid.ſi galli optant noua regna/ferātur
Vt credi voluere prius/machometica ad arua.
Hęc vbi dicta gradu flectunt veſtigia lento.
Iamq; propinquabāt caſtris/cū incedere lōgo
Ordine quadrupedes centum videre ſuperbis
Greſſibus:& pueris dorſo inſidentibus alto
Serica ludebant molles per ephippia venti.
Continuere gradus paulum de tramite in agros
Digreſſi:& vultu ſtant ad ſpectacula verſo
Mille viri haſtatis vt eunt in pręlia dextris
Succedunt thorace omnes ardente coruſci.
Mille ferunt pueri galeas/& mille iugales
Vix cohibent ęgre ductis ad pectora frenis.
Et tria delecti pedites ad millia terſo
Pectora fulgentes ferro:& caput:atq; lacertos.
Bini ibant ęquis ſpacijs:haſtilia & enſes
Arma viris.totidemq; arcus pharetraſq; ferētes.
Mille leues equites:pars eſt armata ſagittis:
Pars genua in clypeos flectēs pinata ferebat

Tela manu arcadico frontē obſcurare galero
Iſti omnes Rex inquit erunt tibi maxime ductor
His tibi coniunctis vades in pręlia caſtris:
Ipſe tuum comitabor iter: ſeu ſcandere muros
Tempus erit: ſeu collatis decernere ſignis
Tu dictator eris: belli tibi ſumma poteſtas.
Sunt aliæ nobis venturæ ex vrbe latina
Suppetiæ: ducis inſubrum auxiliaria caſtra
Hiſpanis etiā miles ſi credere dignum eſt
Latus equis vento genitis: fortiſſima bello
Corpora qui domuit mauros & bethyca regna
Pręſto aderit: ſiculum littus tetigere carinæ:
Talia Rex: tanto Ductor lętatus honore
Admiratur equos: examinat arma/viroſq;.
Cuncta probat. pugnandi auidū delectat imago
Martis: & in gallos iſto cupit agmine ferri
Ocyus: vt quando ad metam curſurus in ipſis
Carceribus vix acer equus frenatur: & ardet
Ante tubam leuib9 campū tranſmittere plantis
Aure micans: artuſq; tremens & lora fatigans.
Iamq; reuertentes poſitis tentoria menſis
Lętabundi omnes ſubeunt: cœnaſq; frequentāt
Sub ramis & fronde noua: fumantia tollunt
Extra renidentes nebulas ſoliq; repugnant



Fercula: & exoriens ex grādibus vmbra catinis.
Altilia in cœnas veniunt: venit aſſa coturnix.
Nā genus hoc auium dū ſe ſuper ęquora magnis
Vere refert turmis volitans: in retia feſſum
Viſa cadit: capiturq; manu peregrina volucris.
It leuis acteon fumans & cornua tollens
Altius in menſas: & aper venabula paſſus.
It capreæ genus in laqueos de cotibus altis
Elicitum: ſalienſq; iugis in cornua dorcas:
Ac nemorum prouentu onerant cōuiuia magno.
Interea doctus maiorum heroica facta
Manlius ad Regum menſas extollere cantu
Fulgentem aurata Cytharam teſtudine: & arcum
Ex Elephante/prior dederat quę dona canenti
Regia Ferrantes thecis educit eburnis
Cęſaries homini raris aterrima canis
Pingitur: abraſo rutilans toga ſerica villo.
Carmen ab inſigni repetebat origine gentis
Gonzagæ antiquos patres a ſanguine ducens
Cæſareo: poſtq̄ Romæ germania ſumpſit
Imperiū: memorat titulos: decor arma: triūphos
Vt Bonacoſſarū proceres Lodouicus ab vrbe
Rexerit: & pulſo victor regnauerit hoſte.
Vt patre defuncto tenuit noua regna Philippus

Et regni lepidani agros. Vt fractus Obizon
Ferrariæ princeps vix belli euaſerit iram.
Addebat Guidone ſatum mauorte ſecundo
Pręcipites agere inſubres: patauiq; per vrbem
Excluſis venetum Carris inferre leonem.
Veronæq; altis ſcalas abradere muris.
Te quoq; ab archatu cui nomina prima marino
Tradidit Auguſtus Cęſar: penetraſſe canebat
Mœnia Legnaci: ratibus quo tendere nulla
Spes erat/aduerſante Ateſi per flumina tradis.
Adiungebat vti Venetos Lodouicus ad amnē
Tartareum toto ducibus cum milite captis
Fuderit: & validis pontem defenderit armis.
Et tu fraternum cupiens abſcondere ſolem
Nube tua: in tanto pars carmine magna fuiſti
Carole. nam veluti cunctis mortalibus alto
Corpore eras: ſic forti animo ſic robore maior.
Nec tecum q̄uis eſſent ea florida magnis
Sęcla viris/auſus quiſq̄ contendere bello.
Tu nouus Alcides: quem nulla pericula: nulli
Abſterrere metus poterant. Inſubria ſub te
Sfortiades contra: ſi non aduerſa fuiſſet
Factio: tum potuit ſe in libertate tueri.
Et quos parua ſolo genuit Noualara Paluſtri



Iã petrũ in primis meminit: quē magnꝰ Achilles
Non ferat armatũ: teretem ſeu ſtringeret haſtã:
Seu gladium: tantę vires in corpore tanto:
Additur & colles equitans Federicus etruſcos
Dux bello: dux pace bonꝰ: quę in prĩcipe ſũma ē
Gloria: vt Alfonſo regi comes iuit in arma.
Manlius hæc: cœtu faciente ſilentia toto.
Lætior auditis maiorum laudibus heros:
Criſpã auro chlamydē: quã circũ flumine longo
Mintius it vario florentibus vndiq; ripis:
Margine: & in læuo filis intexta lacerto
Turturis arrenti trunco inſidentis imago:
Cœlibis indicium thalami: quã coniugis orbę
Mane memor primũ induerat regalia dona
Porrigit: ille humeros gaudēs inuoluit amictu.
Et vaſte incedens dapis immemor omnia circũ
Munus it oſtentans magno conuiuia faſtu.
Diſcedunt tum luce dapes: & ſidera pictam
Ignibus æthereis voluunt ſurgentia noctem.
Relligioſa dies oritur ſacrata Georgi
Manibus: ad templũ properãt cũ Rege: ferũtq;
Accenſas ad ſacra faces: ac numina placant
Supplicibꝰ dictis patinãq; trientibus implēt.
Venatum Rex ire parat: properata vorantur

Prandia:pars ientant.ſunt qui venatica tollãt
Retia:ſunt qui vincla canũ ſetoſa lacertis
Innodent:raucoq; animẽt caua cornua cantu.
Luſitana alij paruis haſtilia roſtris
Longa ferunt:aurito alij venabula ferro.
Latratu longe arua ſonant:iterata vocantum
Vox crebro clamore canes in nubila tendit.
Itur in antiquos ſaltus:vbi denſa ferarum
Luſtra ſilent:catulis per opaca ſagacib⁹ antra
Immiſſis:hinc grunit aper:factoq; per vmbrã
Agmine:ſpumantes acuit cũ dentibus iras.
Hinc lupus arrectis ſe proripit auribus:illinc
Attonitum Ceruus tollit caput:atq; repente
Dammarũ leporũq; greges per deuia curſu
Præcipiti nemus oẽ agitãt.clamoribus Eccho
Reſponſura vagis:dũ multa repercutit:auget
Murmura:confundẽs voces hominũq; canũq;.
Stant circũ ſyluas equites:prędamq; parati
Expectant:nec iam patitur ſua lora moloſſus:
Sparta rapax gemit & latrat:detractat habenas.
Ecce ingens ruit e ſyluis ac fulminis inſtar
Fertur aper:qualẽ vidit calydonia quondam
In campis meleagre tuis.ad ſidera clamor
Tollitur.It longis falcato bellua rictu



Dentibus:ignitis oculis:dorſoq; recuruo
Hiſpida:& arrectis quaſi ſentib⁹ horrida ſetis
Dant canibus curſus:equites pediteſq; ſequuti
In cuneũ ſeſe extendunt:fera clauſa tumultu
Multiplici nunc hac roſtro:nunc dimicat illac.
Qua trucibus rictum cilijs porrexerit:hoſtem
Submouet:in tergũ latrãt:nec cominus audẽt:
Attrectare canes:tum Rex calcaribus vrgens
Quadrupedẽ libycũ pręteruolat:atq; retrorſum
(Tantus erat magnę vigor atq; induſtria mẽti)
Conuerſa fugiens apri caput impedit haſta:
Quę validę impacto ſubiens mucrone cerebrũ
Non eſt vulſa manu:ſed fixa tenacius hæſit.
Pondereq; oblongo caput inflectente ſiniſtrũ
In latus it conuerſus aper.mox tota repente
Turba hominũq; canũq; ruẽs oppreſſit inermẽ
Ecce procul ceruis alij fugientibus inſtant:
Atq; alijs equitum ductis in retia cogunt
Ire alta infeſtis clamoribus:atq; canum vi:
Iamq; duo in laqueos lapſi:qui cornib⁹ altas
Aequabant quercus:ſaltu duo in aera lati
Tranſiliere plagas:plantiſq; fugacibus arua
Corripiũt:vmbraſq; iterũ:ſyluamq; ſubintrãt.
Tum miſerans longo turbã ſudore madentẽ

Dux cũ Rege tubę magno clangore vagantes
Conuocat ad fontẽ: media qui in valle perẽni
Surgit aqua: gelidoq; humectat gramina riuo
Hic bacho grauis ex focia cadus actꝰ in vmbra
Conſtiterat: miſſis per roſida paſcua bobus
Conueniũt omnes: & guttura ſicca falernis
Mollibus irrorant. craterq; funditus hauſto
Ad nemora atq; feras animo exultãte recurrũt.
Plæbs leporum tepidis excita cubilibus inter
Mille canes male tuta pedũ leuitate per omnẽ
Fertur agrum: quos in prędã dimiſſa fatigat
Canum nomina
Turba ſagax: volat acer Hylax: volat ocyꝰ euro
Harpalagus: referenſq; lupũ toruo ore lyciſca
Et tigrina notis tergũ maculoſa. Melampus
Aequiparans candore niues: veſtigia tantũ
Ima niger: falco leuis illa lumine ſerpens
Sanguineo mordax: ragonia & Iſchia regis
Delitiæ nomen patriæ ſortita marinæ:
Et truculẽtus Helox certare leonibus audens
Innumeriq; ruunt alij ſine nomine: vulgus
Innocuum dãmas etiam prædantur: & acto
Sæpius in gyrum curſu dum pręterit iſtos:
Tendit in illorũ fauces fera: plurimus haſtis
Miles adeſt: prædãq; auidis de faucibus aufert:



Nec ſolũ hic ſtrages ſed paſſim immenſa ferarũ
Editur. & totis triuiæ labor ęſtuat aruis:
Dum ſubeunt ſaltũ e ſaltu/lętoq; recedit
Cum ſudore dies Aſcli vicina tuentur
Mœnia: & hic ductor magnę cum munere prędæ
In ſua caſtra redit nemorũ ſpolia ãpla reportans.
Poſtq̃ conuerſo cœlorum cardine luxit
Sacra dies Marco: ductor procumbit ad aram
Rite deum ſuperoſq; orans: mox caſtra moueri
In montem cui magna leo cognomina fecit:
Imperat: armantur ſimul: & tentoria vellunt
Nec dapis obliti ſatagunt. ſimul omnia curant
Solliciti: magnoq; lares cum murmure mutant
Itur in excelſum montis longo ordine culmen/
Arx vbi gallorum. Quę mox exterrita portas
Vltro aperit: recipitq; ducem/ſapientibus vſa
Conſilijs: nam hoſtile nihil perpeſſa: remanſit
Integra: & a tanto belli diſcrimine tuta.
Hinc igitur motis montana per inuia caſtris:
Dum properant/aquilas ſudũ per inane volãtes
Quot ſimul ire hominũ nemo cõſpexerat vnq̃
Suſpiciunt: mirati auium ſpectacula fixo
Lumine/& a cilio dextris pendentibus/alte
Obſeruant quo ſe inclinent: quo tẽdere pergãt.

Ille vbi caſtra: ſuper gyros duxere frequentes:
Parthenopen verſus celerem vertere volatum.
Et q̄ q̄ augurio non ſit mens fidere: Ductor
Id tamen eſt felix omen ratus: imperiumq;
Parthenopę a gallis iam tunc diſcedere fatus.
Macti animis tali auſpicio gradiuntur: & ecce
Pręſidium vallata potens quod milite multo
Munierant galli/frondoſo in colle ſuperbum
Viſa ſupercilium procul oſtentare ſonanti
Ad bellum lituo: crebriſq; tonitrua bombis;
Edere: & aſpectu pugnam intentare minaci:
Appropiant muris ſcituri in mœnia reddant:
An certare parent. pubes armata repente
Non verbo reſponſa ferens: ſed acumine ferri
Erumpit verſis ſtridenti cardine portis:
Galli: italiq; ſimul: toto ſonat vndiq; cœlo:
Francia: & audaci veniunt in bella tumultu
Prima acies certamen init: furit appulus atrox
Andegauenſe odiū ſpirans. Iam pugna rubēti
Sanguine inardeſcēs hoīes atq; arma cruētant.
Interea caſtris ſibi ſuccedentibus ingens
Agmen adeſt: ſubeunt pugnæ/gallūq; trucidant
Glandibus/enſe/haſtis/arcu leuibuſq; ſagittis:
Tūc haſtam: ſęuire vidēs certamē Alexis



Viribus herculeis vibrans ante agmina prim⁹.
Fulminat: & gallos ingenti turbine voluens
Fertur vbi denſas acies videt. Ecce per auras
Sibilat: & longo ſtridens mucrone lacertū
Haſta ferit/dextraq; graui telum abſtulit ictu.
Moxq; patrum retro labens vt vulnere ferrū
Eduxit lęua medios violentus in hoſtes
Rurſus it/acceptoq; refert pro vulnere mortē.
Pœnituit pugnę Andegauos: greſſuq; retracto
In portas pedetentim abeunt: & hiantia valuis
Mœnia claudentes altis pro turribus aſtant.
Omnia pro Gallis paſſuri extrema/tenaci
Propoſito/deuoti omnes in fata feruntur
More ſaguntino. Nec enim ſub Aragone vita
His populis odioſa minus q̄ mortis imago.
Dux pręſtāti animo fretus data tēpora gaudet
Inuadendi altos clypei ſub tegmine muros/
Q đ nondū eſt expertus opus: proclamat & hoſtē
Talibus alloquitur dictis/Ita ſana ferentē
Cōſilia/atq; auidum vobis p̄bere ſalutem
Suſcipitis Vallatenſes? Quę inſania vobis
Perſuaſit vos poſſe manus euadere quas non
Carolus euaſit/captiſq; nouaria gallis?
Non impune ibunt hæc tam temeraria læuo

Cœpta animo: Fatũ vobis opibuſq; rapinã
Nuncio:& his dictis epulas init. Ocyus omnes
Expediunt caſtrenſe penu. menſiſq; remotis
Adduci tormenta iubet: magnoſq; molares
Immitti:& ſcalas ſimul alta ad mœnia volui
Parte alia: dupliciq; hoſtes inuadere pugna.
Accingunt operi pedites: Iam ſulfura fumant:
Iam tonat ingẽti ſtrepitu caua machina/& iſtis
Oppida reclamãt muris: longeq; remugit
Aera per vacuũ fugiens ſonus: intonat altis
Montibus:& circũpoſitas formidine gentes
Sauciat exangui: mœrent triſti omnia luctu:
Iam ſubeunt muros pedites: miſſiſq; ſagittis
Foſſarum a ripis ad propugnacula: belgas
Inde arcere parãt: prohibẽtq; a mœnib⁹ hoſtes.
Nec tamẽ hi contis minus atq; ſecurib⁹ inſtãt:
Scandentũq; premũt clypeos: pellũtq; ſecãtq;
Saxa rotant: vnciſq; pluunt feruẽtibus imbrẽ
Igne vagũ liquido: curſim ſub ahena fluentẽ
Tergora:& vrentẽ flammis fluuialibus artus.
Ipſe animos aliis ductor facturus in auras
Euolat:& magnis exturbat viribus hoſtem
Ac potitur muris. videt intra mœnia vulgus
Sollicitũ trepidis operis incumbere: at ictus



Grandine miſſilium crebro veſtigia traxit
Impiger in ſcalas: redeunt in mœnia galli
Scandẽteſq; premũt ſudibus: ruit ecce reuulſus
E gradibus miles. Fractis ceruicibus halant
Mox animas alij: tardati vulnere & artus.
Colluxati alij clypeis in caſtra feruntur.
Nec tamẽ exemplo moniti minus ire laborant.
Quin potius magis audẽtes in mœnia ſeſe
Proripiunt: tecti ſcutis & caſſide ahena.
Tympana dant vires: plectroq; citata volanti
Corda acuunt:& belligero tuba martia cantu.
Nec tamen interea ceſſant tormenta labantes
Demoliri arcis muros. cum turribus alta
Mœnia iam ruitura tremũt. exercitus omnis
Cogitur:& prædandi auidi telo atq; ſecuri
Armati accelerant: Iterum tonat ecce boatu
Machina fatali & ſubito laxata ruinam
Mœnia dant: tremuere alto ſola mota fragore.
Nec mora: turmatim miles qua diruta pandũt
Clauſtra viã ſubeũt: Fracto velut aggere inũdãs
Eridanus: quotiens niueus liquor alpibus altis
Liquit:& virides tumido premit ęquore ripas:
Diripiendi hoſtem permiſſa licentia vulgo:
Prędandiq; palam: Ductor tũ protinus omnes

(Tanta fuit pietas animis præſtantibus) egit
Collectas in tẽpla Nurus: animoſq; minores
Tutari conatus: opes contempſit & aurum:
Cætera confuſi rapuit furor omnia martis.
Quotquot erant illis in finibus oppida caſu
Territa Vallatæ concordibus omnia votis
Mane adiere ducem ſeq; & ſua mœnia dantes.
Altera non regni ſed opum violenta libido
Interea exciuit longis certamina rixis.
Atq; iſto lis orta modo. Prope daunia regna
Appulus armentis viridẽ paſcentibus oram
Diues ager. dumeta boues florentia tondent
Vndiq; lanigeriq; greges ballantibus implent
Silueſtres per rura caſas: & agreſtia ſepta.
Regibus hinc ęs grãde ſolẽt collare quotannis
Annua quæſtores qui vectigalia curant.
Tunc igitur geminis cõgeſta pecunia ab annis
Vtroſq; ingentis ſpe ſollicitante peculi
Immenſum certamen erat galliſq; italiſq;.
Pro varijs tandẽ quęſtorũ affectibus anceps
Lis ſortita modum. ceſſit pars vna latinis:
Altera pars gallis. conſumpta pecunia pacẽ
Fecit: & exhauſto ſiluit diſcordia fiſco:
Poſt igi.ur paucis bella hæc patrata diebus:



Maius opus motura ſimul duo caſtra coacto
Milite Nuceriæ coeunt: venere Paludem
Rura cauis humecta locis: vbi mœnibus altis
Nomen inundantes campos fecere lacunę
Hic graue diſcrimen famis atq; pericula paſſi
Inteſtina iacent animis: lemãnica primum
Agmina: & annona non apparente cadebant
Corda virũ: Dux vultu alacer quę pauca ſupſunt
In loculis alimenta ſuis conciſa viritim
Diſtribuit: ſibi nil ſeruans: pro milite oportet
Ieiunare Ducem: Verbiſq; infirma iuuare
Pectora magnanimis. Et qui tormẽta vehebãt
Cędi in fruſta boues & equos ad plauſtra iugari
Imperat: ipſe inſtat lanijs: ac viſcera partit.
Sic ſedata fames: & aquis vbi mille natabant
In prędam ranarum hydri ſitis arida potu
Hauſit: & interea noctẽ polus induit atram.
Altera lux aderat: cũ plauſtra ferentia fruges
A beneuentanis fama eſt onerata colonis
Aduentare: manu ductor comitatus equeſtri
Obuius it: victumq; vehens ad regia tendit
Limina: & ingenti replet caſtra omnia plauſu.
Poſt epulas fugiens mala deſidis ocia vitæ
In leuibus gradiens armis cum milite iuſto

Circūequitat colles:ſed nec iuga proxima tātū
Contentus luſtraſſe vagis erroribus omnē
(Sic fortuna tulit ratione potentior)oram
Circuit:ac rupem caſu ſuperaſtitit altam.
Circellum tum forte canis in vallibus acres
Marte graui & valida belgę obſidione p̄mebāt.
Tollenteſq; oculos vt conſpexere micantes
Aere viros:nitidiſq; procul mucronibus haſtas
Ire ſuper.ſyluam fruticū:mora nulla)citato
Efferati inſidias ſe proripuere tumultu.
Non aliter q̄ cum denſo grege concita nuper
Semina rimantes cāpo inſedere palumbes:
Si videant magno volucrem Iouis ire volatu:
Extemplo alarum facto ſtridore natantes!
Agreſtem præcelſa ferunt in tecta rapinam.
Circello ſic parta ſalus. Federicia iannus
Doctus & ipſe pati durum ſub marte laborem
Progenies:Frater Venetū Ducis ante relictus
In patria magno accenſus Ferrantis amore
Affuit hic:validāq; mouens in bella cohortem
Aere ſuo conductam auxit Ferrantica raſtra:
Rex igitur Iuuenis motus pietate cohortem
Cum Duce mirificis affecit honoribus:ipſum
Namq; inter proceres iuſſit cōſiſtere primos:



Ipſa cohors inter primas illata cohortes.
Omnia iā paſſim Regis mandata ſubibant
Oppida:Gonzagę quacūq; audita fuiſſent
Nomina terrori ductor fuit vndiq; tanto.
Frangeti plębs auſa nimis:nā caſtra videntes
Proxima in inſanū verſi exarſere furorem
Sic illis mentem Deus abſtulit:impia quādo
Progenies raro diuum reminiſcitur aras.
Ergo elati animis & q̄ vicina ſciebant
Agmina gallorum:munitaq; milite & armis
Mœnia:& in multos frugū plena horrea mēſes
Querenti pacē ne velint an bella proteruo
Reſpondere Duci ingenio:ſe gallica nūq̄
Fœdera fracturos:nec Aragonis arma vereri.
Et ſimul his dictis ad propugnacula gallus
Protulit ora ferox:portiſq; patentibus ingens
Turba equitū peditūq; ruit:de turribus altis
Miſſilibus pugnare orſi curuantur ahenos
Frenaturi arcus & tela tripennia mittunt.
Hic poſtq̄ flagrante diu certamine Ductor
Stare hoſtem vidit nec cedere:corripit haſtā
Et Ferrante virum fruſtra reuocante cucurrit
In medios:dextrūq; graui p̄mit agmine cornu:
Sentit onus valido cedens lorica lacerto

Et perfoſſa viam mucroni in viſcera pandit:
Si qua ferunt ictũ ferro defenſa fideli
Pectora vertit humi gallos: atq; inguina pulſat
Lancea: & ingenti ſtrages cumulatur aceruo.
Hic tua phœbe animis pręſtans & robore virtus
Enituit multis iam pridem exercita bellis.
Nã licet in mediis vbi confertiſſima tela
Hoſtibus inſultans gallo/peterere ſagittis
Vndiq;/cũ pluerent in te crepitantibus armis
Spicula: tu grandi nihilominꝰ agmina Ronca
Sternis: & ad portas turbam ꝑmis: ipſa furenti
Limina iam ſubiens auſu: niſi miſſa dediſſet
Horriſonũ ſubito lapſu cataracta fragorem:
Hoc abiit cum Marte dies: lux altera bellum
Exoritur crudele magis viſura locantur
Sub lucem mole ingenti tormenta leuatis
Oribus in muros: & qua opportuna ruinæ
Viſa via eſt fauces vertunt: iã accenſa boatu
Machina territremo longe intonat: vſq; ſicanos
It ſonus ad fluctus: Adrię ſuper æquora trãſit.
Dũ vomit hęc onꝰ/illa capit/vacat iſta vaporẽ
Gutture ſulfureũ exhalans /poſt pulueris hauſtũ
Mox ſilici imenſo grande admotura palatũ.
Vulgus inops lucrandi auidũ tentoria circũ



Regia quo proceres cõuentu in prandia magno
Cũ Venetũ ductore ierant: circũſtetit alte
Vociferans ſimul atq; rogans obſeſſa rapinę
Ferro igni vulſis etiam radicibus arcis
Mœnia concedi: poſtq̃ cõtẽnere Regem
Tã duris Fragetum atrox ceruicibus auſum.
Tũ Ducis & procerũ ſcito permiſſa rapina eſt:
A ferro ſeruati homines/& ab igne penates.
Omnibus extemplo vulgata licentia caſtris
Gaudia letitiamq; ciet: parat arma ſatelles:
Fœdera de ſpoliis ineunt: prædęq; futurę
Iam mercantur opes: lataſq; in cote ſecures
Pars ſubigit: pars roboreos imittere truncos
Nititur/& duro cæſam de ſtipite cornum
Effractura trabes tabulaſq; & ahenea clauſtra:
Vincla parant alii gazæ inſtrumenta ferendæ:
Saccorũq; ſinus onera ad vectanda capaces
Expediunt: curantur equi: tentoria iuſta
Sub diuo in fulcris epulanda coquũtur acernis
Viſcera: & in verubus ſudant verſata colurnis
Fruſta ſuum ſetoſa/ modo hac: mõ eũtibꝰ illac
Ignibus vt vento ſpirante impellitur ardor.
Sperantes ditari omnes epulantur: & altis
Auribus expectant muros audire ruentes.

Nec mora conuulſis paries cōpagibus altum
Inclinat caput: ac longe ſaliente ruina
Labitur in præceps: & propugnacula & arma
Et defenſor aquis fundo ſalientibus alueum
Ingentem foſſarū æquant: ac mœnia pandūt.
Extemplo auditus late fragor: arma repulſis
Corripiunt menſis: & qua via facta volantes
Faucibus in primis conantem obſiſtere gallū
Strage graui vrgētes ſuper ipſa cadauera curſu
Pretereunt rapido: fuſiq́ per omnia tecta
Si qui forte ſuos auſit ſeruare penates
Perfodiunt: primoq́ iacent in limine cæſi
Antiqui larium dñi: miſerabile viſu.
Quas in opus tulerant aliud man⁹ alta ſecures
Tollit in aduerſos: hoīmq́ in cæde cruentat.
Vtq́ fero nullus marti mod⁹/oīa nedum
Tecta: ſed infantū tenera & incunabula & ipſas
Infantū matres & lactea pectora paſſim
Dilaniant: tanta in miſeros eſt facta poteſtas
A ſuperis Diti: ſic ſunt laxata Megeræ
Lora: & in imanes populos ita ſęuit Erinnys:
Tiſiphone: Alectoq́ ferens per cōpita luctū
Omnia cęruleis auras lambentibus hydris.
Proxima gallorū tanto in diſcrimine nullum


Caſtra ſuis ferre auxiliū rata dedecus ingens
Acrib⁹ infremuere animis: & publice ad arma
Clamatū: ſternuntur equi: thoracibus armos
Inſertant: leuiq́ comas in caſſide claudunt
Sollicıti clangente tuba. de vallibus altum
Eſt iter in montem. Quo cū venere nigrantes
Proſpiciunt noto nebulas ſe voluere olympo
Et magna in cœlū volucres incendia flammas
Tendere: Nā vulgus præda implacabile rapta
Non valuit cohibere iras: quin mitteret ignes
In vacuos contra imperium regale penates.
Nota lues egit gallos diſcedere ab armis.
Ditati Frangeti opibus: iam caſtra ſequūtur
Celtica. collatis auidus confligere ſignis.
Terga premit Ductor: turbiſq́ fugacib⁹ inſtat
Acrius irritans verbis: ac vulnere partem
Nonnunq̄ extremā. Paſtorem in paſcua dicas
Lento vrgere pecus: duroq́ agitare flagello.
Illi autem q̄q̄ numeroq́ & viribus æquent
Auſonios: animo tamē ægrotante minores
Proripiūt ſeſe trepidi. Quo gallica prandent
Caſtra loco cœnant Itali. duo caſtra putares
Vna: hoſdē fontes eadē quoq́ flumina potant
Quo factū dum forte ſimul veniſſet aquatum

Miles vterq; graui ad fluuiū ſurgente tumultu:
Vt Rocion præſtans armis & flore iuuentę
Conſpicuus Venetūq; Duci chariſſimus inter
Rixandum grauiter iaculo peteretur acuto.
Hinc ſubito exortus per caſtra hoſtilia rumor
Accepiſſe ducem ſubter p̄cordia vulnus
Exitiale: tubis ſurgit clangentibus ingens
Plauſus apud Gallos: ac ſi victoria fuſis
Parta Italis: foret extremo celebranda triūpho:
Per caſtella etiā gallus quibus imperat: ignes
Nocturni fecere fidem: famāq; ſequuta eſt
Credulitas: firmant populos ac fraude labātes.
Hic puer Aeneas ducis armiger ante iuuentā
Iam iuuenis: nondum rigidis exercitus armis
Et iam marte potēs animis ſuperātibus annos
Egregium facinus romanaq; ilice dignum
Edidit & longo nunq̄ delebile ab ęuo.
Sancta bonis tantū poſſunt influxibus aſtra.
Namq; videns gallū atrocē quē credere poſſis
Ora tuens truculēta & mēbra immania magnū
Amphitrioniadem Rocioni inſtare cruento
Acrius haſtili: ductoq; in vulnera conto
Ire iterū: diſpar ſubijt pro ciue duellum.
Et ſubito inſultu galli femur impulit haſta



Vi tanta vt credas Aenææ viribus actam
Iliaci: Romę imperio genus vnde ſuperbum
Ille in terga ruens campo diſtenditur amplo
Cū ſtrepitu armorū: tentatq; attollere in auras
Et caput: & grandes humeros & pectora ahena.
At puer armipotens nitentē ſurgere conto
Verberat: & tandē ſubeunte per inguina ferro
Sępius indignantem animā ſub tatara miſit.
Ferrantes Rex vidit opus: videre latini
Mirabundi omnes. nec adhuc victoria magno
Tanta ſat eſt animo. ſubit agmina denſa virorū
Intrepidus: duroq; premit certamine gallos
Hanc merito ob cauſam mēſa dignatus ab ipſis
Et rege & domino grandes accepit honorum
Primitias: pręcoxq; tulit bona pręmia virtus:
Quę ſeruantur adhuc. quę ſuccreuere p omnē
Progeniē: nāq; aſcendens genus omne ſuorū
Extulit in tenero vis admirabilis æuo.
Nocte fugam galli inuadunt. Italiq; ſequentes
A tergo incumbūt: Ieſualdi improuida turba
Dum gallos ſeruare parat: ſe opponere ſumptis
Auſa animis Italo (Nam gens ea marti pugnāa
Docta manum potius iaculis attrita veruq;
Q̄ raſtris) temere audēdo fata aſpera ſenſit.

Nanq; irrumpentes itali de cardine portas
Oppoſitis voluunt humeris.& aperta ſatelles
Mœnia turmatim magnis clamoribus intrans
Sęuit in audaces primū:mox clauſa ſecuri
Oſtia demoliri orſus tecta omnia raptis
Incendit ſpolijs:celtæ de vallibus imis
Iam elapſi dum feruet opus mauortis in alto
Vertice:per campos armis ſplendentibus ibant.
Gallica fatalem ieſualdi Andreta ruinam
Mēte putans trepida noctu.dum proxima voluit
Sidera parrhaſio cuſtos/lycaonius axi/
Correptis quæ auferre poteſt a limine pulſis
Mœnia deſeruit portis/vacuoſq; penates.
Et nemorum condenſa petens vmbracula ſaltu
In medio latuit ſubter caua luſtra ferarum:
Dum preſſa erumnis aç tempeſtatibus ora
Libera ſit:tutoq; ſuis habitanda colonis
Vt videre locos itali & deſerta recenti
Tecta fuga:hoſpitio ſubeunt:noctēq; per illā
Poſſedere domos:At mane ſilentibus vmbris
Noctis adhuc:iter inuadunt veſtigia greſſu
Gallica ſectantes paulum pręgreſſa citato.
Dū caderet iam ſera dies maioribus vmbris
Gallicus in magnę veniens latiſſima ſyluę



Septa gradū fixit:poſitis exercitus armis.
Cōtinuo ſopiti ignes in canabe tactum
Sulfuris euigilant:foliiſq; arentibus aucta
Flāma rapit truncos:& iam nem⁹ oīne coruſcat.
Indulgere parant genio:pars ſtipite longo
Viſcera cruda focis verſant.pars obruit vndis:
Et rapido appenſi ſaliunt ardore lebetes.
Pars heſterna trahūt loculis/calefactaq; rurſum
Fruſta boum pruna eliciūt cererēq; tenentes
Inuadunt auidis prægrandia dentib⁹ oſſa:
Pars inſeruit equis.Et iam noua luna cadebat
Heſperio vicina freto:cum nuncius ore
Affuit attonito iurans Gonzagia caſtra
Affore iam magnoq; viam ꝑperare tumultu:
Vt morem ducis eſſe ſciant.Dimiſſa repente
Cura dapum:iumēta onerant laribuſq; reuulſis
Muti abeunt cœna ante focos ſemeſſa reſedit
Vix ierant cū Dux ſubiens lucū:accipit auras
Nare renidentes:canibuſq; per omne ſolutis
Mox nemus(explorandi aſſus nouus iſſe repēte
Corda ducis ſubiit)noctē ſcrutatur:& intrans
Greſſibus in ſyluā tacitis lucere ſilentes
Ignibus aſpexit per noctē exilibus vmbras:
Nec latrare canes vſq; miratus ad ignes

Tendit & inſpectis epulis intelligit hoſte
E capto fugiſſe loco: dapibuſq; repertis
Inſediſſe canem. ſubito ne forte latentes
Tendat in inſidias: iuſſit ſubſiſtere caſtra
Et circũ miſſis exploratoribus omnem
Luſtrat agrum: belgas vbi longius iſſe Relatũ/
Acturi noctem in ſyluis veſtigia ſiſtunt.
Attulerat maias ſurgens aurora calendas
Et Zephyro nemus om̃e dabat ſpirãte ſuſurros
Vndiq; ſomniferos. Philomena ſilentia dudũ
Ruperat exercens tremulo caua guttura cantu.
Tympana iã lituiq; ſonant: tuba martia lentos
Increpat: inuaſere viam: dũ lucifer albo
Iam ſublimis equo pluit in noua gramina rorẽ.
Ibant inceſſu modulantes carmina longo
Lætæ acies patriæ memores: vbi mane reuerſo
Figere mos virides ramos ad limina maio.
Tota fuit venus illa dies: ſolẽnia diuis
Exhibitura ſinat bellum modo ſacra duobus.
Et iam molle iugũ paſſim florente geniſta
Tranſgreſſi videre lacus: & grande virenti
Margine frondoſis ſub collibus amphitheatrũ
Claudere prata: ſuiſq; vndas applaudere ripis.
Illico proſpectu nemorũ lętatus amœno



Hic poſitis hic Ductor ait date prandia mẽſis.
Et celebrate animis lucẽ melioribꝰ almam.
Necnon Ferrantes animo tranquillus & ore
O comites noſtris lux iſta parentibus inquit
Lætior illuxit ſemper deponite curas:
Atq; caput mecum tenera circundate quercu
Hi patrii mores: maio quicũq; recenti
Fronde caret/liquidis fas ſit ꝑfundere lymphis
Sic ait: & querna frontem circũligat vmbra.
Sic alii fecere duces exempla ſequuti
Regia/ſic miles/ viruitq; exercitus omnis
Fronde Iouis ſubito/viridiq; ſub arbore prãdẽt.
Dũ genio indulgent/ Tubicen ſine frõde virẽti
Vt cui bacchus erat potior q̃ Iupiter autor:
Aſtitit ante ducẽ largo exhilaratus hiaccho
Multa iocans/comiq; tenens ſermone ſedentes.
Mox puer a teneris genitor quem miſerat annis
In graue Martis opus verſuto callidus aſtu
Clam magno cratere lacũ capit: atq; loquentis
In caput euerſa longe fugit ocyus vnda.
Soluitur in riſus om̃is chorus. omnia laudãt
Tactũ opportune cõuiuia: Territus imbre
Tã largo/tã improuiſo quaſi tractus ab alto
Oceano attonitus tubicen ſuſpirat anhelis

Faucibus:& rauco nimbos exibilat ore.
Finierant/cũ dux tollens vocẽq; oculoſq;
Ex re nulla viri nobis mora/tollite menſas
Inquit:& his dictis ingentes eleuat armos.
Ac iubet inflari lituos:& tympana plecti/
Et ſolito turmas ire ordine:ſuſcitat omnes
Martia vox animos:pedes ipſe ꝑ omnia caſtra
Seſe infert longo enſe trahens per gramina ſulcũ
Atq; fero tandem inſiliens quatit arma ſuꝑbo
Appula cãpano tellus vbi iungitur agro/
Eſt locus Attellæ retinens cognomĩa priſcæ:
Siue Attella vetus:nã ſors mutata locorũ
Priſca iouis dedit:& priſcis noua noĩa terris.
Vrbs in colle ſedet validis circundata muris
Ciue frequẽs/pecorũ locuples:glebę vbere diues.
Huc vbi multiuagis celtas erroribus actos
Sors tulit:importuna odiis diſcordia ſurgẽs
Implicuit grauibus:firmare volentibꝰ illis
Longiꝰ his proferre gradus. Dũ incerta trahũt
Conſilia:& diuerſo agitant certamĩa ſenſu:
Ecce ingens equitum pelagus peditũq; refuſo
Agmĩe circũdant clauſos in mœnibus hoſtes.
Et prius excelſũ montis tenuere cacumen:
Vnde patet totam liber proſpectꝰ in vrbem.



Mox imis ſedere locis:vbi frugis & vndę
Copia:& acceſſus breuiori ad pabula curſu.
Hic igitur poſitis vbi iam tentoria caſtris
Sunt defixa:dapes ineunt:cœnaſq; frequentãt
Incluſiſſe hoſtem lęti:tandemq; vagandi
Inueniſſe modũ:curamq; a mœnibus vnis
Attellę pendere omnem:belli atq; laborum.
Tum veteris ſecũ recolens diſcrimina pugnæ
Ferrantes ita voce refert. Clariſſime ductor
Et tu Iane animo tantũ mihi ſanguine quantũ
Iuncte Duci:quõdã his cãpis certamine magno
Fudit auus Iannẽ andegauũ:qui rege Renato
Progenitus ſibi deberi regna iſta ferebat.
Sed mirũ quonam pacto multo ante fuiſſet
Illa grauis pugnę clades monſtrata volucrũ
Prodigijs:noſtri annales teſtantur:& ipſe
Sic ſolitus narrare pater:troiana per arua Auguriũ
Qua fuit huc nobis nuper via:dicitur aer
Caligaſſe auium turmis in bella volantum.
Et prius a miluis ꝙ roſtro atq; vngue recuruo
Præualeant:captentq; alis maioribus auras:
Profligata ferunt coruorum ingentia caſtra
Sed paucis poſt:bella iterũ renouata diebus:
Atq; vtrunq; genꝰ volucrũ quaſi fœdere facto

Concurriſſe ferunt tā atrociter vt loca paſſim
Omnia cędis odor toto inceſtauerit anno.
Plumę ipſę rapiente noto venere per auras
Vſq; ſuper pelagi fluctus vtriuſq; ſonantes:
Vſq; ſuper latium: nec adhuc obliuia tempus
Fecit: adhuc ſuperant: qui tū ſub rege merentes
Alituum videre prius: poſt bella virorum.
Et tandem coruis miluos victoribus iſſe
Pręcipites laceris alis ac tergore vulſo.
Talia Rex: gallos eadem fortuna ſequetur
Ianus ait, laceris alis ac tergore vulſo
Ite opus: his bellis ſi quos ſupeſſe futurū eſt.

## LIBER QVINTVS.

INterea diui imperium quibus orbis: ab alto
Aethere luminibus regna ad mortalia verſis
Proſpiciunt hominum curas: ſtudia: atq; labores
Aſſidue in peius ruere: ac virtute fugata
Aſtra ſequi: & q̄ q̄ valeant cœleſtia contra
Fata reluctari: fatis tamen omnia ferri.
Tempore namq; illo ſata conſuetudine virtus
Ante gubernatrix hominū turbata proteruis



Moribus e terris in olympi aſcenderet arcem
At quia nil ſuperis opus eſt virtute: per orbes
Sola vagabatur nūc martis in abſide ſumma
Nunc in ſole ſedens: oculoſq; in culmina mūdi
Attollens ſcelerū legit inter ſidera cauſas.
Atq; ſibi aduerſos cœlorum intelligit ignes.
Conueniūt igitur: ſummoq; in marte ſedētes
Virtutem medio ſiſti iuſſere ſenatu:
Et quo terrigenis eat errabunda relictis
Quęritur: illa prius mores cauſata nefandos
Veſtrū inquit dū tranſit hyems hęc tanta malorū
Dum pergant ſęuire poli: curare labantes
Res hominū, noſtrę non eſt opis ignea cōtra
Aſtra reluctari. Vos qui ſublime tenetis
Imperium: cœlo oppreſſas defendite terras
Pectore dum tacito diui reſponſa volutant:
Concilij pars magna ſacri Dionyſius ora
Soluit: & affandi ſuperos exordia fecit.
Aetherei ciues poſtq̄ mortalia Virtus
Pectora deſeruit: nec ſunt qui mēte ferantur
In cōmune bonū: ſed agit ſua quęq; libido
Italiam pacare opus eſt: atq; impia bella
Quę alecto: quę tiſiphone: quę dira Megera
Incendere: extra auſonios depellere fines.

Nam cum thraicij furias odiumq; tyranni
Intueor:noſtris aliquid crudele futurum
Auguror:atq; grauē Romæ impendere ruinā.
Ille ſuo meditans hæc opportuna furori
Bella fore:ad prędā curuos iā porrigit vngues.
Nam veluti ſi quando canes in mutua ſurgāt
Bella:lupo in caulas permiſſa licentia maior:
Sic cū dira mouet proceres diſcordia pandit
Hoſti iter in populos:incuſtoditaq; regna
Poſſe rapi oſtendēs ſopita reſuſcitat arma.
Nuper apud veteres thebas:dū regna reuiſo
Attica phocaicoſq; lares:naualia vidi
Aulidis. audiui voces:vt ſingula noſſem
Conſilia:acceſſi thracem ſamon:inde ſubiui
Boſphoron imperij ſedem regiſq; ſuperbi
Limina. Conflatur magno molimine bellū:
Bellū ingens italis/heu/formidabile/& atrox.
Sed neſcit adhuc. Tremet Adria magn⁹:& oēs
Tyrrheni & lygures:rumor cum venerit alto
Millia tot labi:terris tot millia ferri.
His igitur ne ſit tantis via aperta periclis
Martius iſte furor cohibēdus:& alta per omnē
Italiam pax eſt odijs reuocanda ſepultis.
Ne tamē id factū leue ſit(ſtudia ęmula cerno)



Res piſana facit.ſeruare volentib⁹ vrbem
Promiſſamq; fidē venetis/inſubribus autem
Rem venetam augeri tanta/vrbe ferētib⁹ ęgre
Hinc iterum ciet arma furor:ſic ſidera voluūt
Sic hominis mētē feret inconſulta libido.
Erumnoſa inopi ſpoliis opulenta ſuorū
Nec bello nec pace valens:dū fidere fingit
Cœlitibus:fidit furtis auro atq; rapinis.
Conādū eſt oēs:ꝙ ſi non poſſumus omnes
Flectere primores ſaltē qui robore pollent:
Vt ſua ſeruādi ſtudio in cōmune laborent
Propterea(& ſi qua eſt melior ſententia/cedo)
Iungere mens Gallo Venetū:venetoq; tenētē
Vltima Pannoniū noſtri confinia regni.
Hæc via. Qui gallis nūc imperat iſtius autor
Turbinis in cineres eat:& præſtantior alter
Sceptra ferat/melior bello/maturior æuo/
Matre italus:cui regna pater decernit olympi.
Hic Venetū Ductor qui nūc p̄mit oppida bello
Appula:& Attellā magna obſidione fatigat
Dux cōmunis erit:poſtq̄ diſiecerit omnes
Relliquias huius nati ſine numine belli
Auctus ope imperii duplicis noua bella mouebit
Magnanimi compos voti:quod voluerat alta

Mente diu ſecũ/magnis dũ viribus ęquũ
Ambit onus Virtus corã indignata minorẽ
Finierat Cũ mox fandi data copia Marco
Atq3 ait: O magni patres cuſtodia mũdi
Quos tãgit cõmune bonũ/meminiſſe neceſſe eſt
Aſſiduum nobis bellum cũ Dite profundo:
Qui quãta imperium Chriſti impietate laborẽt
Nõ abolere quidẽ(ſcit enim ſibi tanta negari)
Sed vexare/putẽt qui regna otomanica luſtrãt.
Cernite terrarũ quota pars/heu/dedec9 ingens/
Ex immenſa olim nobis ditione ſuperſit.
Aphrica tota ruit: citra ſola torrida cancri
Aethiopes ægre ſuperant. Aſiatica longe
Terra patens oblita deũ. pars magna receſſit
Iã dudũ Europæ. ponti omnia littora/thraces
Græciaq3. adriacis Turcorũ in finib9 Aulon.
Et niſi res venetũ tot tempeſtatibus actas
Ipſe regam/iam appœninus qui diuidit omnẽ
Italiam: ſcythici ferret iuga dura tyranni
Nũc furor alpinos apices ingreſſus ad altum
Perſtreperet Rhodanũ ac Rhenũ. romana ſagũ (tum
Curia migraſſet toto pene exul ab orbe.
Diſcite quanta ipſis qui ſe pręſtare fatenẽ
Ingenio eſt italis dementia: littora circũ



Oppida barbarico quæ prima adeunda tumultu
Pauperibus cedũt dñis/qui ſponte ruentes
Nec muros ſarcire valent/nec cingere foſſis.
Iſta potentatus fuerant/cui miles & arma
plurima: ad arcendos primis a finibus hoſtes
Sed magis expoſitos aditus & aperta relinqui
Clauſtra volunt q̃ quis tanta ditione potit9
Creſcat: & inuidiam cuius face pectora flagrãt
Iura vocant: cõmune bonũ nõ principis ipſa eſt
Vtilitas/verũ populi: qui principe maior.
In cõmune bonũ regis regnare: tyranni
In cõmune malum. q̄ ſi mihi forſitã vnq̃
Maieſtas id veſtra ſinat/quo tuta quieſcat
Italiæ & Chriſti res publica/littoris oram
Adriaci tuſciq3 maris ſub certa ſenatus
Iura feram Veneti. Nã ſic quaſi mœnibus altis
Italiæ obductis populos tutabor ab omni
Barbarico inſultu: placidaq3 in pace fouebo.
Nũc igitur quoniam bellorũ incendia Pluto
Protrahit in lõgum/vireſq3 eneruat & arma
Auſoniæ/turciſq3 viam facit artibus iſtis:
Omnia vt expediam paucis/Dionyſia laudo
Cõſilia/& pacẽ/& fœdus cũ rege futuro.
Talibus auditis cõmota ſedilia diuum

Aſſenſere. leues quibus eſt ea cura miniſtri
Mille modis (vt mos illis) mandata faceſſunt.
Officium de pace priꝰ: per gallica mittunt
Corda graues curas: memorant in regna reuerſū
Depoſito bellandi animo caſtriſq; ſolutis
Totū ire in varias veneres & in ocia regem.
Sic ſegnes animos ac diffidentia corda
Reddentes ſperare vetant: formidine hebeſcūt
Ingenia. inſomnis cernūt ſua prædia/& oīs
Delitias patriæ/vxores charoſq; penates.
Et ſibi porrectis teneram arridere lacertis
Progeniem: blandiſq; iocis alludere patri.
Deteſtantur opus martis: bella impia dānāt.
Sermonē de pace incunt tamē ignea Paulū
Corda mouent. tētare armis ſi cōſona famę
Tā celebri virtus Mantoi principis/audet.
Pręſtantes animis ac viribus agmine ab omni
Deligit: ac tacitos ima ad veſtigia montis
Poſt cliuū reſidere iubens ipſe impiger alto
Fertur equo: & turma graditur ſtipatꝰ equeſtri
Per iuga ſumma fugā ſimulans. Gōzagiꝰ heros
Cui nihil ignotum nil formidabile fraudem
Percipiens poſitis inquit nos callidus hoſtis
Elicit inſidiis. ſi fraude retundere fraudem



Pace licet: nec bella vetant. in vallibus imis
Inſidię ſub colle latent. ſic mente volutans
Colligit & per nota vię diuortia turmam
Pręmittit: quę claudat iter: ſi tendere ad vrbē
Forte velit: cū ſe deprehenſum intelliget hoſtis.
Iane fuit tuus iſte labor: quē prouida virtus
Rexit: & euentu ſors eſt dignata ſecundo.
Turmā aliā duplicē numero: veſtigia circū
Collis ad inſidias greſſu imperat ire citato
Dux facti ſiſmundus erat: cui felſina pugnax
Patria: & in rebus fama inculpata gerendis.
Ipſe volans leuibus Paulū pręuertitur armis:
Conſertiſq; hoſtē manibꝰ premit: ille vbi vidit
In duce mauortis vultūq; animūq; ferentem:
Horruit extemplo. piguitq; ardentius actum:
Proſequitur tamē inceptū: pugnatq; relabens
Ac ſimulans vinci: & dū ducere cogitat hoſtē
Ducitur in laqueos: & iam ſub colle phalanges
Congreſſę magno inſidias clamore fugabāt.
Dumq; ferūt curſus ad mœnia: protinus armis
Effulſit nitidis Iani fugientibus agmen
Oppoſitum. Riſit Ductor: Paulumq; fatigat
Acrius: ex votoq; videns procedere pugnam
Fulminat exclamans veſtra eſt victoria: forti

Tela manu comites impellite: miſimus hoſtē
Tam cautū in laqueos: opulētę accingite pdę.
Tum demū agnoſcēs ſe pulſum in regia Paulus
Hęſit mētis iops. reſonat tuba: tympana clamāt.
Vndiq; mars crudele fremit: mors vndiq; clauſis
Inſtat. & ęquoribus ſimiles quibꝰ ingruit illinc
Aphricꝰ hinc boreas: nodū glomerātur in vnū
Inter ſe auerſi: ſed cum ſperare ſalutem
Non ſinitur iā rara acies ſua porrigit arma.
Vt ſeruare animas cōtenti in vincula tendūt.
Sic paulus demū expertꝰ quo bella gubernet
Ordine Franciſcus quo turbine miſceat arma
Cum tandē eluſum penitus ſe comperit: acrem
Pulſat equū: longoq; volans per deuia curſu
It lepori ſimilis: qui circum prędia poſtq̄
Multa ambage canes egit: certamine tandem
Liber abit volucri per rura patentia ſaltu.
Milite captiuo ſpolijſq; recentibus aucti
Mintiadę redeūt: & ductor in agmine primo
Ibat cęde madens & puluere pallidus atro.
Ferrantes miratus opus ſublime tropheum
Cogitat. Vlmus erat medijs ampliſſima cāpis
Fronde comās denſa leuiū domꝰ alta volucrū.
Huic iubet abradi ramos: & opaca theatri



Inſtar: humi trabibus fixis vmbracula texit:
Ac truncū implumē ſpolijs hoſtilibus armās
Vndiq; ſuſpēdit chlamydes: ſaga ſerica & enſes:
Atq; pharetratos arcus: thoracas ahenos
Et ſcuta & galeas accepto ſole micantes.
Concaua nodatis pendent humeralia loris
Squammoſęq; manus cubitiq;: & ferrea crura
Tympana cū plectris: & ſtipite tibia eburno:
Argento cui labra nitent: pars vltima in aurū
Deſinit: immiſſo nodoſa foramina vitro.
Ac magnis epigrāma notis in robore fixum.
Franciſco Venetū Ductori inſigne tropheū.
Mane (deo ad ſuperos nā lux ea ſacra reuerſo)
Accendunt ſtructis ad truncū altaribus ignes:
Orgiaq; altiſono celebrāt ſolennia cantu:
Mox lætę de more dapes. poſt prandia ludi.
Feſta dies poſitis dū tranſigit ocia curis:
Fama venit cōtra gallos deſcendere ab altis
Alpibus inſubrū in campos cū cęſare grandes
Teutonas: & Genuā primū: mox tēdere Piſas.
Dūq; ea p vulgus ſerpūt: vt ſumma redundēt
Gaudia Iampetrus ſoboles Gonzagia bello
Inclyta: & vſurpans rubicūdi inſignia cancri
Nicoleos duo belligeri mauortis alumni:

Suppetiæ ducis inſubrū: crepitantibus armis
Caſtra intrant forma egregij & florente iuuēta
Conſpicui: atq3 animis in bellū ardētibus ābo
Lætitia ingenti ductor cum rege coactis
Obuiat agminibus: miſſiſq3 ad colla lacertis
Oſcula dant. abiguntq3 ęſtum ſpumāte liẽo.
Iamq3 dies tota in ludis & plauſibus acta
Labitur. accendunt: ignes: lætiſq3 tubarum
Cantibus in multā ducunt ſolennia noctem.
Occiderat nouies: nouieſq3 rediuerat ardor
Solis: & explicitis rurſum mantilibus aras
Inſternunt & ſacra nouant. altaria circum
Stant proceres cū Rege pio: ſeruatur in armis
Relligio quantū arma ſinunt. lux illa dierum
Maxima quę docuit linguas: promiſcua turba
Corda tribus digitis ferit atq3 ſonantia labra.
Fumat arabs odor: artifici clamore ſacerdos
Pangit: & alterno reſpondet tibia cantu.
Nuncius interea properans regemq3 ducemq3
Admonet hiſpanas ſaluo ductante cohortes
Affore ab extremo oceani qui continet orbē
Aequore delatas: ſacro iam rite peracto
Coccineas armis chlamydes auriq3 nitorem
Adijciunt belli & pacis ſplendore micantes.



Sic culti tolluntur equis: magnoq3 coacti
Agmine ſuſcipiunt medios regēq3 ducēq3
Ac ſociis lęti occurrunt. iā hinnitibus aurę
Iam clangore procul reſonāt. iā puluere cœlū
Stat piceo/ vultu iam cōgrediuntur amico.
Hiſpani Auſonios Itali mirantur; Iberos.
Armorū genus atq3 habitū: moremq3 equitādi
Heſperiis capita obnubūt velamina torto
Linea cōplexu cōbuſtam vmbrantia frontē
Fuſca viris facies & prona in pectora: nigris
Crinibus affectis vicini ſidere cancri.
Et ferale ſonans haſtili buccina longo.
Nec caua: vt auſoniis: ſed pleno lancea conto.
Cætera perſimiles noſtris. gens dura labore
Belligero: longis dū bethyca regna ſub armis
Vēdicat: atq3 decē mauros vertentibus annis
Finibus Europę libycos depellit ad agros:
Gallus ab excelſis ſpeculās hęc oīa muris
Non aliter languet q̃ præcipitatus in altas
Dū ſequitur prędā foueas lupus: æger in atro
Carcere deſperans: fata impendentia ſemꝑ
Cogitat: & longa cruciatur imagine mortis.
Hęc animaduertens princeps borboniꝰ alto Borbonius.
Dux animoquē Rex abiens pręfecerat armis:

Alloquitur proceres ad ſe in conclaue vocatos,
O comites quibus eſt curæ res gallica mecū
Iudice non opus eſt/quē ſint habitura videtis
Bella modum. licet hinc oculis hoſtilia caſtra
Omnia metiri: quātū ſuperamur ab illis
Cernitis: Annonæ quātū cognoſcitis. vrbes
Ac populos circūpoſitos nutare/fidemq;
Fortuna vt ventis fluctus ac nubila ferri
Scimus. & auxiliis quantū profecit Arago
Q̄ procul a nobis opis. eſt genus om̄e. coacti
Iā ſumus amiſſo pacem perquirere regno
Quæ niſi ſit conceſſa/famē ferrūq; neceſſe eſt
Omniaq; hic extrema pati demūq; ſubire
Suppliciū/crudo quodcūq; videbitur hoſti.
Ni deus ex alto terras curaret olympo
Forſitan iſta foret nobis fortuna ferenda
Aegrius: Italiæq; opibus ſuccūbere gallos.
At quia cœlitibus quorū ſententia nūq̄
Non pia/ſic viſum/nautas imitemur atroci
Turbine dep̄henſos: vitæ quib⁹ vnica reſtat
Optio. nūc animas ſat ſit ſubducere fato.
Iacturā hanc lucro vllo alias fortuna repēdet,
Quoad niti coceſſum armis ac virib⁹/omnes
Egimus vt decuit fortes: nūc addita poſtq̄



Vis rebus tā magna Italis ac tanta ſequuta eſt
Diſparitas/Rege Italia fugiente quid vltra
Tētādum: niſi ne auſoniis moriamur in aruis
Itala ſequanico iā pridē ſanguine tellus
Tota madet: nullæ noſtris ſine cędib⁹ vrbes.
Nullus ager. Rhodani plorant audita ſuorū
Fata lares. ſoluitq; graui ſe gallia luctu.
Is demū: vt veteres morū docuere magiſtri:
Vir ſapiens: qui ſe ad caſus accōmodat oēs.
Nec pudor eſt. vinci a regis victoribus. Ipſe
Dux Venetū (nec iā res diſſimulanda: p orbē — Veneti laus
Fama abiit.) qui nos tāto p̄mit agmine: fudit
Gallorū regem: Atq; Italis eiecit ab oris.
Nos quoq; mœnib⁹ his clauſit. ſi ſolus abeſſet
Forſitan in reliquos aliquid ſperare relictū.
Solus hic vt vires: animos ita frangit. & aufert
Spes veteres; prohibetq; nouas: ſi dēpſeris vnū
Hūc Italis: veluti fractis mucronibus haſtę:
Cætera plæbs imbellis erit: & inutilis armis.
Excitat hic reſides animos: atq; om̄ibus ignē
Adiicit. Ignaui appellant ſine lege furentem:
Ac temere audētem. liceat mihi vera fateri:
Solus hic auſoniis gallos auertit ab oris.
Spectatū veneream: Gonzagus heros

Pugnatũ. ſatis eſt aliis q̃ inertia poſſit
Abſcondi virtutũ aliquo velamine. fortis
Noia non curãt. Virtus prudentia ſumma eſt
Omnibus. hoc innata Italis ſocordia amictu
Vtitur. his falſo titulis ſe ignauia veſtit
Nec quia nos mihi iuncta thoro germana iugali
Fecerit affines: bellis durantib⁹ auſim
Mitius acturũ quicq̃ ſperare: fidemq;
Defraudare. fides homini laudũq; cupido
Qualis erat qui terrę orbem domuere latinis.
Si ſedare iras igitur ſi flectere mẽtem
Nitimur: atq; virũ nobis placare fatendũ
Ingenue victos. Animũ cõceſſa mouebit.
Gloria. Et addendum eſt ſoli ſe credere gallos
Fidere ſoli ipſi: tanto oblectatus honore
Exuet vt poſita mare tempeſtate: furorẽ.
Et quãtũ oppreſſit bello: cũ bella manebant:
Tãtũ pace feret cũ pax erit orta: fauorẽ.
Talia ſuadentis cõſenſu Gallia magno
Dicta probant: paciſq; legũt: qui fœdera faxint
Exẽplo. atq; Italis fuerant q̃ ſigna ſequuti
Gallica: rẽ (nec enim intererãt affatib⁹) oẽm
Protinus exponũt: illi cõſulta fatentes
Opportuna fauẽt cœptis: pacẽq; ſecũdãt.



Ergo datis prius, obſidibus: ne forte morandi
Hęc cõmenta forent: cũ rex & gallia mittant
Suppetias: cauto veniunt in fœdera ritu.
Fœdera ſunt gallũ incolumẽ diſcedere regno
Aequoreũ per iter: caſtella relinquere & vrbes
Reſtituens igitur feſſam Borbonius vrbem
Liminaq; inſiſtens cũ iam diſcederet: ipſum
Talibus alloquitur Victorẽ heroa loquelis.
O gentis Franciſce Decus Gonzaga latinę
Gallorum ter victor aue. Te martia Parma
Ac Tarrenſe ſolum. Te capta Nouaria dudũ
Prędicat. Attellę modo tertia gloria victæ.
Accipe quicquid erat ſpei & muniminis intra
Italiam Gallis: regnum tibi reddimus omne.
Ponimus hic diuis aſſumpta negãtibus arma.
Poſtq̃ fata volunt victos diſcedere gallos
Pro generis ſplendore tui: pro grãdibus auſis
Atq; animi virtute quib⁹ genus omne latinũ
Iudice me ſuperas: thalami pro fœdere ſancti
Quo tua mi coniũcta ſoror (pia numina teſtor)
Gratulor hęc opus eſſe tuę facta inclyta dextrę.
Perge: & vt ætati veniens adiungitur ætas
Nente diu lacheſi: ſic laudibus adijce laudes.
Sed caue ne aduerſis rebus frangare: ferẽdo.

Inuidiam cuius rabides tua gloria morſus
Senſura eſt: vinces, neu decipiare: memento
Fortunę ingenium longe mutabile, noſtris
Caſibus id conſtare vides. Verū id quoq; cānis
Quod nolim: experiere tuis: ſi vita ſuperſtes.
Propterea conſueſce pati. munimen habeto
Id validū: quo ſortē omnē ſuperabis acerbā.
Hęc tibi (cū nequ*ā* melius) documēta relinquo
Munere pro magno. patrios intrare penates
Si nos Fata dabūt (qđ mitia Numina faxint)
Fortunę mihi quicquid erit: totamq; putabo
Hanc tibi me debere animā. ſi forſitan ante
Q repetā aruernos (quod mēs pręſaga videt
Diuinare) diē extremum me claudere Diui
Præſtiterint: rerum teneat te cura mearum
Natorum in primis ac coniugis: indue mentē
Patris & affectū.: Claram ſolabere noſtro
Occaſu ægrotam. ſenſus ſi manibus iſtis
Dulcibus officijs manes ſolabere noſtros.
Talia Gilbert⁹ lachrymis memorabat obortis.
Cui reſponſa pio princeps ita reddidit ore.
Parce p̄cor lachrymis Gilberte ſororie: Ductor
Maxime Gallorū: neu ſis tibi funeris augur.
Principio rerū vt memorāt: ac credere dignū ē:



Fortunā: vitęq; genus: numerumq; dierum
Fecit & impreſſit cunctis animantibus autor
Quę ſcire ac mutare nefas, ideoq; iuuentus
Sępe ſenectutē pręuertitur. atq; ſepulchrum
Prima ſubit: Nec prim⁹ obit: qui prim⁹ ad auras
Protulit os. fati & vitę moderator olympus.
Hector erat iuuenis: genitor lōgęuus: & annis
Cernuus: ille tamen fato coniunctior iſte
Vix tandem euerſa ſubijt ſua funera Troia.
Nec mœrere decet: q̄ res tibi credita iniquo
Clauditur euentu: nemo eſt: ſeu gallica regna
Seu romana petas: qui rem cū nouerit: auſit
Te damnare: vel hoc fatū: vel regius error
Regis enim vicio mentis fuga facta: repente
Cum regnū tanta hoc animi leuitate reliquit.
Quod decus hoc illuſtre datū mihi tam a gerēti
Bella per ętatem primam gratatis: habenda
Gratia: & id forſan dicendū ex re quoq; factū:
Eſſe tua: nam cum noſtros fortuna fecundat/
Nos quoq; conſortes: veluti cū rectius auris
Aut oculus valet: vtilitas per cuncta redundat
Membra fluens: totoſq; affines irrigat artus.
Quę ſeruāda mones eadē pater ante monebat:
Dum tenera & tantis nondū formabilis ętas

Moribus accipio:atq; memor ſeruāda tenebo.
Si placet Auſonijs mecum conſiſtere terris:
Sunt mihi parua quidē verū ſatis ampla duobꝰ
Regna:mane:quęcūq; dabit fortuna feremus
Vnanimes mecū atq; meis cum fratribus ęuū
Tuq; ſororq; trahes tranquilla in pace quietū.
His dictis Gilbertus iter ſecat agmine magno:
Qua tyrrhena ſonās deſcēdit in ęquora Sarnꝰ.
Dux ſua caſtra petens regis tentoria lætus
Ingreditur:celebrantq; alacri conuiuia plauſu.
Dūq; vacāt epulis:iuuat enumerare magiſtros
Militiæ veteres:quos illi proxima ſæclo
Bracius. Tempora protulerāt:Peruſini ingētia Bracci
Facta recenſentur:cuius(ſi credere dignū eſt)
Fama eſt antiqua dictā a Carthagine gentē.
Carolꝰ a mōtone Additur & ſoboles Venetis exercita bellis
Carolus Alcide animis ac viribus alter.
Tuquoq; cui faciūt inſigne Cydonia mala
Sforcia Sphorcia:& a Phorco genꝰ accipis:addita priſcū
Littera reddiderat paulatim ignobile nomen:
Sed virtus rediuiua iterū ſplendeſcere longe
Fecit:& æternæ radiauit lumine famæ.
Sphorciadas hic belligeris inſubre tenentes
Imperiū:& ſuperi reſidentia ad ęquoris vndā



Mœnia Piſauri:genuit.tandēq; ſub alto
Gurgite tot factis inſignē grandibꝰ vmbrā
Liquit:& in terris nunq̄ delebile nomen
Addūt nicoleū Pici genus acre latini: Nicolaus picininꝰ.
Et formidatā bellis flagrantibus olim Iacobus Picininꝰ.
Sub ferrante alio campana per oppida prolē
Tota voluminibus reſonāt conuiuia linguis
Te Siſmōde ferox:te Cremaniola magiſtrū Siſmūdꝰ malateſta
Militiæ inſignē belli ſtratagemata doctum Cremaniola
Tequoq; neſcio cur tris Bartholemee ferentē Bartholemeꝰ coleō
In clypeo teſtes antiquę inſignia gentis: Cata Mellata.
Materiā riſus.nec te Mellata relinquūt
Incelebrem.veſtras referūt in ſidera laudes.
Vos ſtatuis(ita cana fides & ſtrenua bello
Dextera poſcebat)decorauit equeſtribus ābos
Cura ſacri nūq̄ meritorum oblita ſenatus.
Cōmemorāt Gōzaga tuū genus:vnde virorū Pricipū Gōzagarum ꝓpri etates
Inclyta proceſſit ſoboles & quattuor illis
Propria dona ferūt:proceri corporis alta
Ora giganteas vires/heroica corda/ Ta ianꝰ
Et pilei ſenis eloquium,linguamq; potentē. Ful:
Te Taliane canūt:te Cerpilon arcibus atrox Cerpilon
Excidiū:qui caſtra fugas/q̄ mœnia frangis. Lippus
Et Lippū cui Toppus erat cognomē.& ipſum toppus.

Fortunatū armis:ac cōiuge: Sphorciadaꝝ
Fräciſcꝰ Sfortia Galeas Sfortia
Franciſcū ſupremū apicem.proleq; cruentā
Quā rapuit magnis Iuuenē mors inuida rebꝰ.
Adiiciūt inſignē oris ſplendore Robertū
Stirpe ſuerina genitū:qui ſæpius omnē
Terruit Italiam bello. Germanica regna
Robertꝰ Sueuinas
Ni fortuna virū nimis aduerſata dediſſet
Interitū tā infelicē iam tota tumultu
Preſſerat attonito:ſubitiſq; intuoluerat armis.
Finis erat. Cū dux venetū quid facta ſilemꝰ
Monfeltræ tā clara domꝰ? domus inclyta tantis
Federicꝰ mōfeltruſ
Illuſtrata viris Federico vt theſſala olympo
Altius erigitur tellus:& in ęthera tendit.
Cur Maleteſtaꝝ ſtirpem fraudamꝰ honore
Robertꝰ malateſta
Perpetuo? cur pretereunt intacta Roberti
Bella per etruſcos:& quę peruſina p arua
Cū genitore meo geſſit ſocialibus armis?
Et quādo obſeſſos o Rex(nec enim tibi debet
Gloria & excellens virtus grauis eſſe)quirites
A patris Alphonſi defendit atrocibus armis.
Gentilis Tibertus brandolinus:
Illius huc veniens cū vaticana ſubintro
Tēpla:ſepulturā vidi:inuidiq; ſepulto
Fama eſt gētilem bello fortemq; Tibertū
Vermigenæ
Vermigenaſq; omnis valuiſſe.acrēq; tadæū



Tadeus mrachesꝰ
Eſte ſatum veteri.tum Rex Franciſce tuorū
Immortale decus patrū:neq; tēporis huius
Laudis eget:neq; venturis reticebitur annis.
Immo tuos Franciſcus ait Rex magne parētes
Cū de laude virū ſermo memorare neceſſe eſt.
Ante alios.ſed Cymba breuis male nauigat igēs
Aequor.& altiloquo digna eſt laus illa cothurno
Illuſtres dū menſa viros heroica laudat:
Lux cū ſole cadēs noctē vehit:atq; ſilentes
Per ſecura hoſtis mittit tentoria ſomnos.
Aurora referente diem iā lucifer ardens
Ortus erat.Cū Rex inſomnis eatenus:altā
Soluitur in requiem.Mox illi ſomnia morpheus
Fatidicis aperit formis:& imagine mira.
Viſus in excelſum mōtis tranſire cacumen
Tramite difficili circū perq; aſpera ſaxa
Sæpius inflexo.Tandē ſublimia poſtq̄
Culmina conſcendit longos lateq; patentes
Ingreditur cāpos:vbi lux ſine ſole ſine aſtris:
Et ſine currentis rapidi curuamine cœli.
Lux inq̄:non quanta dies mortalibꝰ orto
Sole micat verū decies illuſtrior.omni
Nocte carens:æterna:oculis blādiſſimus ardor.
It circūſpiciens viridātia gramine prata

Florigero: raraq; comantes arbore ſyluas.
Pomifices: ſed poma micāt ceu ſidera: frōdes
Aureæ & argenti lignū fulgore coruſcans.
Humanæ ex ramis voces in dulcia flexæ
Carmina ſurgebant. magni p̄conia patris
Carmina erant dulci mētem rapientia flāma
Incaluit ſancto igne animus: ſtudioq; vidēdi
Accelerat greſſum: & cupido legit oīa viſu.
Ecce procul ſeptis rutilat domus alta rotundis
Ignea & ardēti circūueſtita pyropo
Culmen inacceſſum eſt oculis: abſcōdit aura
Tā ſublime meat. valuis adamantina eburnis
Porta patens anguſto aditu: vix puia paucis.
Suſpiciens omni humana molimine tēplū
Maius anhelabat ſubeundi ardore: locūq;
Perluſtrandi oēm: dū ſtans ſuſpiria ducit:
Sponte ſua patuere fores: & heous odorem
Fluxit agēs vapor Ambroſium. quo vita repēt
Inſtaurata nihil retinet qđ morte abolēdū eſt.
Intrat lętitiā ſpirans. detecta pateſcit
Tota dom⁹ ſubito: atq; ornatū intrinſec⁹ oēm
Explicat īgreſſo occurrēs grauis vmbra ſed ore
Virgineo niueā chlamydē veſtita quid inquit
Ferrantes hęc regna petis mortalis? olympi



Aetherei ſunt hęc penetralia: vix adeunda
Cœlitibus: ſunt porticibus deſcripta ſub iſtis
Omnia mobilium vobis incognita rerum
Fata: graues Regū atq; ducū per ſęcula caſus
Tum Rex admiranſq; locos vultūq; forumq;
Virginis o felix dixit quę templa gubernas:
Seu genus e terris ſeu ducis ab æthere virgo.
At quoniā Pater omnipotēs hęc ſ ncta videre
Atq; intrare dedit fatorū arcana: facultas
Sit precor euentus regni rerumq; mearum
Cernere: & has aulas mentē oblectare tuendo.
Tum virgo. quib⁹ huc fas eſt accedere: fas eſt
Cernere: & hiſtoriā mundi luſtrare futuri.
Hęc conſulta dei: quondā hic diuina voluntas
Se exonerans ſcripſit: fieri quęcunq; volebat.
Eſt immobiliū domus altera: & ędibus iſtis
Præficimur noſtro diui de more viciſſim.
Hęc mea ſors. vocor a vobis mortalib⁹ Agnes.
Quicquid fatidici vates ſanctiq; prophetæ
Sunt fati: defluxit ab hoc rerum ęquore vaſto
Cœlicolę: quotiens aliquid p̄ręſcire voluptas:
Impetrato aditu prece multa ab principe diuū
Huc veniūt: caſum intuiti (mora nulla) recedūt.
Sic memorans iuuenē mūdi ducebat ad ortū;

Monſtrabatq; polorũ orbes:& ſidera:& omnẽ
Ornatũ cœli atq; ſoli,maris omnia monſtra.
Et genus auriuagũ volucres,limoq; ſubacto:
Implicitas hominũ vitas per mẽbra moueri.
Et quia longa nimis series:legit omnia ſaltim.
Quattuor illuuies pelagi:totidẽ quoq; regna
Maxima:Olympiadis natũ tot bella gerentẽ
Progeniem non eſſe Iouis:falſoq; putatos
Cęſarẽ ab Aeneę:Ciceronẽ a ſanguine Tulli
Deſcendiſſe:Dei venientis ab æthere lapſum
Fata ſibyllarũ implentẽ:& noua ſęcla ferentẽ.
Conciſoſq; patres gladijs:lira ſanguine ebra
Obiectata feris:animaſq; in ſidera euntes:
Triſte triũphãdi gen⁹ hoc:vbi vincere vincię:
Sed ſublime tamẽ:quod nõ capitolia ad alta
Siſtat equos bijuges:ſed ad ęthera:ſidera ſupra
Et ſuper elyſios vbi cœlũ immobile campos.
Cęteraq;,at Iuuenis cupiens ſua tẽpora virgo
Prętereant inquit quę pręteriere:nouoſq;
Da mihi diua dies:noſtros veniamus ad ãnos
Illa mouens greſſu lento veſtigia tranſit
Cęſaris heracli pugnas:ſæua arma gotorum
Et quę Roma tulit iuga:vãdalicoſq; tumultus
Et genus armigerũ Turcos:translataq; Romę



Imperia ad gallos:ac lancrauios alemãnos
Petrę;ũq; thronũ Tyberis modo tẽpla tenentẽ:
Et modo migrãtẽ Rhodani ſpumãtis ad vndã.
Fortunã & ſtrages grauẽ:per cycladas actam
Lunigerã claſſe in totiens:regnataq; mauro
Bethyca tot ſæclis cœlo labentibus arua.
Continet hic:ſurſumq; leuãs oculoſq; manũq;
Ecce ait:hic pugnãt galli,tuus exulat extra
Italiam genitor:tua nauigat æquora Cymba
Cũ patruo,Rex gallus abit pugnatur ad amnẽ
Monte ſub aereo,Iuuenis Gonzagius hoſtẽ
Fulminat,expulſi ſuperãt iuga maxima belgę.
Tu patriam repetis,pro te Gonzagius heros
Pugnat:& expellit victos ad littora gallos,
Teſimul & regnũ aſſertũ:vetat atropos vltra
Viuere:& immiti ſecat(aſpice)ſtamina dextra,
Succedit patruus,Mẽs hic quaſi fulminis ictu
Percita diſrumpit ſomnos:& ſaucia corda
Importunæ vrgent cum ſollicitudine curæ.
O infortunatũ iuuenem exclamare volentẽ
Continuit ſubito:fecitq; ſilentia virtus,
Surgit:& ambiguus cõtra ſua ſomnia pugnat
Somnia vana vocans:verũ nimis hę ferat alte
Horror:& obſcurãs animũ formidinis vmbra.

Ergo ducē alloquitur. regni Franciſce ruētis
Auxilium fatale: tibi debebit Arago
Dum ſolē ęternoſq; ignes torquebit olympus.
Iam virtute tua pulſo de finibus hoſte
Venimus ad metā belli: finemq; laborum.
Caſtra mouenda igitur nobis ad amœna ſalerni
Littora: & æoo repetenda Neapolis euro.
Talia ferrantes. animo dux impiger alto
Imperat armari claſſes certoq; moueri
Ordine. Vulcano immiſſis vmbracula flāmis
Frondea dant lęti. cœloq; incendia tollunt.
Claſſica ſollicitant operas. tuba flexa morātes
Arguit. inuoluitq; altis mugitibus auras.
Armorū ſub faſce pedes iam tympana lento
Vociferans greſſu ſequitur. iam plurima rauco
Sarcina plauſtrorū rugitu incedit: equeſq;
Erigit haſtarum ſyluam ſummo ęre nitentē
Inceditq; ſonans caſtrenſi gallica cantu
Bella: triūphatūq; ararim Rhodanūq; ſubactū
Ter duce Franciſco. ſonat in conuallib⁹ imis
Carmen: & armorū ſtrepitus: miratur oreas
Per triuię lucos martem reſonare: dryaſq;
Proripitur: ſaltuſq; petit ſuccincta ſilentes.
Montibus ex altis iam ſe tyrrhena micanti



Aequore ſub phœbi radiis maria oīa mōſtrāt.
Nuceriæ patet ora iacens: patet ora ſalerni:
Atq; ſeuerini colles: vbi palladis vmbra
Plurima: vbi aurato biferę ſub pondere vites
Incuruantur: vbi exultat ſub frugibus arbor
Perpetuis: neq; læſa gelu: neq; ſolibus altis.
Omnibus his tamē ante locis dira illa Megęra
Quę regno tā ſęua fuit perſuaſerat arma
Pro gallis ferre atq; pati: neq; cedere bello.
Sed poſtq̄ infuſas campo videre patenti
Inceſſu tam longo acies: vbi prrncipis ora
Martia Gonzagę: cuius celeberrima in armis
Nomina iā ducū audierant: de turrib⁹ altis
Proſpexere: nihil potius q̄ cedere viſū eſt.
Hic vbi delitiæ molles: vbi medica paſſim
Poma rubent: vbi cedrorū per littora ſylue:
Martis & armorū prędurо aſſueta labori
Mēbra ducis cœpere graui langueſcere morbo.
Si duraſſet opus martis: ſyncera fuiſſet
Herculei vis tanta viri. qui pondus ahenū
Fert adamas: liquido vires in ſanguine perdit.
Continuo medicæ quicquid fuit artis: ab vſq;
Parthenope latū leuib⁹ ſup ęquora cymbis
Affuit: ac ſuccis perfuſa ſalubribus exta

Imbibitos abigunt æſtus:& frigora potant.
Non ſecus ac quotiens tellus ſub ſidere cancri
Aruit:admittēs ſitibundū in viſcera ſolem:
Si gelida de nube recens defluxerit imber:
Dulce gelu bibit:atq; vaporem exhalat aduſtū
Tū magis Aenææ qui ſub genitore tribuno
Diſcere militiam teneris ardebat in annis:
Sedulitas:amor:ingeniū:tolerantia pluſq̄
Natura omnipotēs primis indulgeat annis:
Enituit.dominū miſerans ardore iacentē
Tabifico ſine luce negat ſine nocte quietem.
Lāguenti aſſiſtit ſatagēs. onus omne ſubintrat
Solus agēs natū:ac dominū ratus eſſe parētē.
His puerū meritis princeps magis ac magis arſit
Atq; vbi militiæ belliq; laboribus aptum
Repperit:illuſtrem fecit:generūq; recepit.
Tēporeq; ex illo iuuenē fortuna leuauit
Altius:ac valeat virus protendere liuor.
Paſcitur infectū febris phlegethontica corp⁹:
Et morbo medicina minor.diſſoluitur omne
Robur:& illa quibus Pardos anteire ſolebat:
Crura labant:fortes illi quibus haſta lacerti
Fulmineū contorta ſonū per ahena ciebat:
Arma:cadūt:cadit in gemit⁹ vox martia lōgos



Mens tamē alta manet langore potentior omni.
Caſtra dolent:ipſi quos cōtrectare ſolebat
Admirantur equi,reticet tuba/tympana laxis
Muta ſilent chordis.circū mœſto agmine fortes
Stant heroa viri:proles Gōzagia phœbus.
Et cōſanguineus Phœbi maruortius Hector.
Tu quoq; ab illuſtri veniens Iacobe ſoardū
Sanguine/Bergomeos q̄ regnauere per agros.
Magnanimoq; comes pugnax Siſmōd⁹ Alexi.
Germanus:Mariuſq; decus ſublime ferarū:
Muſarū comes ingenio q̄ corpore maior.
Sāniciſq; Adriæ ſoboles Iacobus/& omnes
Pręfecti ordinibus ſponda glomerāt vtraq;.
At puer Aenæas vultu maturus opaco
Saucia corda dolet:tamē officioſus ad omnē
Mēte/manu/pede/līgua/oculis ſe accōmodat vſ
Dux autem paſſa ora vidēs/muliebria dixit (ſū
Iſti corda decent vultus.ſi numina vitam
Abſtulerint/grates illis perſoluite/q; non
Ante ferunt/q̄ partus honos/q̄ vicim⁹ hoſtē.
Q; ſi vita manet/neq; funere mergimur atro/
Perſoluendę itidē grates/q; læta ſuperſint
Tempora/cū in patriam latis recitare labores
Bellorū exactos fas/& meminiſſe malorū.

At nũc parthenopẽ placido iuuat ęquore ferri:
Ac duo moliri: reditũ ſimul atq; ſalutẽ.
Sic ait: aſt illi confeſtim apluſtria tolli
Pulchra iubent: lõgãq; parant armare triremẽ.
Mox proceres ſublatũ humeris ſtratoq; iacẽtẽ
Ad mare deportant. & ſtãtem leniter eurum
Accipiũt velo: ac valido freta remige ſulcãt.
Iam ſubeunt portũ. celſamq; illatus in arcẽ
Vnde patet ꝑcul æquoreas ꝓſpectus in vndas
Occubuit curis paulũ morboq; leuatus.
Tũc quoq; rex (ſic fata illũ mõſtrata ferebant)
Correptus languore graui peruenit in vrbem.
Et patriæ inſigni cũ ſuſciperetur honore
Vix potuit triſtes in gaudia fingere vultus
Interea impatiens linguę ſubit alta volatu
Nubila præcipiti: ſpargitq; per omnia fama
Oppida rumores: & nũciat omnibus oris
Lœtifero Regẽ atq; ducẽ ęgrotare veneno.
It Romã: ſubit etruſcos: picẽtia rura:
Flaminiã petit: ad venetos ſuper æquora ſerpit.
Ad ripas venit vſq; padi: defertur in vrbem
Tireſiæ. vulgo inſeritur. fora permeat. aures
Allicit & linguis rẽ vana loquacib⁹ auget
Cõtinuo in gemitus cõmuni Mãtua luctu



Soluitur. Ac veluti cœlo ſi denſa ſereno
Caligo inuehitur liquidas egreſſa paludes
Sol iubar abſcõdẽs tenebroſa inuoluit vmbra
Sic alacres prius in vultus nuruumq; virũq;
Ex animi grauibus curis exorta repente
Funditur obſcurãs oculos acherõtica imago.
In primis Iſabella ſuos perteſa decorem
Exuit ornatus: colloq; monilia eburno
Abligat: in forulis gẽmas abſcondit: & aurũ.
Vota preces ac ſacra iterans prouoluitur aris
Omnibus: accenditq; pijs altaria flammis.
Liquit in lachrymas: vt nix vbi flãtib⁹ auſtris
Intepuit cœlũ hybernum: cum frigore victo
Candida pręcipitãt ſtillantẽ culmina nimbũ.
Improb⁹ exhaurit miſerã dolor. vmbrat amict⁹
Ora inculta niger. viduali ſquallida vultu
Cogitat extincto vitam finire marito.
Triſtibus his curis aderat facundus & acri
Ingenio pręſtans iuuenis Ptholemęus & alta
Indole promittens quicquid ſperare parẽtes
Fas de prole boni. proauos fœcunda virorũ
Magnanimorũ altrix & mater Corduba vatũ
Huic dederat proauos armis & ſanguine claros
Tum dominã miſerans tua cur ſimul atq; tuorũ

Corda ait o nuruum princeps:o regia proles:
Tanto animi langore premis? pietate iugali
Dilexiſſe viros fateor pulcherrima virtus:
Cui non terrigenæ ſoli concorditer omnes
Verũ etiam ſuperi laudes ac pręmia ponunt
Grandia in elyſijs campis.ſic facta virago
Inclyta Mauſoli coniunx.ſic Penelopæa
Nacta decus.ſic halcyone:ſic Hipſicratæa
Armorũ thalamiq; comes ſibi fecit amando
Omnia manſurũ ventura in ſæcula nomen.
Sed facile incertis vulgi rumoribus aures
Porrigere:& vana famæ leuitate moueri:
Turpe:infame:nocẽs:lõge a grauitate remotũ.
Res pręſaga mali fateor nimis omnia ſemper
Importuna notans & ſollicitudine nunq̃
Liber amor.natura hominũ ſic pectora finxit.
His ſtimulis deus affecit mortalia corda.
Non ego.ſed nõne eſt animis regalibus vltra
Cõmunẽ hanc naturã hoĩm fas ſurgere:& vmbrã
Hanc vexantẽ homines inhoneſtatẽq; fugare?
Heroes & ſemideos a plæbe vetuſtas
Diſſociat:nec eos alijs mortalibus æquat.
Sic reges homines dominos pręſtare volebãt.
Vt premere affect⁹ animoſq; retũdere poſſent



Ante ſuos:mox illum alijs imponere morẽ:
Nec labor eſt populos aſſueſcere legibus illis
Quas reges ſeruare vident:imitabile regum
Semper op⁹: populos morũ exemplaria reges.
Ergo redundantes lachrymas & anhela parũper
Ora preme.& populi mẽtes læto ore ſerena.
Talibus amiſſas vires generoſa virago
Inſtaurare parum viſa eſt.ac tollere mentem
Altius:atq; graui curarum emergere ab æſtu.
Interea princeps iam decreſcente parumper
Liberior morbo cupit ire:& patria regna
Mantooſq; videre lares:& ſiſtere regno.
Solis equos iam libra tepẽs deflexerat auſtrũ
Verſus:& autumno ſurgebat Atlantias alto.
Per ſulmonis agros pelignaq; rura cohortes
In patriam ſignis lætæ victricibus ibant.
Dux ęger modo vect⁹ equo:modo currib⁹ act⁹:
Vectatus nõnunq̃ humeris pręeuntia lento
Caſtra gradu ſequit̃.cõiunx Iſabella regreſſum
Docta viri præmittit opes:atq; aurea dona:
Vina vnguenta leues tunicas:& byſſina vela:
Lenimenta mali.& ſolatia blanda marito.
Mittere & omne etiã medicamẽ.& arte medẽdi
Inſignes conata viros.teq; optime vatum

Baptiſtæ feræ laus

Ante omnes Baptiſta domus æterna ferarũ
Gloria. Tireſiæ decus immortale nepotũ.
Tu coi ſecreta ſenis: tu centauræa
Gramina: tu ſuccos formẽtaq; bethyca noſti:
Galleni tu ſenſa tenes. Quæcũq; leguntur
Montib⁹ in colchis quicq̃d mare mittit ab indis
Quicquid ab Aſſyrijs: ꝓhibes ne tartara poſſint
Expugnare hominũ vitas. ne ſidera fluxu
Sint infeſta malo: fatiſq; furentibus obſtas.
Nec tibi muſarũ minus intellecta ſupellex:
Ac phœbæa domus. tibi carminis autor Apollo
Omne ſuũ patefecit opus. ſeu leſbia pulſas
Barbita: & Alcęi numeros: ſeu cincta cothurno
Crura feras ſmyrnęa mouẽs ad carmina plectrũ:
Siue velis modulari elegos præſentia vincis
Tempora: & antiquę cõpar tua gloria laudi.
Ergo vbi picentis mare verberat vnda truẽti
Obuius ægroto primus medicamen adortus.
Ignis edax animę per mẽbra iacentia ſerpens
Hauſerat arẽtes cõſumpto humore medullas.
Nec requies. ſæuibat agens in corda venenũ
Indomitũ: vix ãq; animã rapiebat in vmbras.
Tu velut Alcides diram ſpirantia mortem
Vndiq; lernæi truncauit guttura monſtri:



Id ſtygium reſecas virus: ſuccoq; potenti
Non ſinis arſuros peſtem flagrare per artus.
Interea cõiunx (amor impetuoſus & acrem
Fert animũ pietas) Nuruũ comitãte caterua
Centauro inuehitur magna: ſequiturq; carinã
Ante remulcãtem piſcoſa ꝑ æquora Minti:
Per phaethõtis aquas/perq; hũida regna parẽtis
Vt nulla eſt menti requies ita nulla lacertis.
Nocte die ruit ære Padi ſpumãtia terga
Nauita/populeos vento faciente ſuſurros.
Mœnia tranſibant argẽtea: cũ ſopor vmbrã
Sidereis Iſabellæ oculis immiſit: eburno
Fulta genã cubito dulci reſoluta quiete eſt.
Cõtinuo rupem viſa eſt aſcendere in altã:
Lata vbi gramineo: diffunditur area campo.
Tyrrhenaſq; audire tubas: & tympana & omnẽ
Militiæ martiſq; ſonũ: tũ cernere gẽtem
Innumerã nitidaſq; acies ire ordine longo
In templũ gradibus quod centũ aſcẽdit altis:
Tẽplũ ingẽs: cui mõtanis frons ardua ſaxis
Texitur: & rigidas attollit in aera cautes
Et ſcopulos: inſtar mõtis: cui plurima ſurgũt
Cornua/& in cœlũ magnis ſe molib⁹ effert.
Limẽ vtrũq; calybs. poſtes & ianua duro

Sõniũ Iſabellæ

Aere rigēt:tegitur facies pendētibus armis.
Sunt clypei/ſunt thoraces:& ahenea vincla:
Eſſeda:falcati currus:naualia roſtra.
Delubri in medio breuibus ſuſpēſa colūnis
Fert epigrāma notis inciſum grādibꝰ ara.
Virtuti & magnis ſacrata heroibus ara.
Illuc magnanimi proceres cōſcendere viſi
Aere coruſcātes:& odoribus ardua cincti
Tēpora Daphneis:quos intercernere Pyrrhū:
Chaonię Regē pyrrhū/ſobolemq; Philippi
Mangnanimā:Hānibalēq; putat:libyęq; ferētē
Nomina ſcipiadē/Pompeii & Cęſaris ora
Atq; ſupciliū Marii/Syllā:atq; loquacem
Marcellum/Auguſtūq; patrē:rigidūq; Catonē:
Innumeroſq; alios/quorū æerea viderat ora
Docta vetus ſęclum:proceres vbi ſedibꝰ altis
Impoſiti ſigno tenuere ſilentia facto/
Ecce nouus Ductor multo cū milite portas
Ingreditur radians armis & caſſide aperta:
Gallorū ſpoliis diues/grauibuſq; catenis
Implicitos ducens belgas:& vaſconas altos.
Ibat iter verrens gladio:quē agnoſcere cōiunx
Viſa oculos immota manet.ſub caſſide vultꝰ
Cōſpicitꝛ ardentes:& lumina ſideris inſtar



Lucida:& inceſſus paſſu ſurgente leuatos
Elatoſq; humeros:& pectora lata:virūq;
Dulcibus agnouit curis:ſe inferre per agmē
Eſt animus:teneriſq; amplecti armata lacertis
Colla:pudor tenuitq; pedes vocēq; repreſſit.
Mirabunda tamē ciliis cōſiderat altis
Quo res tanta cadat.venienti aſſurgere totū
Conceſſum videt/atq; ipſum ſe flectere & ante
Cæſaris ora genu(nā cæſar in agmine in tanto
Primus erat) curuare ſuper puluinar ahenū.
Tū manibus palmā cæſar dedit:atq; reuulſa
Caſſide victrici cōplexus tempora lauro
Erigit:Hānibalemq; inter Pyrrhūq; ſedere.
Iuſſit:& æterno iuuenē decorauit honore.
Hic ſopor extinctus.ſubito ſibi reddita virgo
Eia ait o validi remis cōſurgite nautæ.
Flectite & vmbroſæ naues appellite ripę
Hæc referens iubet apponi flauentis hiacchi
Cymbia:triticeam cererē pernaſq; ſuillas
Dū dape reſtituunt vires/ſua ſomnia puppi
Narrat:& excito redeunt in gaudia plauſu.
Mox iter inuadūt alacres.antiqua Rauennę
Tecta seneſcentis magna ambitione ſubintrāt
Ipſum etiā placido lapſum ſuper ęquora curſu

Attulerat lux illa ducē: qui cōiuge viſā
Lętus in amplexus dulces &, in oſcula tendēs
Hic finis languoris ait. cōſternite menſas:
Et laute curate dapes. dū talia princeps
Voce refert/ german⁹ adeſt Siſmūd⁹/& ingens
Nobilium cœtus procerū: quos vrbe relicta
Traxit in occurſum pietas/ ſtudiūq; vidēdi
Tā, celebri fama illuſtrē: tot honorib⁹ auctū.
Gaudia inardeſcūt. labor eſt tot iūgere dextras:
Colla tot amplecti. potuit translata videri
Mātua, & in veterem populos miſiſſe Rauēnā.
Ergo epulas turmati ineūt: menſaſq; coronāt:
Aemula cretæo latici liuiana capaces
Vina, grauant pateras: ſpumātq; albente lyæo
Cymbia/ & aurati calices: obſonia menſas
Lauta onerāt. pingueſq; ſecāt in fruſta iuuēcos.
Mane/ vbi iā lucem ſurgens aurora reduxit:
Victorē in patriā dominū comitāt ouantes.

FINIS TRIVMPHI.



Baptiſtæ Mantuani Carmelitę theo. In Robertū Sanſeuerinatē Panegyricū Carmen.

SEmideum veteres inſignia facta poetæ
Mœonijs vſu fidib⁹ grādiq; cothurno
E tenebris claram in lucē: traxere canendo.
Propterea magni tumulum miratus Achillis Alexāder
Pellæo genitore ſatus dum mœnia Troiæ
Littore ſigæo laceramq; inuiſeret vrbem:
O fortunatum iuuenem cui carmine (dixit)
Mœonio dici: tantoq; ad ſidera cantu
Contigit extolli: famaq; repellere mortem.
Sed tamē in ſacros ſors eſt minus ęqua poetas.
Nam dū magna canunt heroum facta putātur
Vana loqui: quia vulg⁹ iners & lāguida corda
Dum ſublime nihil curant & ſegnia ducunt
Ocia: virtutis duriſſima pectora nunq̄
Cominus & fortes contrectauere lacertos.
Noctua phœbeum viſu non ſuſtinet orbem:
Hoc etiam Iouis armigero putat eſſe negatū.
Sic genus hoc exangue ſuis quod virib⁹ impar
Autumat: herculeos excedere iudicat auſus.

Cedite degeneres animi: noctemq; ſubite
Tartaream ſtygiiq; lacus teterrima luſtra:
Lumine qui tremulo claros non cernitis ignes,
Nec quales habeat virtus diſcernitis alas.
Quis lernę Nemeęq; feram ſaltuſq; molorchi
Quis domuit ceruā ęripedē? quis ſuſtulit āgues
Vertice de lycii montis flammāq; chimęrę?
Et quis ſemiferis iuga dicitur hoſpita monſtris
Oppreſſiſſe? fuit labor & ſolertia tanti.
Ampla quis ex vno confecit marmore tecta
Thraicio fundata ſolo. qua magna perinthus
Ante erat: ipſa æuo fuit heraclæa ſequenti.
Ardua pyramidū quis culmina nubib⁹ ęquat:
Quis tātis ephesum tēplis? quis turre Canopū
Lucifera? libycas olim quis preſſit harenas
Mole Iouis tanti? quis vicit amazona fortē?
Quis lapithas: duroſq; truci laſtrigonas ore?
Alpinū quis ſtrauit iter? quis marmor aceto
Rupit & æternis canentia ſaxa pruinis?
Hęc facit aſſiduo ſudans in puluere virtus.
Quattuor in magno rerū primordia mundo
Secretis abſtruſa locis ignotaq; regnant:
Scilicet hęc. fatum. virtus. fortuna. deuſq;
Iura deo maiora manent. cui proxima virtus:



Tertia ſors fato. cui ſe fortuna miniſtram
Exhibuit: flammis virtus durata geluq; — Virtus
Fortunā fatumq; domat. dare ſola triumphos
Et leuibus vectare rotis intexere lauros
Frontibus & viridi raptū de ceſpite gramen
Ipſa poteſt. fuluo lucentes ære coronas
Signaq; partitur naualibus ardua roſtris:
Et faciles myrtos exanguis præmia belli.
Hęc mōſtrare volens ſua quāta potentia: ſęclis
Plurima pręteritis hominum ſublimia fecit
Pectora. ſed noſtro non vſa minoribus æuo
Viribus illuſtrem belli paciſq; Robertum
Protulit officiis: ſe ſeq; effudit in illum
Ipſe caput ſacrum totamq; ſimillimus illi
Corporis effigiem. Caſuq; ſi pingat apelles
Inſignem clarumq; ducē: voluiſſe Robertum
Fingere: & exemplar ductum credetur ab illo.
Cerne virū: viden excelſæ quæ gloria fronti?
Quis capiti decor incano? quę gratia veſtit
Lumina? maturę quid maieſtatis in ore
Fulgeat? extantes humeros pectuſq; leuatum
Leniter & ſetoſa toris porrectaq; cerne
Brachia neruorum ſolida compage ligari.
Præſcia venturi iuſſuq; excita tonantis

Tale duci natura decus largita futuro eſt.
Q̄ bene triſtata recubant ſub caſſide crines:
Q̄ bene ſub thorace ſedent mauortia corda?
Non ærata grauat viridem lorica ſenectam:
Non validā grauis haſta manū: non ilia fulgēs
Enſis: & horrificū ſpargens romphæa nitorē.
Cum rutilare truces conos adamātaq; ſummo
Vertice vibrantes late diffundere flammas
Aduerſæ videre acies trepidare videres
Corda manuſq; virū: tremulaq; in ſtapede plātas
Stare loco neſcire: ducis præſentia tāti eſt.
Sicut vbi libyæ per inhoſpita rura leonem
Iratum videre feræ: ſi fidere curſu
Si tentare fugam nequeunt: ante illius ora
Depoſita ceruice iacent: regemq; fatentur.
Nec ſemel aut vno tantum fuit agnita virtus
Iſta loco: procul europam diſcurrit in omnē:
Qua premit aerias gallis in finibus alpes
Hyberno Cynoſura gelu: qua murmurat ęquor
Hadriacum: qua rura lygur ſaxoſa colonus
Exercet miteſq; legit de collibus vuas:
Tyrrheno ſiculoq; madent vbi littora fluctu
Facta ducis celebrēq; ſonant ora omnia famā.
Quid referā virides annos cum venit in arma



Pene puer: patrui mores & Sfortia ſemper
Signa frequens? teneras prima lanugine malas
Claudere fulgenti galeatū cœpit: & armos
Deliciis rigido poſitis circūdare ferro.
Sicut Marmarici ſoboles primęua leonis
Iā pendente iuba curuis vbi fortior ætas
Vnguibus & validis armauit dentib⁹ ora:
Stare nequit: curſuq; feras ſaltuq; fatigat
Sic puer vt flagrans picena per oppida fulmē
Tranſiit: & celeri fregit tot mœnia marte.
Nō maiora tulit virtutis ſigna futuræ
Scypio: cū pauidis tranās pro ciuibus æquor
Attulit in libycam ſtrages & funera gentem
Quid repetam victis antiqua pericula boiis?
Scit Derdō Tanaruſq; furēs/ Tanaroq; ꝓpiquās
Eridanus/ nec nō inſubris flumina lambri.
Quid cū vix ſecum rapuit ſua ſigna Iacob⁹
Aufugiens? erat ille tamē non ſegnis: & artē
Palladiam doctus: ſumptaq; acerrim⁹ haſta.
Non marius Cimbrū maiori clade furentē
Nec marathon fudit maiori turbine perſas
Milciades quando ſubitis cōgreſſib⁹ hoſtē
Fregit: & ingentē ſepeliuit ſanguine campū.
Adde fluentinis pugnā pro ciuib⁹: adde

Flaminiū(poterit meminiſſe Bononia)martē.
Ipſe quoq; a gallis magnis ſortitus honores
Militiam ſub rege diu tractauit & arma.
Quis canat aſſumptos olim pro rege labores'
Quē modo fata p̄mūt? quis parthenopęa parte
Flagrantes referat pugnas? mille oppida mille
Terruit excelſis poſitas in mōtibus arces/
Poſtq̄ ſidereo moriens Alphōſus olympo
Clarruit:& magno cœlū repetiuit honore:
Arnus & alphææ meminerūt martia Piſæ
Claſſica cū patrio miſſus de littore miles
Daunius in tuſcos magno ruit agmine cāpos.
Scit quibus immē_um traiecit pontib⁹ amnē
Luca vetus:quāta ad pelagus tuba mugiit aura
Scit veteris Lunę tractus nymphęq; marinę.
Cū ducis anguigeri ſtygio caput abdidit orco
Vltrici mors acta manu:cū plurima creuit
Seditio/fortuna grauē meditata Roberto
Perniciem virtute nouos abigente tumult⁹
Et fraudes retegente deo deluſa retraxit
Lora dolēs:gemuitq; dolos exire latentes.
Bis patriæ laturus opem:bis pulſus iniquo
Sidere:virtuti ſaltem ſatis vndiq; factū eſt.
Sēper habet ventos placidū q̄bus excitet ęquor



Aeolus:& nautis curſus fortuna ſecūdos
Iuuidet:& crebrum ferit alta ceraunia fulmē.
Sed magis excelſæ patuit ſolertia mentis
Cū ſeruile iugum Genuę cōtriuit:& vrbem
Egregiam lygurū terra pelagoq; potentem
In pacem antiquā libertatēq; reduxit:
Quā tamē ante graui patrię ſubiecerat aſtu.
Hoc orbis miratur opus:ſuperare videtur
Id facinus tā grande fidem:ſed vidim⁹ ipſi:
Nec tantū liuor potis eſt abſcondere lumē.
Claſſica & armorū ſtrepitus & cornua rauco
Irritata ſono contortaq; ſulfure ſaxa
Audiuere procul Cyrnus Sardoaq; tellus:
Sicut vbi auguſtus celſa ſub Leucade victor
Agmina diſiecit phario crepitantia ſiſtro:
Non animis tantū fabios valuiſſe trecentos
Qui patriæ vallum ſeſe fecere:ſuoq;
Corpore clauſerunt aditus hoſtilibus armis:
Credidetim:nec te cōbuſto Scęuola trunco.
Cū furor Auſoniā nuper maiuortius omnē
Subuertiſſet:opes venetæ feſſumq; lababat
Imperiū:vires italę:concordibus armis
In venetū magnos ſimul exciuere tumultus.
Arma viros fractaſq; padus ſub gurgite lato

Voluit adhuc claſſes:& adhuc tinnitibus aures
Ferrarię tantis reſonãt calcata paludum
Stagna.quib⁹ vix ante fuit via piſcibus:altos
Sub quibus irato nabat padus ęquore põtes.
Nec laudare ſatis poſſum:nec credere quęq̃
Poſſe reor niſi qui tantis interfuit auſis.
Nõ melius rhenũ cęſar Rhodanũq; ſonantẽ
Edomuit:rapidũ non ſic auguſtus Araxem
Ferre iugũ docuit:ripiſq; adiũgere ripas.
Heu quãtos luctus illis quot lęua diebus
Funera ſollicitę rapto pro pignore matres
Accepere.ferũt atheſim per rura cruentũ
Iſſe diu ripis toto mœrentibus anno:
Ipſe etiam vitreis qui paſcua diuidit vndis
Mintius accepta.variauit cęde colorem:
Sãguineũq; bibit mixto cũ puluere rorem.
Solus martis onus tanti furiaſq; Robertus
Suſtinuit:ſolus tantos cõpeſcuit ignes.
Nec tãtũ Cocles:nec tãtum Curtius vnq̃
Moliri potuit.veteres ſua ſæcula laudant:
Noſtra ſuis etiã nõ ſunt fraudanda tropheis.
Hic quãdoq; moras Fabii:quãdoq; furorem
Cæſareũ ſimulans,vario ſtratagemate victor
Italiæ ſeſe ingenti præfecit honore:



Communemq; hoſtes ipſi fecere magiſtrum
Militiæ.nec eos puduit diſcedere ab armis
Et pacem petere:& palmam prębere Roberto.
Credimus officiis olim longęua daturos
Signa triumphalem venetos ingentibus arcũ:
Nam penes hos viuit priſcę virtutis imago.
Et veteres ęquant regnis creſcentibus annos.
At nunc Romanas arces gentiſq; latinæ
Regna quibus quondã totus nõ obſtitit orbis:
Et violata ſacri defendit iura ſenatus.
Vltorem hunc omnes aſſertoremq; ſalutis
Aſciuere ſuæ.populi quos Brutia tellus
Quos garganus alit Marſi forteſq; ſabini.
Et locri:quos vt fama eſt inuiſa tyrannis
Compulit indignam bellis auertere ſortem.
Et diomedęi ciues:Dauniq; nepotes:
Lucani calabriq; omnes:atq; hernica ſaxa
Vno omnes clamore vocant:vnoq; Robertũ
Ore petunt.altis præruptæ collibus arces
Auxilium vento explicitis inſignibus orant.
Ipſe per hoſtiles latii modo fulminat agros
Parthenopẽ cumaſq; petẽs.Cataphratta ſequũt
Agmina.iam Claniũ magnus iã pulſat acerras
Clangor:& ingenti trepidat campania motu.

I: decus Italiæ tantoq; accinge labori:
Pręteritiſq; nouam meritis hanc adijce laudē:
Quā delere ſequens annis labentibus ætas
Nulla queat: quæ cœlo ipſo ſcribatur & aſtris.
Parce tamen miſeris: nec te fortuna ſuperbum
Efficiat: caſu virtus dominetur in omni.
Sed quibus antiquę laudis te heroibus ęquē
Auſoniæ cuſtos & ſæui gloria martis
Neſcio. nam paucos horum ſyncęra coronat
Fama: vel vnicolor probitas: ſed crimine virt⁹
Multotiens offenſa cadit: mutatq; colorem
Virgineum. ceu cum terrenā Cynthia nubem
Intrat: & amiſſo perdit ſua lumina phœbo.
Cæſar vt edomito laudem feliciter orbe
Sic meruit ſummum violata turpiter vrbe
Dedecus: atq; fauis taxos iniecit amaras.
Adde ꝙ e magni templo iouis impius aurum
Suſtulit: & patrio maculauit ſanguine dextrā.
Tu vero patriam ſeruas: limenq; paternum
Exulibus reddis: quos non ſententia legum
Sed liuore furor tinctus fugat: herculis inſtar
Ad cōmune bonū genitus. Tu templa deumq;
Eximijs oneras donis. labentia multo
Reſtituis delubra ſitu. tua dextera nulla



Cæde madet: fuluūq; tibi non imperat aurū:
Hannibali vero clades præconia noſtræ
Magna ferūt. ſed fœmineis qui vicerat omnes
Vincitur illecebris: patrioſq; offuſcat honores:
At tu blandicijs rigidū muliebribus enſem
Et celeres præponis equos: ignaua peroſus
Ocia. continuis robur ſudoribus auges.
Sed neq; tu libycam miti ſub pectore claudis
Perfidiam: Tu namq; fidem: tu fœdera ſeruas:
Decolor emathij regis canit India nomen
Perpetuū: ſenſit celebrem terra vltima famam:
Terra iacens noctes vbi ſol facit igneus ęquas:
Sed tamen ille graui quotiens erat excitus ira
Læta cruentabat turpi conuiuia cæde:
Atq; furens aliquem comitū mucrone petebat:
At tua tam grauibus nō ęſtuat ira procellis.
Nam ſubitos innata premit prudētia motus:
Et cito ſideream ſpargit clementia frontem:
Vnus adeſt cui te ſimilem tua lactea virtus
Efficit: & nulli probitas obnoxia culpæ.
Scypio qui tanto felix cognomine nunq̄
Criminis illuſtres maculauit labe triumphos:
Fama facit vos vna pares. vos vnus honeſti
Iuſtitiæ vos vnus amor: par cura pudoris:

Vna gubernandi celebrat ſolertia martis.
Adde q; ille mori pauper q̃ viuere auarus
Maluit: abiectis opibus ſeruiuit honori:
Mancipiũ virtutis erat: quæ ſumma putatur
Solaq; libertas: ſunt vincula ferrea mores
Indomiti: menteſq; iugo ſcelus arcet iniquo.
Te quoq; Pompeio patriæ pietatis & æqui
Suadet honor cõferre: vetat graue funeris omẽ.
Si te militia plures & rebus agendis
Aequiparant priſci lectis annalibus æui:
Relligione parem tibi non offendimus vllũ.
Tu mare tu ſiculos fluctus & limen Aceſtæ
Alcinoiq; domos regnum phæacis Olyſſi:
Phœbeam tu naue Rhodon petis atq; Cythera
Carpathio prætenta mari perſæaq; ſaxa:
Triſtis vbi Andromade monſtris obiecta mari,
Fleuit: & ęquoreo Chriſti pręſepia curſu (nis
Quęris: vt horrẽdi videas caua ſaxa ſepulchri.
Nec contentus eo Nilum & memphitica regna
Viſis: & immites arabum progreſſus ad oras
In iuga veniſti longo panchæa labore.
Cinnama per campos illic & tura leguntur:
Illa niger Nabatheus arat felicia rura:
Et legit ex multa ſpirantes arbore ſuccos:



Mox iter ad ſancti prærupta cacumina mõtis
Vertis: vbi duro ſtillantes marmore guttę
Diuinũ teſtantur opus: quia languida morbos
Membra fugant attacta graues. hic virgis ingẽs
Gloria niligenæ totũ vulgatur in orbem
Te maris & terrę fecere pericula ſacrũ.
Hoc iter iſte labor ſummo te aſcripſit olympo
Nec ſinit hoſtiles in te ſæuire cateruas.
Quare age romuleos dux fortunate penates
Et latias tutare domos: ſuccurre tuorũ
Caſibus & miſeros ſiculis a finibus audi.
Vt poſtq̃ domito florens victoria regno
Te reducem nobis dederit: cũ laude triũphũ
Accipiens curru venias inuectus & auro
Splendidus: & niueos videas ſudare iugales
Axe ſub aurato ſparſis candẽtib⁹ alta
Circũ colla iubis greſſuſq; audere ſuperbos:
Sed frenis parere tamen: legemq; magiſtri
Cõpoſito ſeruare gradu. Deſcendet ab alto
Limine ſolenni pompa plębiſq; patrũq;
Cinctus & albenti gradiens in veſte ſacerdos
Maximus immẽſo magnũ decus addet honori.
Nec tarpea tibi rupes: ſed ſũmma petentur
Limina ſidereo poſuit quę Roma tonanti:

Clauigeroqꝫ patri: ventis vbi cymba ſecundis
Nauigat in tutos ſpumoſa per æquora portus.
Roma coronatos paſſim per cōpita funes
Ducet & extenſo claudet velamīe cœlū.
Per celebres aulęa vias ſuſpendet: & omnis
Vicus odorato late ſpirabit amomo.
Tū tuba pacificos cantꝰ alternaqꝫ reddet
Carmina partitis vicibus: tunc tibia dulces
Ad numeros inflabit ebur: totoqꝫ ſonabūt
Aethere plaudētes populi ſonus omnibꝰ idē
Lætitiæ cōfuſus erit: ruet vndiqꝫ magnū
Multiſonę pelagus turbæ. tibi geſtiet omne
Limē: & ex alto ſpectabūt culmine matres.
In vultus cōuerſa tuos ſuſpenſa manebit
Roma diu. talem priſci videre triūphū
Paulus vbi antiquos macedū populatꝰ honores
Alta catenatum tulit in capitolia regē.
Sic precor has olim liceat mihi cernere pompas
Et cantare tuas maiori carmine laudes.
Nos tibi viuenti tantos debemus honores:
Sed vitæ maiora manent te dona futuræ:
Quæ dum flagranti cuperem cognoſcere voto
Oraſſemqꝫ diu ſuperos/ariſqꝫ dediſſem
Candida cum gemitu lucentibus orgia flāmis



Ipſa nec ambiguis tandem mōſtrata figuris
Et miro ſunt viſa modo. dū Palladis humor
Paſcere ardentem lychnū/ſuſpenſa tenebā
In multā vigilans noctem vix lumina ſomno
Aſpergente graues letheo flumine ſenſus.
Siue ſopor ſeu mens exceſſu capta profundo
Egerit hoc/tolli in magnā ſum viſus olympi
Sublimēqꝫ dei patriam: quo nubila noſtrā
Nulla ferūt noctem. cœleſti lumine virgo Cathari na
Circūfuſa caput ſacrum: frōtēqꝫ ſerenam
Cui fulgens inſigne rotæ: cui lucida nubes
Ex humeris prolapſa pedes currebat in imos/
Multimodiſqꝫ fluens ſinibus criſpabat amictū
Qualem nulla poteſt hominū ſolertia filo
Texere: nec viuos imitans pictura colores
Fingere. dux erat iſta mihi: duxitqꝫ per orbes
Aethereos magni monſtrans miracula mūdi.
Dū procul a terris quātū ſe tollit in altum
Pelion: aut magni vertex ſublimis olympi:
Per tenebras noctis mediūqꝫ per aera nobis
Eſſet iter: quędam pallenti corpore formæ
Ora quibus ſuccenſa: leues in tergore pennę.
Vnguibus harpyis ſimiles ſine voce leuarūt
Ingentes alas: rapidoqꝫ abiere volatu.

Sicut cũ magno paſcentes agmine corui
Si ſubito venator adeſt:nigrantia tollũt
Brachia:& exterito fugiũt per inania collo.
Territus heu quęnam virgo teterrima dixi
Turma'im volitãt tenues ſimulacra per auras.
Hęc referens ibam lateri cõſertus & armo
Virginis vt pauidi latitant ſub matribus agni
Cũ truculenta feri videre lycaonis ora.
Tũ virgo duce me nulla formidine pectus
Frigeat.hęc noſtro fugiũt exterrita vultu
Agmina. Sũt animi triſtes quos expulit olim
Seditio primæua:tenẽt hanc aeris oram
Perpetuo damnata gelu tenebroſaq; regna.
Hæc loca ſũt vbi Vulcani longęua vetuſtas
Credidit arma ioui triſidũq; excudere fulmẽ.
Hic notus hic boreas habitãt:hic horrida grãdo
Hic ſonat horrendũ tonitru nubeſq; ꝑ atras
Fluctuat:hinc imbres:hinc nix hiberna ꝑ alpes
Expuitur:gelidoq; ſolũ circũdat amictu.
Pars terrę vicina magis canẽte pruina
Et lachrymis vitrei roris ſtillantibus humet.
Altior hic per quem ferim⁹ veſtigia tractus
Aeris ęthereæ ſentit contagia flammæ:
Ardeſcitq; magis.ſtellis ſorbentibus iſtuc



Ex ima tellure vapor ſublatus ab igni
Corripitur.varioſq; facit ſplendere Cometas.
Hic bolides:longęq; trabes:Xiphięq;:Dociq;
Hic pogon crineſq; micãt:& acontius ardor:
Atq; alij ſicut diuerſi vultibus ignes
Sic quoq; diuerſa ſortiti nomina voce.
His deus ingentes rerum prædicere motus
Venturoſq; ſolet terris portendere caſus.
Sicut præterito calabros cum terruit anno
Fulgor:& ignitis ardens mucronibus aſtrũ.
Mox proferre caput tanti cœpere tumultus.
Et reretes animare tubas:bellumq; per omnẽ
Auſoniam:& latium Thibris potare cruorem.
Tunc ego per rapidos virgo mihi trãſit⁹ ignes
Eſſe poteſt impune? leues ſi corpora flammæ
Sic terrena cremant? virgo rariſſima dixit
Flamma nec exurit nec diſſipat ore tenebras:
Ni congeſta voret terrenæ pabula molis.
Aſt vbi ſiccato vires in corpore traxit
Vrit:& illuſtrem veſtitur lumine vultum.
Hæc ait:& celeri flammam tranare meatu
Cœpimus.at poſtq̃ raros ſuperauimus ignes:
Conſtitit.& ſummo terras monſtrauit ab axe
Sic memorãs.Cãpos humiles pontũq; liquẽtẽ

Deſpice conuerſo regna ad mortalia vultu.
Aſpice q̄ breuibus ſpacijs humana coegit
Tecta deus.terrā pelagus pene occupat omnē
Aequorei ſpacioſa greges maioraq; longe
Regna tenent.in clauſtra hoīes anguſta redacti
Tam magnos agitāt tā paruo in pectore fluct9.
Illic tota iacet quam ſi quis ſanguine fuſo
Sortitur bene credit emi peritura diebus
Gloria venturis.Romæ quam totus honorat
Orbis ad extremos nomē nō tranſmeat ortus.
Illis tot cædes hominum tot funera campis
Tot lachrymę:tot voce ſonant ſuſpiria triſti.
Si genus humanū ſaperet:nec inertia tantum
Illecebris captum vitęq; fugacibus annis
Corpora curaret:labentia regna lutumq;
Caſuraſq; habitare domos & vile puderet
Hoſpitium:quod cuncta ſinu cœliq; mariſq;
Purgamenta legit:triſtes vbi ſidera caſus
Aſſiduaſq; pluunt infeſto lumine mortes.
Cerne ait:& raras intercurrentibus vndis
Monſtrabat terrę maculas:& euntia circum
Aequora:quę multis ſupereminet vndiq; tell9
Orbibus:in plures populos diuiſa:genuſq;
Multimodū:ſtygijs etiam ſub manibus inquit



Eſſe domos:quę cum nos aere ſomnus opaco
Sopit:habēt phœbi radios:paſſimq; p vrbes
Exercent operas ciues:per rura coloni.
Nos illis homines tantū quæ vidimus ipſi
Credimus eſſe locis.ſed & hi qui tartara ſubter
Arua colunt veſtras inquit ſub fluctibus altis
Nare putant terras:illis contraria certe
Sed non alta magis ſemper veſtigia fertis:
Nam neq; vos illis illos neu credite vobis
Eſſe ſuperpoſitos:Spacijs æqualibus æther
Vndiq; circumfert immotis axibus aſtra.
Nec pars vna iacens infra pars altera ſupra.
Vndiq; terra ſubeſt cœlo:cœlū vndiq; ſurſum.
Aſpice.iam curuū triuiæ ſuperauimus orbē.
Ipſa ſub humenti modo fert veſtigia cancro:
Iam terras rorabit aquis:iam nubila coget.
Vix ea finierat.ſubito conſpeximus atram
E pelago nubem tolli:mox frigidus aer
Intonuit ventis & tempeſtate ſonora.
Viſa prius cœca latuit caligine tellus.
Altius apprehenſo me præuia traxit amictu.
Hic ſonus:hic ingēs moto cōcentus olympo:
Et procul auditæ mira dulcedine voces:
Lętaq; ſuſpenſam rapuerunt carmina mentē.

Tum mihi dux tolle arrectis os auribus: iſto
Perpetuum pæana deo modulamine cœlum
Reddit: & æterna concordant ſidera laude.
Nullus ibi fato locus eſt triſti ve ſenectæ
Hoc melos elabi prohibens cum tempore vitã
Effugat exangues rugas: hęc tanta voluptas
Non ſubijt mentes hominũ: nõ impulit aures.
Hi ſunt æthereæ campi regionis: ad ortum
Verte acies: claroſq; vide terrę immemor orbes.
Aſpice q̃ claro graditur Cyllenius ore
Qui minor apparet vobis: iã ſurgit: & ipſum
Iam ſeres indiq; vident. quis lucidus inquam
Ille nitor: cui ſe croceis aurora capillis
Copulat: & tenui luſtrat iam lumine terras?
Quã lęto ſplendore micat? q̃ grata venuſtas
Ore ſedet: tremulam dum ſpargit in ęquora lucẽ
Emicat: & pulchro gaudet ſub ſidere pontus?
Hęc venus eſt inquit mea dux hęc flãma benignũ
Porrigit in terras clementi luce fauorem.
Et nunc herbiferis rorem diſſeminat agris:
Nunc aperit flores depaſtaq; gramina campis
Reſtituit: tenueſq; pluit per paſcua nimbos.
Cur fugit in calpen: dixi: cur fluctibus altis
Fertur ad occaſum pelagus: nec pellitur euro?


Luna vehit ſecũ pelagus reſpondit & orbe
Iam cadit ex alto: latiis iãiam occidet oris.
Et remeare fretũ: retroq; impellere magnã
Cũ ſonitu molẽ vndarũ ſpumãq; videbis
Vorticibus ferri rapidis & currere in ortum.
Rarus enim pulſis claret iam nubib⁹ aer.
Lunaq; per clarã diffundit lumina noctẽ.
Terminus hic tenebris: ſterilẽ nõ alti⁹ vmbrã
Terra leuat: nigros circũfert pallida vultus
Oraq; perpetuo refugit titania gyro.
Et modo ſub pedibus ſuprema cacumia noſtris
Erigit: & medio terras nox humida curſu
Iam tenet: ęoos ſurgens aurora colonos
Excitat: & lucem cantu pręnunciat ales.
Heſperii cœnas ineunt: ipſiq; Britanni
Pinguibus incipiunt hilares accũbere menſis.
Aſpice q̃ lato ſol circũplectitur ore
Oceanũ terręq; ſolum: fugit vndiq; lato
Margine: ſed primos iã latior exit ad ortus.
Qui mũdi neſciret opus ſuccenſa putaret
Aequora: & ingenti Neptunũ ardere camino.
Lumẽ ab occaſu ſenſimq; ſubmittit in ortũ
Auroram venerẽq; ſequẽs. quę incendia dixi
Tanta procul video flãmis ardere cruentis?

Ille inquit Mars eſt aſtrũ crudele nocenſq;
Terrigenis ſemper morbos & bella minatur.
Iſte per auſoniam bellis ardentib⁹ omnem
Sęuit:& indomito ciet vndiq; bella furore.
Quod niſi nos diui quib⁹ hæc mortalia credit
Regna pater ferremus opem:dudũ Itala tell⁹
Heu:miſerę cędis grandes ploraret aceruos.
Sed mihi magna mei cura eſt ſtudiũq; Roberti.
Quottidie bellis illi comes omnibus adſum:
Et cui nõ poſſum vuln⁹ prohibere:ſalutem
Reſtituo:deus iſta meę dat munera curæ.
Et modo mortali furioſa per agmina vultu
Nũc nebulis incluſa feror:duco atq; reduco
Incolumem(Nuper ſtygii de faucib⁹ orci
Illius egregiam ſobolem :cui martius ardor
Ignifere glandis malas traiecit & ora
Eripui:medicaſq; manus & pinguis oliui
Pharmacõ applicui qđ adhuc mea marmora ſu
Iã ſua ligna Charõ gaudẽs ex ęquore nigro (dãt
Appulerat ripæ:contoq; innixus acerno
Expectabat hians miſeram triſtẽq; rapinã.
Suſcipe pacificos ignes placidũq; nitorem
Iuppiter eſt:depone metus.affabile ſidus
Et ſacrum venerare iubar:fulmẽq; triſulcũ



Neu metuas:alios clemens hic mitigat ignes.
Quãuis tantus eat:tantoq; effulgeat ore/
Si tamẽ accedas placidis te colliget vlnis.
Sed caue vulnificam falcem ſiculiq; malignũ
Quod pallere vides triſtiq; albeſcere plumbo.
Hac via ſit:mœſtiq; ſenis ne ſidera tangas.
Venimus in campos flãmis vbi millibus ęther
Ardet & obliquo fulgent animalia circo
In boream cõuerſa caput.Quot ſidera dixi
Clara micãt:quis tot cœlũ fulgorib⁹ implet:
Dantne vel accipiũt ignes aliunde coruſcos:
Dixit ad hęc virgo.cœlis eſſentia ſimplex
Denſior eſt ignis:flãma quoq; denſior aer
Aere neptunus.cæco iacet infima fundo
Terra humiles ſortita locos:vbi denſior orbis
Sole repercuſſo ſplendor vibratur:& aſtrũ
Dicitur.at rari penetrantur lumine tractus:
Nõ abeunt retro radii.Qua plurima iunctis
Limitibus coeũt in eodem ſidera limbo
Lacteus efficitur circus:qua lactea fingũt
Vbera Iunonis tortos fluxiſſe per arcus.
Proſpice.iam toto põtum ſol deſerit orbe
Et cũ ſole capet recto ſe tramite tollens
Surgit:& ex vndis cornu procul erigit altũ.

Auſoniæ iam prima dies: iã ſumma relucẽt
Culmina gargani: iã lux diſcriminat agros.
Quis mouet hos orbes ꝑgo: q̃s tẽpat iquã
Tantę molis iter? cãpis ego ſẽp ab imis
Suſpiciẽs tãti motꝰ cognoſcere cauſas
Iam pridem volui. tales, dedit illa loquelas.
Aetheriæ mẽtes quę corpora nulla nec artus
Accipiunt magni iuſſu ſubiere tonantis
Munus id: a prima cũ fluxit origine mundus.
Nec labor eſt illis labor hic: ſed ſũma voluptas.
Cernis vbi phœbus ſũmũ iã porrigit orbem?
Perpetuæ ſedes animis motricibus illic.
Sed propera. niuei viden aurea cornua tauri
Præcipiti ſub fronte hyades/a clune coruſcãt
Pleiades vernæ. Nobis iam circulus alter
Scanditur. hũc alius curuato limite cingit
Signifer: at nullę pingũt animalia formæ:
Nec varios vſq̃ ſtellarũ ſuſcipit ignes.
Lucet enim glaciemq; refert vitrumq; colore:
Cryſtalliq; tenet nitidos cũ nomine vultus.
Hinc ſua cœleſtes ſumũt exordia motus.
Hic alios ſecũ magno molimine voluẽs
Raptat & in boream lentis declinat ab auſtro
Paſſibus: & retro ſua per veſtigia fertur.



Vltima iam nobis regio flammãtis olympi
Panditur. & ſummi monſtrat ſe regia cœli.
Suſpice non ſolis radios non ſideris ignes
Sed totũ flammis circũlambentibus orbem
Surgere in immenſam tã vaſta incendia lucẽ
Obſtupui: ſanguis venas & anhelitus ora
Deſeruit. ſi tot quot ſunt modo ſidera cœlo
Conueniant ſoles: magno par lumen olympo
Non parient: tantum mortalia lumina contra
Non potuere iubar tolli: Contagia virgo
Corporeæ molis dixit tua pectora tardant
Et fragiles hebetant ſenſus: vbi liqueris artus
Non feret hęc ingẽs vllũ tibi flamma pauorẽ:
Pone metus: aude tantos te inferre per ignes
Fide mihi. illæſum ſummo te culmine ſiſtam.
Hęc ait: & celſam ſubito me traxit in arcem.
Hic patet immenſis regio latiſſima campis
Pluſq̃ noſter eat viſus. ſi dicere fas eſt
Fine caret. tellus ipſi collata ſepulchrum eſt?
Et cæco ſpelunca ſinu: quam lubricus humor
Et cœnoſa palus diro contriſtet odore.
Nil maius natura poteſt: dum conderet orbẽ
Hic regni caput hic mundi deus eſſe cacumen
Inſtituit: ſpacium fulgor per inane vagatur

Quantū nō oculis quantū nec mente videmꝰ;
Dux oculos defixa ſolo paulumq; morata
Cerne ait: agnoſco magni veſtigia Pauli.
Hoc olim ſtetit ille loco; cū lumine captus
Depoſuit ſæuū virus: ſquammamq; draconis
Exuit: hac iter eſt ad noſtri limina regis.
Accelera, latis illos procul aſpice campis
Innumeros hominum cœtus per florea prata
Ferre coronatas vario diademate frontes.
Et fulgere togas auro: gemmiſq; coruſcas
Scintillare manus, hilariq; incędere vultu?
Hi ſunt purpurei reges qui ſacra deumq;
Præpoſuere opibus: quos deteſtanda libido
Imperij non crudeles non fecit auaros.
Si tamen aut turpes maculas poſt fata tulere
Aut iniucundum terrenæ fecis odorem:
Sub ſtigijs lauere vadis: nam flumina quinq;
Has ſcelerum labes & regna chatartica ſoluūt.
Ille ferens mitem toto prior agmine cultum
Imperij quondam partem Romanaq; regna
Viuus adhuc ceſſit Chriſto: generiq; futuro.
Propterea deus hæc illi latiſſima regna
Et toto maiora ſolo conceſſit. & ipſum
Regibus his pręfecit: eunt ſpacioſa per arua



Maxima cum dulci miſcentes gaudia riſu.
Ecce gradus in nos omnes & lumina vertunt.
Accelerant: Tantos vnq̄ non vidit honores
Roma potens: Viden ad lęuā qui lumine claro
Regales pręfert animos. hic parthenopęus
Nuper tęnario veniens Alfonſus ab orco.
Magnanimę ſaluete animę: ſaluete magiſtri
Bellorum quondam: quos & terrenus honorat
Orbis adhuc: tantęne meo pręſtare coronæ
Obſequio quicq̄ potero? ſermonibus iſtis
Compellauit eos virgo: Tum parthenopęus
Curuato cum fronte genu ſic ora reſoluit.
Aetherei ſplendor rutilans & magna ſenatus
Gloria: cœleſtis patriæ quæ limen emiſti
Sanguine; cui digitos deꝰ & caput obligat auro
Cui viuens addictus eram, parere parati
Venimus: vt digitos meritis reddamꝰ honores.
Sed tamē hic noſtros quiſnā nouꝰ aduena cāpos
Tecum adijt? viuiſne patent empyrea regna?
Tū ſic orſa loqui virgo. Rex maxime quondā
Magnanimiq; ſator regis: niſi noxia primus
Mala parens fregiſſet erant hæc peruia viuis
Regna: ſed infelix legem ſcelus attulit iſtam.
Attamē omnipotens cui vult pater atria pādit

Nec leges aditus omnis clauſere: nec ipſum
Latorem vincire queũt. De limine pulchræ
Venimus Italiæ: magnos vbi ſęua tumultus
Arma parant. vexatq; tuos ſors dura nepotes.
Namq; tui proceres regni cõmunibus armis
Dum mutare iugum longoq; exire laborant
Seruitio: bello illuſtrem duxere Robertum
Littore de veneto. Sors eſt incerta futuri
Sic mea dux: heros animo non pertulit ægro
Sed placido ſic ore ſonat. Nos ęquora quondã
Vertimus & miſeras nimium vexauim⁹ vrbes.
Pœnituit: pœnaſq; dedi. Phlegetonte ſub alto
Arſimus: & longos ignẽ portauimus annos.
Scit qui iunctus erat lateri Franciſcus eodẽ
Sfortia ſupplicio quotiens plorauimus vna
Blandimenta. dolos. furias & plurima vitæ
Crimina præteritę. ſed nos clementia patris
Atq; tuæ iuuere preces: me nulla cupido
Sollicitat regni: tales cum corpore curas
Exuimus. certent ipſi videantq; nepotes
Quid leges & iura velint. ardentia manes
Expectant: quos pręcipites in tartara mittant
Quos in vincla ferãt: cui ferrea verbera poſſint
Intentare truci inſtantes crudeliter ore.



Viderit: hęc cui flãma poteſt ea ſæua nocere.
O vtinã q̃tas regni mea pignora curas
Iuſtitiæ: tantas habeant: tũ firma manerent
Sceptra: nec infeſto reſonarẽt claſſica cantu
Sed regni iactura minor: pietatis & æqui
Maxima. diuitias aufert & regna vetuſtas:
At virtus æterna manet: ſequiturq; ſepultos.
Bella gerant ipſi: vincant quibus ętheris alti
Fauerit imperium. generi meliora rogabo
Fata meo: ſortemq; ferant patientius omnẽ.
Sic ait: & comites nutu aſſenſere loquẽti.
Tũ mea cęſaream vertens in lumina frontem
Sfortia progenies pacẽ Franciſc⁹ & arma
Doctus: & illuſtres inter virtutis alumnos
Inferior nulli dixit. Cũ veneris illuc
Quiſquis es ad noſtrũ qui tam feliciter orbem
Raptus es inſignẽ iubeas ſaluere Robertũ:
Ille mei ſplendor generis: tantoq; nepote
Lætor adhuc. vidi caſus vidi illius oẽm
Fortunã miſerans: ſortem iam vicit acerbã
Et potuit grauibus fatis obſiſtere virtus.
Ille meos priſcũ nõ aſpernatus amorem
Seruet vt ante meis gereret cũ ſtrenuus arma
Auſpiciis: dulces mecũ dũ viueret annos.

Viuat:&/huc animi curas iam porrigat oẽs.
Sic ait:& verſis ibat iam paſſibus agmẽ.
Cũq; recedentem cõiecto lumine turbam
Proſequor admirãs: viden hũc cui pluria mẽto
Canicies dixit Virgo: bizantia ſceptra
Geſſit:& imenſas tulit in cõpendia leges
Iuſtini genus egregiũ: Theodoſius illi
Iungitur:& dextro leuum latus applicat armo.
Qui ſequitur Traianus erat: quẽ traxit ab vndis
Tartareis magni deus ad ſuſpiria verſus
Gregorii. tantũ pietas ſeruataq; ſemper
Iura valent. hi quos hederis lauroq; virentes
Cernis idumęa ſignari pectora fronde:
Godfridus Caliphæ domitor: qui regna recepit
Vſurpata diu ſolymaſq; aſcendit in arces
Turbine cũ magno: Veneti ducis inclyta ples
Et facer in tanto primos Adamurus honores
Agmine ſortitus. nitidis Boemũdꝰ in armis
Clarus adhuc. Vgo magnus. geminiq; Roberti.
Hi ſimul adiunctis coiere in prelia caſtris
Per Nicomedis agros opulentaq; regna Nicee.
Perq; lycaonios adierunt Reblata campos
Reblata quæ primos Petro cõceſſit honores
Anthioci cũ iam muros & nomẽ haberet



Cappadoces: Tyriaſq; domos/Sidona potẽtẽ
Sub chriſti miſere iugũ. . ſi vicerit hoſtem.
Sceptraq; Parthenopes parere coegerit vrbi
Romuleæ: longi cum meta recurrerit æui
Hęc in regna feram tota cũ prole Robertũ:
Diuorumq; choris addã. gaudebit:& alto
Corde redũdãtem diffundet in ora voluptas
Lętitiam: cũ ſe circũ ſua pignora cernet
Ire per elyſium: terras oblitus habebit
Caſtra per ęternas gradiens heroica laudes.
Dixerat, his paucis ego longa ſilentia rupi
Pande mihi niſi ſcire nephas vbi rector olympi
Quoſve lares habitare ſolet, nã credimꝰ ipſum
His altis errare locis: cœlumq; tenere:
Dux mea ſubridens ſupra deus inquit & infra
Aethereos orbes habitat: ſub ſole ſub aura
Sub tellure latet: ſub Dite: ſub ęquoris vnda
Omnia plena deo: nã ſicut tota per artus
Corporeos mens vna ſubit / ſic vnus in vna
Mundi mole deus: mũdo tamẽ amplior ipſo
Tendit in imenſum nulloq; includitur arcu.
Sphæra deus viuens: centri tumor occupat oẽm
Curuatura locũ neſcit; defluxit ab ipſo
Orbis: & in magno quicquid cõcluditur orbe

Nec durare poteſt quicq̃ niſi porrigat ipſe
Auxiliatricem clementi numine dextram
Vna tribus virtus vnum tria numina numẽ:
Hæc nouiſſe ſatis: debent arcana taceri.
Iã Chriſti natalis adeſt: cœleſtia magnos
Agmia cõuẽtus celebrant: diſcedere tempus.
Tũc ego: Mene graues iterũ deſcẽdere ad vmbras
Mene domos iterũ luteas iterumq; labores
Ferre iubes? ah me tali ne deiice regno
Dux mea: per ſuperos oro per magna tonantis
Sceptra: per hos liceat tecũ mihi degere cãpos
Si mortis me dura vetãt & ferrea iura
Quid moror? hi fragiles artus in fruſta ſecent.
O decor: o campi dulces: o gloria cœli.
Quid mirũ ſi ad regna minus terrena reuerti
Felices animę cupiant? Dum talibus oro
In lachrymis nabant oculi. tepidoq; madebãt
Rore genæ. dulces vrebant pectora flammæ.
Et ſuaui mœrore labãs vix ægra ferebat
Membra genu: votiſq; diu flagrantibus arſi
Tum virgo. quid ſi patriæ tibi tota paterent
Atria cœleſtis? vultu ſi numẽ aperto
Si ſolium magni videas atq; ora tonantis?
Te tua regna vocant iterũ te terra repoſcit.



Hoc ſpolium mortale lutũ eſt. mortalia cõdes
Membra ſolo: fecemq; ſuis cũ ſordibus iſtam
Ante dabis tumulo q̃ cætera cernere poſſis
Et noſtras habitare domos. Si vilibus inquã
Me ſpoliem mẽbris iter hęc in regna patebit?
Non ait: ætherea niſi quos ex arce vocamus
Huc veniunt. heu me miſerum quę̃ triſtia dixi
Fata vocant: iterũ ventos patiemur & imbres.
Sollicitoſq; dies & lamentabilis æui
Durius exilium: ſi me tam dulcibus oris
Eijcitis: ſaltem liceat præcidere vitam:
Mecũ: oculos pigraſq; manus & inertia crura
Ferre ſat eſt. hic ſingultus hic ipſe relinquam
Corda meas iſtinc ſaltem ne excludite curas.
Ibo igitur: totoſq; dies in funere ducam.
Parce metu dixit virgo. tibi proderit huius
Lucis amor vidiſſe ſinus & limina olympi.
Te minus interea vitæ contagia lædent
Mortiferumq; ſcelus: nec te tua fata grauabũt.
Et quotiens me cũq; voles non voce vocabis:
Velle ſat eſt. adero. Noſti quos ante fauores
Pręſtiterim: poſt hac magis experiere ſecundã.
Hęc ait: & tenuem ſubito diſceſſit in auram.
Tunc ſopor aut aliud fuerit quodcũq; ſoporis

Ora ferens grauibus mihi ſaucia pectora curis
Liquit:& amiſſi damno triſtabar olympi.
Iam ſupereſt vt te bellorum maxime ductor
Admoneam non eſſe tibi conſortia tantæ
Aſpernanda domus: facilē tutam q; miniſtrat
Hæc in regna viam pietas:& ſacra nitenti
Relligio veſtita fide:cultuq; frequenti
Dona deo diuiſq; omnes congeſta per aras.
Hoc quoq; non noſtri tantū docuere priores
Qui Chriſti lauere ſuos in flumine crines:
Verum etiam qui vana ſacris idola profanis
Et fragiles coluere deos. Poſt cimbrica bella
Barbaricis templum ſpolijs prędaq; recenti
Struxit:& optato Marius ſacrauit honori.
Bacchus vt eoos victor penetrauit ad indos:
Primitias prædæ ſuperis & magna dicauit
Dona Ioui:priſci frondes in templa ferebant.
Primus hic & ſpolijs aras cumulauit & auro
Scypio cui nomen deuicta numantia fecit:
Templa dedit ſuperū patri:Marcellus eidem
Gallorum ducis exuuias. Agrippa ſuperbis
Porticibus grandiq; deos teſtudine clauſit.
Innocuæ paci molem rex Flauius altam
Tullus ab albanis rediens ſaturnia templa



Condidit.at Scaurus mēti:poſt arma Camill⁹
Gallica delubrū famæ. Sed maximus omnes
Conſtantinus auos vicit:tot templa per vrbē
Tot templis ſacrauit opes:vaſa aurea:gēmas.
Signa:ſacras veſtes. Caſias & balſama cultris
Marmoreis inciſa.crocos.& cinnama ab orbe
Vecta peregrino. Sic te quē longa coronant
Prælia:cui ſummā totiens victoria laudem
Pręſtitit:in ſuperos gratū memorēq; tonantis
Eſſe decet. Sicut veteres iā laudibus æquas
Militię:ſic te facias pietate priorem. Τελοσ.

Eiuſdē Bapt. pro Paulo Fulgoſo Carmen.
Ad Maximilianum Cæſarem.

(tes
SAlue hoīꝫ rex atq; parēs auguſte/ potē:
Cęſarea pp̄los qui maieſtate gubernas
Tāta eſt ac tāto radiat tua lumine virt⁹:
Vt ſplendore ſuo nedum facunda virorum
Ora:ſed infantes etiam noua carmina linguas
Cogat:& audaci laudē depromere cantu.
Vnde ego ſexennis genuit quē Sfortia mater
Fulgoſo genitore ſatum:præconia Paulus
In tua conſpirans ingenti pondere rerum
Vincor:& inualidas ſuperat tua gloria vires.
Non igitur reges atauos:non ſtemata gentis

Sacra tuę: non innumeris tot bella triumphis
Clauſa: nec ardentes pugnas: nec fortia facta
Connumero: metuit fluct⁹ mea cymba ſonãtes.
Hęc tentare quid eſt aliud: q̃ voluere ſaxum
Siſiphium? q̃ ſolis equos Phaetonta gigãtes
Scandere? q̃ ſuperos contra certare volantes
Id tamen in numero meritorũ Auguſte tuorũ
Altius attollit caput. & ſuper ignea ſurgens
Sidera te viuentem animis cœleſtibus ęquat.
Quod recolens cõmune bonũ ſedare tumultus
Vndiq;: & indomitũ ſtudeas cõpeſcere martẽ.
Id tua ſolenni reſonans germania plauſu
Indicat. & ſolitæ gentes ſudare ſub armis
Nunc poſitis te autore odijs: teſtantur ab alto
Te miſſum: vt reprimas flagrãtia bella per orbẽ.
Nos quoq; te ſtudio pacis trans ardua vectũ
Saxa: & inacceſſis clauſas anfractibus alpes
Cernim⁹ hic. te cura hominũ: te publica adegit
Vtilitas tandem noſtros inuiſere fines.
Italiamq; tuam. quæ te quaſi nata parentem
Et quaſi nupta virũ recipit. Iam fracta ruinis
Bellorum antiquis: attrita furentibus armis
Incipit optatam ſub te ſperare quietem.
Iam dudum caput imperij te Roma latini



Optat vt aduentu videas tua regna ſecundo
Te rupes tarpeia vocat/ ſaturnia tellus:
Et domus Euandri vicinaq; Thybridis vndis
Regia bifrontis Iani: Capitolia mundo
Clara triumphato: pariiſq; innixa colũnis
Templa. ſacri cineres. veterũq; recõdita patrũ
Sedibus oſſa piis: ſidei monumenta vetuſtæ.
Eſt aliud quod fama freq̃uẽs vulgauit in oẽm
Italiam. te facta animis ingentia magnis
Voluere: & ordiri tacito molimine bellum
In machometigenas Romani nõis hoſtes.
Hũc tibi ſi dederit dextro deus omine martẽ
Sumere: quid meritis deerit? quo tẽdere virt⁹
Vlterius poterit. celſi ſub cardine mundi
Nil aliud ſuper eſt æque imperialibus armis
Cõueniens. nihil: vnde tibi par gloria ſurgat.
Hinc illud tã grande decus: qđ Cæſaris implet
Nomẽ & æthereo quodã quaſi numine fulgẽs
Diuificat: clariſq; viros interſerit aſtris.
Noſtra fides olim dũ res Romana tenebat
Latius imperium multis ampliſſima regnis
Nũc ſuppoſta ſcythis: & cõculcata tumultu
Barbarico: vocat ingenti clamore ſuorũ
Subſidium. Freta vociferant bizantia. & altę

Regna trapezuntis. gemitus orientis acerbos
Hinc audimus, opem mūdo pręſtare iacenti
Hoc opus eſt Auguſte tuū. tibi terra fretūq;
Supplicat ex alto Chriſtus te implorat olympo
Italiæ pars iſta: fuit cui gallia quondam
Nomē ad hoc tātū facinꝰ concurrere magnis:
Prompta eſt auxiliis: hic ſunt ceu brachia q̄dā
Imperii duo magna tui: duo fortia regna.
Hinc veneti regnāt terra pelagoq; potentes.
Belliger hinc Maurus. cui ſe fortuna miniſtrā
Fecit/ & in vinclis martem tenet. omnia late
Iā patriæ regit arua meæ. Genueq; ſuperbū
Littus & ingenti ditione per ęquora magnā
Claſſem inferre poteſt: pōtūq; onerare fremētē.
His ſociis victor potes ire in bella duobus:
Signaq; iam totiens noſtris ablata referre.
Sed quo cœpta magis tibi ſint ſecura: memēto
Pacare Italiam. bellis vt tota ſepultis
Tuta ſit: & concors ad rem conſpiret agendā.
Et quia poſt cōmune bonū: curare ſalutē
Fas eſt cuiq; ſuam: Pauli precor atq; parentū
Sis Auguſte memor lætos habitare ſub vmbra
Cæſaris: & nobis liceat. Fulgoſa propago
Nos quoq; pars rerū non aſpernāda tuarū.

FINIS.



B.M. Theologi car. Syluaꝝ ſuarū dedicatio Ad Virū Illuſt. Siſmundū Gōzagā Protonotarium & Marchionem.

PRæſidium Siſmūde meū. pater ingeniorum:
Stirps Gōzaga: ſacro caput inſignita galero:
Audi age: ſciſne deos quanā ratione vetuſtas
Illa volubilium ſecloꝝ abſcondita in vmbra
Fecerit: & certis homines aſcripſerit aſtris:
Egregium qui vita aliquid mortalis ad vſum
Protulit: atq; rudi quicq̄ dedit vtile mundo
Terrigenę dixere deum: ſic factus Apollo
De ſuperis vnus: medicam quia reperit artē:
Atq; lyram. Cererem leges & adorea farra
Vina corymbiferum referūt in numīa Patrē:
Publica libertas: & debellata tyrannis
Vndiq; Saturnū: colus & ſua tela Mineruā:
Et quicquid topiatur acu. facūdia & aſtus
Mercurium. Iouis alcides fortiſſima proles
Abſtulit e terris dira atq; imania monſtra.
Ergo aliis meritum bene de mortalibꝰ eſſe:
Hoc eſt eſſe deum: veteri ſi credimus æuo.

Id quoq; nõ multũ noſtris diſcordat ab annis:
Nã deus ille manu magnũ qui ſuſtinet orbẽ
Se prima pietate docet: mortale ſecunda
Amplecti debere genus: ſic ſidera poſſe
Expectare hoĩes: & olympi aſcẽdere in arcẽ:
Legimus hac motũ cauſa ceciniſſe Maronẽ
Nãq; erit ille mihi ſemp deus: illius aram
Sępe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Tanta erat ad grates antiquę ætatis agẽdas
Strenuitas: votis homines vt in aſtra referrẽt:
Optarentq; deos: atq; annua ſacra litarent.
Id recolens Siſmũde tuis quę digna referre
Dona queam meritis: qui me iã tempore lõgo
Febre laborantẽ ſtygioq; ardore peruſtum
Deuotũq; neci rurſum vitalibus auris
Reddis: & extincto renouas pręcordia morbo
Neſcio: & ambiguis titubat ſententia curis.
Non ſunt regna mihi: nõ eſt opulentia rerũ:
Non etiam poma alcinoi: non tanta ſupellex
Quãta fuit codro. ſunt ſpiritualia quędam
Prædia ſunt fateor (ſic appellare vetuſtas
Inſtituit vatum ſubitaria carmina) ſyluę
In campis: vbi pduxit pede pegaſus vndam.
Has tibi quo poſſis rapido diuertere ab æſtu



Curarum: & regni magnis anfractibus olim
Solus: & herboſa paulũ requieſcere in vmbra:
Tradimus exigui cape dona infirma poetę.
Germanus qui bella gerit: mauortia bella
Accipiat. ſudetq; furens in puluere & armis
Sors tua pacis opus. thorax tu⁹: enſis: & haſta
Relligio & pietas. & quæ regit omnia virtus.
Ad laudem non vna via eſt. laudata quirini
Martia facta. Numę tranquilla ſilẽtia & antra
Non laudata min⁹ tacitiſq; oracula in vmbris
Aegeriæ. & gregibus nullis adeundus equorũ
Saltus aricini nemoris: ſpeculumq; dianæ.
Sæpe ergo in ſyluas & in ocia ſancta receptus
Effuge curarum fluctus: & concipe tota
Mente deũ: pacato animo cõplectere olympũ:
Contemplare polos: & duc in ſidera ſenſus.
Nec ſemper te terra pmat. Quo ſcandere mentẽ
Exutam membris olim mortalibus optas:
Affectu memor anteueni: cœlumq; require
In ſyluis ſiſmunde meis: non pana lupercum — Sylnarũ argumenta
Nõ ſatyros venerẽve leges: nõ menades vllas.
Nõ thyaſos: hic nullus amãs ſua ſomnia luget.
Nulla canit ſiren: nulla mala pocula circe
Porrigit: eſt omnis (libuit quocunq; vagari)

Tuta via:& paſſim virt⁹:& honeſta voluptas.
Hęc tibi ſocraticos oſtendet pagina mores.
Hęc curios fabioſq; dabit.ſentire loquentes
De pietate Numas poteris:de marte Philippos:
De muſis aut heſiodos:aut ore marones
Altiloquo:de mũdi annis & origine moſem.
Atq; graues legum de maieſtate lycurgos.
His animum dictis ſurſum attollentibus ire
Ad decus immortale potes:trãſcendere patres:
Et tecũ ad ſuperos animando excire nepotes.
Ergo alacri ſyluarũ animo cape dona mearũ:
Et cole noſtrates genioſa per ocia lucos:

FINIS.

Bap.Mantuani Carmelitæ Theologi.Ad Iacobum clauarium vrbinatem.

ASſidue dici noſtris Iacobe camœnis
Poſcis honoratã mõpheltria ſemina plẽ
Id q̃q̃ nobis etiã ſuaderet Apollo
Et phœbæa cohors cuſtos heliconidis vndæ:
Me tamen ingenti rapit in diuerſa tumultu:
Maius & æthereo ſtudium magis vtile cœlo:
Nam mihi diuinis iuuenilia pectora rebus
Erudienda dedit ſuperũ pater:omnia in iſto
Tempora prætereũt ludo:lucemq; nefaſtam



Et faſtos hoc marte dies mea conterit ætas.
Ingenuam doceo ſanctis aſſueſcere pubem
Moribus:& ſacras veſtigia ferre per artes.
Nunc mihi per campos iter eſt:& lata maronis
Aequora mincigenæ:via nũc ſublimis in altã
Ducit anhelantem ſophię paradiſidos arcem:
Et modo me ſtragyrę ſua per dumeta:ſuumq;
Non facile acceſſu limen ſubuectat alumnus.
Cecropij interdum dulces inuiſere chartas
Et libare ſenis ſtudium delectat:& artem:
Sanctaq; nobiſcum longos academia ſoles
Claudit:& eloquijs damus arpinatibus aurẽ.
Quid faciã?Nec enim labor eſt mortalib⁹ alter
Nobilior:nec cura viro iucundior vlla.
Hanc mihi militiam deus:& lucentia mundi
Sidera dant:ſuperũ domino paremus:& aſtris.
Quare age præſenti ſi non tibi munere factũ
Eſt ſatis:vrgentes animi cauſabere curas.
Et veniam;concede:labor vult ocia tantus.
Mœonijs opus eſt fidibus:totoq; ſophocle.
Nam tuus eſt omni dicẽdus apolline princeps.
Differimus:tua vota:tamen non irrita fient.
Interea infirmas ad tanta negocia vires
Inſtaurare datur:venient ſua tempora regi

Danda tuo: cui te tantum debere fateris
Cuius & æterna veſtiris imagine pectus.

FINIS.

Bap. Mãtuani Carmelitę Theologi. Ad Federicũ Vrbinatiũ Ducẽ. Cũ Filiã nuptui traderet.

INclyte dux/q̃ rgna tenes ĩ mõtib⁹ ũbris
Qua vet⁹ vrbinũ domib⁹ iuga veſtit ap
Qua dedit ãtiq̃ nomẽ Sẽpni⁹ vrbi (cis
Bellicoſi Sunt quibus accenſi rutilantia ſidera martis
Audaces animos belliq; auidiſſima corda
Indiderint. hi ſemper equos meditãtur & arma
Bellica. & ignauę damnant longa ocia pacis.
Talis erat telamone ſatus temerarius aiax.
Talis agenoridę cadmi famoſa propago
Mutua damnatũ vertens in vulnera ferrum.
Centauri lapitæq; truces: læuiq; gigantes:
Qui cœlũ aggreſſi manibus violare cruentis
Tentauere ſuo diuos expellere regno.
Talis in extremis mundi Sertorius oris
Arma mouens. talis romanæ conditor vrbis
Romulus impatiens oci. Mariuſq; Iugurthæ
Victor. & æmathiam tollens ad ſidera gentem
Magnus Alexãder mauro metuend⁹ & indo.
Talis & ęternas iras qui paruus & arma



Ingenus Auſonium patri iurauit ad aras
Hãnibal. & Syllæ impietas & Cęſaris atrox.
Sunt qui pace magis gaudẽt: & bella peroſi
Extollũt ſuperum cultũ. proniq; per aras
Diuorũ reuerenter eunt. vel honeſta mineruę
Ocia ſectari ſub opaca ſilentia ruris
Diffugiunt. tacitiq; laris ſub fornice pallent
Sic Numa qui pacis ſtudiũ reuocauit/& arma Pacifici
Reppulit/atq; ſolon/lacedæ moniuſq; lycurg⁹
Vixit & imbelli Salomon qui regna quiete
Auxit & ęthereo poſuit noua templa tonãti.
Sũt quibus ingeniũ magis eſt cõmune. paratũ
Tã pacem q̃ bella ſequi. ſudare ſub armis
Et patriam curare domi. ſic floruit ancus: Medii
Cunctatorq; ſenex fabius. ſic magn⁹: & ambo
Scipiadę. rigiduſq; Cato. lucullus. & alto
Rex animo: qui poſt caulas & ouilia tandẽ
Regna ſubintrauit ſceptro iudęa ſecundo.
Sic Cicero. ſic æmathiæ cui gloria victę
Paulus. & auguſtus terrę dominator & vndę.
Vnus honor tm̃ primis & gloria ſimplex
Debita qui pacem ſolũ coluere: vel arma.
Sed quib⁹ eſt vtrunq; decus: cinxere coronis
Tempora (tã felix fuit his fortuna) duabus.

Primatūq; tenēt. humanę altiſſimus iſte
Laudis apex: gens hęc ſuperis eſt ꝓxima diuis.
Hi ſunt qui heroes & ſemidei appellantur.
Hæc tua ſors: mōtis proles generoſa feretri
Q; ſi forte ſuas innata modeſtia laudes
Horret/& ipſe tuū nō fers patienter honorē
Da veniam. me fama mouet. nō vmbria tantū
Te miratur. habes vltra maris ęquora laudē:
Iā paſſim vulgata cano: quę Rhenus & iſter.
Quę longinqu⁹ arar: quę fons audiuit Iberi.
Ipſa canit tua te virtus tot bella gerentem
Quis neſcire poteſt? altis ſuſpenſa trophęis.
Ipſa ſonāt nobis tua facta ſilentib⁹ arma.
Tu pacē tu bella regis. te iudice Mauors
Surgit & ingenti furor excitat arma tumultu.
Imperio Bellona tuo modo tēperat iras.
Aegide depoſita: ſumpta mō fulminat haſta:
Arbitrio pax alma tuo ſua vela gubernans
Te ſuadente venit. te diſſuadente recedit:
Et modo luctu imples: cū vis: mō mœnia riſu
Armatū ſæuoq; diu te marte furentem
Flaminei ſenſere duces: & tuſca iuuentus:
Cū rubicō tua ſigna pauens vada cōcita voluit
In mare. & adriaco trepidū caput abdidit alueo.



Et quando herculeos auſus tentare labores:
Oppida cepiſti ſublimibus ardua ſaxis:
Littus ad etruſcū. tūc te miratus euntem
Montanū per iter pelago allucentib⁹ armis
Ad tua tyrrhenus reſpondit claſſica triton.
Te quoq; pacatū: populiſq; humana ferentē
Iura camœnarū magno chor⁹ agmie cingit:
Et tua tecta pii tanq̄ veneranda poetæ
Tēpla petūt. ſubeūtq; lares quaſi limina phœbo
Sacra tuos. tanq̄ delubra horrenda mineruę.
In quibus & morū probitas & neſcia falſi
Relligio pietaſq; habitant. vbi totus olympi
Curſus: & aſtrorꝫ leges: elementaq; mūdi
Naturæq; arcana patent. vbi cernitur omnis
Quid diuina velit: quid ſentiat æthica virtus:
Nil tibi cū leuibus thyaſis. tu menades horres:
Tu veneres: tu ambubaias. balatronibus aurē
Cōſpectūq; negas. Tecū verſatur Achilles:
Neſtor. Alexander: ſermo tuus: arma tuorū
Cultus. & aſtrorꝫ motus. & maſcula virtus.
O fortunatas gentes/o dulcia ſæcla.
Quę ſancti ducis ora vidēt: quę tuta ſub vmbra
Tanti regis agunt ſine ſollicitudine vitam.
Vmbria numinibus (ſi vera eſt fama) fuiſti

Semper grata. vetus cū terræ incūberet omī
Illuuies illa vndantis famoſa profundi
Sola immunis eras. & ab ęquore tuta colebas
Montanos apices: & libera fluctibus antra
Id munus ſolenne dei: ſed principis huius
Pręſidium ſub quo tibi ſunt ſaturnia ſæcla
Nō minus o vtinam ſimilis fortuna p omnē
Pullulet Italiam: nec nos lycaonia ſemper
Tempora cōculcent: ætas ſemel aurea nobis
Omnibus & tali requies ſub principe ſurgat.
Tu vero quē totus ager mōtanus adorat:
Cui pater inclinat caput Apœnin⁹ apricū
His breuibus claudi nō indignabere regnis
Aequa tuis tibi ſi meritis data regna fuiſſent:
Pigra gelu tibi ſeruiret Mœotis: & Atlas:
Nilus: & ęoi gangetica littoris ora.
Sed deus anguſto terræ tua limite clauſit
Imperia: vt curis tua corda minoribus angat
Hic labor. vt cœli ſpaciis maioribus olim
Cū tibi fatales lacheſis concluſerit annos:
Pręſideas: regnoq; illic meliore fruaris:
Regna vbi ſollicitent nullis tua pectora curis
Interea claris rebus tua floreat ætas:
Et reliquū cœli meritis eme: reſpicit actus



Iupiter humanos. Alto tuus æthere ſudor
Scribitur. & patriæ vigilans tua cura ſaluti
Sed ne feſta meæ tardent hymenea camœnæ
Flectat iter: veniatq; volans ad littora cymba.
Ite maritales thalamos Iunone ſecunda
Ite auibus celebrate bonis concordia iungat
Vna duos animos: ſicut duo corpora Iuno.
Sed tamen & ſanctum memores eſtote pudorē
Non abigi tedis. ſcelus eſt ſine lege voluptas.
Et ſancta eſt cū lege venus. ſi ſancta futura eſt
Poſteritas: ſanctos primū decet eſſe parentes.
Qui viret in folijs venit ab radicibus humor
Et patrū in natos abeunt cum ſemine mores.

FINIS.

De Legatione Regis Hiſpaniæ ad Innocentiū viij. & de aduentu. Inachi mendocię comitis Tendilię regij oratoris

DVm ſuſpenſa diu gentē miratur iberam
Tot r̄ges quot rōa viros ſibi cernerē viſa
Viditem p̄ria tictas ferrugie veſtes: (ē
Et tyrijs infecta cadis velamina circum
Sublimes rutilare humeros ac fundere flāmas
Vidit ab hirſuto pendere monilia collo
Aurea: & alterno blandiri ad pectora plauſu.

Vidit & accenſos radijs ardentibus aurum
Vincere & inter ſe flammis certare lapillos:
Quos miſit lõginquus arabs:erithreaq; tellus,
Quos gãges quos indus alit:quos Perſia diues
Colligit vndoſi per torrida littora ponti.
Vidit & aſſiduo martis durata labore
Brachia:& aſſuetas frontes ſudare ſub armis.
Talis erat miles:quo pella potentior orbe
Reddita:ab argenti ſcutis cognomina duces.
Vel quo bellipotens ætnæi fulminis inſtar
Sęuijt aſſyrium totiens macabeus in hoſtem.
Aurea regali mirata eſt ſtragula luxu
Non ſolum præbere toris ſed vilibus vſum
Officijs:ſterniq; ſolo:& veſtigia ferre.
Regis honor cõtemptus opũ. Præſtantia tanti
Principis imperij fines qui mittit ab ipſis
Gadibus ad fluctus pelopis quos nominat io
Inachis:hoc cultu non eſt æquata ſuperbo.
Maieſtate minor tam largi opulentia luxus:
Ipſe etiam patrijs veniens orator ab oris
Debuit hoc faſtu magnæ innoteſcere Romæ
Inachus argiuum nomen:quia gloria belli
Tanta viro:quãta argiuis lacedęmone natis.
Ipſa quoq; imperium quondã telluris & vndę



Roma dei modo nacta vices hoc diuite cultu
Debuit hoc ſplẽdore peti. Cognoſcere viſa eſt
In ſermone ſuos ciues:qui dicere leges
Qui regere imperio populos & regna ſolebãt
Manſit enim penes heſperios vetus illa quiritũ
Lingua.ſonant priſcos patres ea verba latinis
Aemula:quæ gentem docuit romanus iberã.
Ipſa licet cute iam criſpa:iam cana ſenecta
Langueat:antiquos gaudẽs reminiſcitur ãnos.
Sicut in aduentu natæ longęua tremenſq;
Mater ouat.vultuq; labans applaudere anili
Nititur.affectuq; vigens ſe vincit amico.
Ipſa ſalutantum gentis de more latinæ
Agmina præmiſit ſacris ſolennia pompis.
Magnanimoſq; ãplexa viros in amica recepit
Mœnia.Concurſu ruit ad ſpectacula magno
Vrbs omnis: cũ plębe patres.cũ pube ſenect⁹.
Et ſexus vtriuſq; cohors promiſcua fama
Mota peregrinæ tegit omnia compita gentis.
Sicut vbi æſonides prima cum naue ſubiuit
Littora colchorum:confluxit ad æquora totus
Phaſis:& aduectam ſtupuit per cærula puppẽ.
Tunc alacres Medæa cohors & ouantia duxit
Agmina ſolennem graijs latura triumphum.

Dumq; ita Romuleã fauſto ſubit inachus vrbẽ
Sidere: dum totis agitantur gaudia tectis
Vidimus illius ſacris inſignia circum
Clauſa notis. & verba quib⁹ primordia ſumpſit
Noſtra ſalus: cũ facta parẽs ſine ſemine virgo ẽ
Tunc ego ſcire pij cauſas epigrammatis ardẽs
Conſului Paulum genus a Tarconte trahentẽ
Thraicijs clarum fidibus plectroq; potentẽ
Mœonio: & multa præſtantem laude poetam.
Hic mihi rem geſtam paucis abſoluit. & iſtam
Rettulit hiſpanas famam volitare per vrbes.
Barbarus Almanſor veniẽs a ſanguine crudo
Gentis iſaciparæ quæ vſurpat nomina Sarræ
Viribus exultans: & forti robore pluſq̃
Numinibus fidens longis ea verba papyris
Scripſerat: & caudæ demens aptarat equinæ
Multa ferox iaculans in iberam iurgia gentem
Ibat. & allophylo ſimilis quem verbere fundę
Deiecit pecudum cuſtos in bella vocabat
Hiſpanas acies multis cum millibus vnus
Congreſſurus erat certe: & ingentia cernas
Corpora: & ardẽtes oculos: barbãq; comantẽ
Supra hominẽ: ſiculiſq; parũ ciclopib⁹ impar
Barbarus ex acie ſumpta temerarius haſta



Fraxinus haſta fuit deraſis aſpera ramis
Multa minans criſtis & equo ſublimis in alto
Venerat in pugnãq; aliquẽ poſcebat Iberũ
Dũ ſpectãt vtrimq; acies ex agmine Ibero
Prodiit auratis iuuenis formoſus in armis
Mẽdocia de gente ſatus: tuus inache certe
Aut auus aut aliquis clara de ſtirpe tuorũ.
Cominus enſe potens & longis eminus armis
Nõ minor æacida. cãpoq; animoſus aperto
Cõſtitit. & dictis tremefecit talibus hoſtẽ
Tanta quid increpitas? quo te temeraria traxit
Impietas vt magnã auſis cõtemnere matrẽ
Atq; in matre deũ? dictis agarene ſuperbis
Nil opus eſt. nec enim tua te iactantia tanto
Faſtu inflata iuuat. gladio experiemur & haſta
An grauis hęc Mariæ ſuperos iniuria tangat.
Iã ducũ Pluto illam animã: tua viſcera dudũ
Expectant lanianda feræ. Nõ fidimus haſtę:
Diuorũ ſperamus opem. tua debita cerno
Funera. nam iuſti comes eſt victoria belli.
Sicut in ęquoreũ direxit tela draconem
Virginis expoſitæ ſortẽ miſeratus acerbam
Ora nec expauit molẽve Georgius illam
Grãdib⁹ horrẽtem ſquãmis ac tergore duro:

Sic ego te defenſa hodie pro virgine victum
Sanguinea tellure traham. caput enſe reuulſũ
A ceruice haſtę infigam: noſtrumq; per omnes
Circũlatum acies mariana ad limina ſiſtam.
Sic ait. & magna Chriſto ter voce vocato
Vrget æquũ. preſſiſq; petit calcaribus hoſtem.
Cõcurrũt ſimiles tauris in bella duobus
Cornibus aduerſis & toto pondere frontis:
Cũ ſpectãt vtriq; greges. cũ territa magno
Paſcua mugitu nimbo inuoluuntur arenæ.
Arma ſonãt. tremit oĩe ſolũ. volat haſta p aurã
Ecce ruens agarenus equo (traiecerat armos
Vulnus & ingenti thoraca reſoluerat ictu)
Voluitur in pręceps concuſſa cadauere tanto
Terra gemit: velut intõſo cũ vertice campũ
Verſerat armatis quercus percuſſa lacertis.
It cœlo clamor. Spoliis tũ victor opimis
Clarus. & occiſi trunco prius ore gigãtis
Excipitur clangore tubæ plauſuq; ſuoꝝ
Regia cõcurſu ſubiit tentoria magno.
Cedite torquati quibus hęc cognomĩa torquis
Cedite coruini quibus hęc cognõia coruus
Tradidit: hęc veſtras ſuperant pręconia laudes.
Sic tua gens olim votis ad templa ſolutis



Inache ne tanti pereant monumenta triũphi
Virgineæ matri ſacrata vocabula ſanxit
Ad ſua perpetuo cõiũgi inſignia ritu.
Cerne decus quãtũ ſuperat tibi gloria quãta
De virtute patrum fluit in genus omne nepotũ
Inache. Sic ſuperi faciant de ſtirpe tuorum
Quo tibi laus alio ſit cõſumata triumpho
Dux aliquis: vel tu ipſe magis cui bellica virtus
Iam longo firmata vſu: leuet arma potenti
In ſyriam libyamq; manu. gẽtemq; nefandã
Vel penitus tollat: ſcythicæ vel ad vltia terrę
Littora detrudat: boreas vbi frigidus oĩi
Fruge ſolũ ſpolians duro tegit æquora tergo.
Viue. nec ante precor parcę tibi ſtamĩa rũpant:
(Det deus hęc ſaltem noſtris bona fata dieb⁹)
Q̃ videas maurorũ vrbes & magna ſuperbę
Mœnia Granatę veri iuga ferre tonantis.
Et parere deo: qui magna incœpta ſecũdet
Regis: & arma regat felici bethyca Marte.

FINIS.

Baptiſtę Mantuani Car. theo. Ad innocentium octauum Pontificem maximum & conuiuas pro die natali Laurentii Archiepiſcopi Beneuentani CARMEN.

SVmme pater curis & ſollicitudine nũq̃
Liber:& ĩmenſi moles cui credita mũdi
Vos quoq; cõiuię:quorũ ſi dicer̃ laudes
Aggrediar:longo raueſcent guttura cantu
Splendida regali vobis cõuiuia luxu
Hęc beneuentanę paſtor Laurentius orę
Reddit & huic tanto longe meliora fatetur
Se debere choro.ſoluet quoq; forſitan olim
Si ſperata dabit curſus fortuna ſecundos.
Sed tamen auguſto fuerant hęc debita menſi
Feſta ſub ardenti cũ ſol premit arua leone:
Luce ſacra:cũ riſit inops Laurentius iram
Cæſaris:& victis migrauit in ęthera flãmis.
Illa dies natale dedit. Lucina parenti
Affuit enixę.pulcroq; puerpera partu
Læta puerperii cruciatũ in gaudia ſoluit.
Mox noua progenies felicibus edita fatis
Dicitur attollens caput arriſiſſe parenti.
Qđ felix fauſtumq; putant.bon⁹ exitus omẽ
Laudat.& euentu melior fortuna ſequenti.
Illa igitur celebranda dies,& habẽda quotãnis
Lętior:& faſtis eſt annumeranda diebus.
Idq; memor facturus erat.noua feria dulces
Excluſere iocos,& in hoc cõuiuia tempus



Sunt tranſlata.illam rapuere negocia lucem.
Nanq; aberat miſſus Roma legatus ab vrbe.
Atq; graues vmbrorũ iras:ſubitoſq; tumultus
Lenibat grauibus dictis:pacemq; docebat.
Poſtq̃ ſtrenuitas vigilans & prouida virtus
Huic ſatis officio fecit:cum laude reuertens
Eximia ſtatuit celebres apponere menſas:
Nataliſq; diem ritu celebrare parentum:
Sic etiam ſummus qui proſpicit omnia paſtor
Inſtaurare volens feſſas poſt feria mentes
Obſeruare ſuos morem hunc indulſit auitum.
Et gaudere die:qua quiſq; ſub æthera primũ
Tranſijt:& veſci cœpit vitalibus auris.
Et q̃q̃ gethicis contraria gentibus olim
Conſuetudo eſſet:lachrymis quæ triſtibus ortũ
Natorum:& læto celebrabant funera cantu:
Noſtra tamen longe melior ſententia.mortẽ
Quę pulchrũ diſſoluit opus:quę nititur omne
Quod natura parit paucis abolere diebus:
Et nihil eſſe diu patitur:quæ pingitur ore
Terrifico:lugubriq; animo meminiſſe neceſſe ẽ.
Principium vero vitæ qui dicitur ortus
Quo genus omne noua reparatur origine:ſecũ
Gaudia mille vehit.Cũ mens diuina recentẽ

Cuderet:& cœlo ſtellas affigeret:orbem:
Mirabanť op⁹ ſuperi.noua machina mũdi
Viſa voluptatũ pelagus:quod pectora diuũ
Corripuit ſubita ſenſus dulcedine complens.
Iure igitur natale iocos:& gaudia poſcit
Natura ſuadente dies:qua venit ad ortum
Progenies primæ capiens exordia vitæ.
Ob cauſam tamẽ haud aliã vetus ille reuerſus
Mos:niſi quo feſſas hominũ poſt ſeria mentes
Sit fas inſtaurare iocis.& idonea rurſum
Reddere corda virũ rebus tali arte gerendis.
Nam labor aſſiduus mẽtes vt corpora frangit:
Attonitoſq́ facit ſenſus.& inertia membra.
Ingenium nimio roburq́ retunditur vſu.
Et caput obſcura captum vertigine clauum
Perdit:& incerto nauis ſecat æquora curſu.
Omnia quæ duro ſunt debilitata labore
Reſtituit ſecura quies:medicamina feſſis
Ocia ſunt.laſſas inſtaurans ocia vires:
Quas labor eneruat:quas lõga negocia frãgũt.
Ergo laborantes opus intermittere cœptum
Et ceſſare iubet veterum prudentia patrum
Scipio littoreas & Lelius anxius oras
Et caietani tractum maris vrbe relicta



Sæpe peragrabant:& circum littora conchas
Fluctibus eiectas manibus legiſſe feruntur:
Maximus interpres legum luſiſſe lapillis
Scæuola narratur curaſq́ fugaſſe fritillo.
Socraticos etiam ludos puerilíaq́ acta
Legimus:atq́ ſenẽ ſtudijs iuuenilibus vſum.
Ergo voluptatem cœnę genialis honeſtam
Summe Pater lætiq́ vna celebrate Sodales.

Eiuſdem de morte Ioannis Soreti Galli
Carmelitarum Prioris generalis.

MEns mihi ſæpe fuit pro te quoq́ ſumere plectrum
Atq́ tuas nr̃o cõplecti carmine laudes
O niuei quondam paſtor gregis.O pater altę
Rupis:& irrigui fontis:montiſq́ beati:
Cuius in acceſſis vates habitaſſe ſub antris
Fertur:& euentus rerum ceciniſſe futuros.
Sed mea ſopito ſtupuerunt ſanguine corda:
Vt ſolet hyberno tellus cum frigore torpet:
Poſtq̃ fama tui mœſtiſſima nuncia fati
Triſtibus auſpicijs italas peruenit ad oras.
Omnia tunc gelido riguerunt mẽbra timore:
Tũc lyra lapſa manu:digitis tũ plectra remiſſis
Sunt colliſa ſolo:tremulo vox defuit ori.

Languida mœrẽtes hebetauit inertia ſenſus:
Et dolor ingenium viuax ſopiuit:& artes.
Tunc mihi cũ ęgrotos vis morbi vinceret art⁹
Raraq; vix traheret feſſum ſuſpiria pectus:
Conſilium fuit inuiſa decedere vita:
Et tecum limen patriæ melioris adire:
Paſcit vbi tutas dulcis concordia mentes.
Feciſſemq; vtinã:nam poſt tua funera nunq̃
Vidimus optatos portus.nos ſpumeus euris
Flantibus vndarũ tulit in contraria feruor.
Littora carmeli ſolymoſq; apprehẽdere cãpos
Dum cupimus:dũ quiſq; ſuis annitimur armis:
Pellimur in ſyrtes:nauemq; ferentibus vndis
Incertum per iter nulla ſuccurritur arte.
Tiphis abes:palinure iaces:iterata minantur
Fulmina in interitus cõſpirant ſydera noſtros.
Nũc ruit in p̄ceps:ſũmas modo ſurgit in vndas
Auulſo temone ratis.fracti ſumus vt ſi
Dum procul a ſtabulis errat pecus omne p̱ agros
Nil hoſtile timens:caſu percuſſus iniquo
Occidat extemplo paſtor:ſaltuſq; patentes
Ora lupus ieiuna gerens intrarit:oueſq;
Incuſtoditas paſſim lanietq;:fugetq;.
Sic tua progenies quę te duce nullius arma



Nullius inſidias timuit/ſed tuta per omnes
Ibat ouans caſus:poſtq̃ tua lumina preſſit
Improba cõturbans triſti mors omnia luctũ
Languit amiſſo generoſæ frontis honore.
palluit omne decus noſtrũ:languẽtia cepit
Pectora ſegnicies:& amor virtutis obiuit
Frigemus velut extincto focus igne:receſſit
Tecum noſter honor:Carmeli gloria tecum
Occidit:heu funeſta dies neq; digna dici
Nomine cenſeri:ſtygiis pallentior vmbris/
Quæ tantũ iubar extinxit:tot lumina miſit
In lachrymas:in tot ſuſpiria pectora ſoluit.
O nũq̃ laudande ſatis:licet omnia laudes
Ora tuas reſonent. Senior diſcrimina noſti
Quot ſubiit grex iſte tu⁹:quot bella: quot hoſtes
Vencre:& ſortem populi miſeratus iniquã
Mouiſti aſſiduis precibus triſtem iouis iram:
Qui niſi forte tui curam geſſiſſet ouilis
Vent⁹ & vnda ruens ſtabula & pecus om̃e tuliſſet.
Supplice te nobis fauit pater:ipſe pauentem
Attonitũq; gregem blande collegit in vnũ:
Vt mater triſtata ſolet:quo tempore miluus
Inſtruit inſidias.flectitq; per aera gyrum:
Illa dolũ timet:& crocitans ſua pignora cogit:

Collectũq; gregẽ ſuſpenſis protegit alis.
Hactenus hoc noſter vexatus turbine lembꝰ
Tardatuſq; vadis circũ tua littora duci
Non potuit: ſed iam cœli frons lęta ſereni
Panditur: vndoſũq; minꝰ iã murmurat ęquor
Humidus auſter abit: ſilet ęther: & atra recedũt
Nubila: purpureo ſol naſcitur aureus ortu.
Graminis aura tepens, florũq; cacumina leni
Incuruans flexu gratos diffundit odores.
Atq; leui ſtrepitu fugiens ſe frondibꝰ altis
Inſerit: & ſomnos molli blãdita ſuſurro
Concitat: & virides ludens circũuolat agros:
Iamq; procul nobis pulſa caligine tandem
Carmeli ſe monſtrat apex: vitreiq; redũdant
Fontis aquæ ſuaues: quę ſũmo vertice lapſæ
Subiectos rimantur agros: & florida circũ
Rura ſoporifero labuntur murmure: ſeq;
In vicina breui deuoluunt ęquora curſu.
Iam me ſollicitæ parcũt incendere curæ:
Improba nec miſerũ pectus depaſcitur ales:
Reſtituorq; mihi: iuuat ire, meamq; ſonoris
Iuſtaurare lyram neruis: ſacrũq; vocare
Ex helicone chorũ: atq; argutos edere cãtus.
Verũ bella canant alii: populoſq; paternis



Sedibus: & patrio pulſos de littore graios.
Et veteres odii cauſas: belloq; ſubactas
Cõſtantine tuas arces: cœlũq; latinis
Infeſtum rebus: fideiq; pericula noſtrę:
Et purgata nouis troiana incendia bellis.
Semper ego effugi ſtudiũ Mauortis: & arma
Nec pectus thorace graui: nec tempora cinxi
Caſſide criſtata: fuit & mea dextra: meumq;
Semper inerme latus: mores ego pacis amaui
Cedimus arma aliis: nobis tua maxima virtus
Carmen erit: ſatis eſt iſto ſi puluere noſter
Sudet equus: metã hancq; meus circũuolet axis.
Ingrediar fragili ſpatioſa per ęquora ligno
Atq; tuas lęti circũuectabitur oras.
Cũcta paleſtini montis ſpelæa reuiſum
Singula perluſtrãs: aciem per ſingula vertẽs
Ne quid neglectũ fluat: intactũ ve relinquã
Vnde tuæ in lucem poſſint emergere laudes.
Conaborq; tua dignũ virtute trophæum
Erigere: & circũ redolentes addere lauros
Atq; hederas: & palladia de fronde corollas:
Palmarũq; minus metuentes pondera ramos.
Grãde opus: & ſub quo ſudaret olympifer Atlas
Magna quidem fuit: atq; meis conatibꝰ impar

Copia virtutum paſtor venerande tuarum.
Nec tibi Carmelus debet min⁹ ac Remoaldo
Tuſca camaldulii pineta in vertice montis.
Lignipediq; lauerna viro: Cartuſia Vgoni.
Gallica Bernardo ciſtercia. Nurſica Mauro
Relligio. ſed plus longe. nec enī tibi ſancta
Ruſticitas/ſed ſancta magis doctrina ſuperbā
Perfidiam ſe attollentem myſteria contra
Sacroſancta potens cōuellere fulmine linguę.
Vnde fit vt dubitem rerū ne pondere preſſus
Turpiter in medio cogar deſiſtere curſu.
Menſq; magis refugit/quādo Icariū reminiſcor
Interitum puer ille leuis temerarius audax
Dū per inane audet cœlū mendacibus alis
Tēdere iter vetitū: & vacuas ſe attollere in auras
Decidit: & fecit myconęo nomina ponto.
Me mouet & ſacros ignes furarier auſus
Atq; putres audēs glebas animare prometheus.
Et phaeton cupiens ſolis frenare quadrigā
Cuius adhuc longę lachrymāt electra ſorores
Succinaq;: ad fluuii ripas quē celtica rupes
Mittit: & adriacis tandem abſorbetur ab vndis.
Occurrunt animo veteris certamina pugnę:
Cū furor inuoluit ſuper altum pelion oſſam:



Aoniaſq; auſæ cantu ſuperare ſorores.
Et quæ textilibus docta cum pallade formis
Dum certat veterē mutauit Aranea formam:
Thrax Thamyras quē cęcū olim fecere puellę
Theſpiades: dū ſe nimis: & ſua carmina iactat.
Et tu mētis inops nimiūq; improuide quondā
Marſya qui muſas phœbumq; laceſſere cātu
Dū properas: fluis in latices: & porrigis amnē:
Quē vehit ęgæas phrygius Męander in vndas.
Et qui labentem dextra temerarius arcam
Dum leuat a magni rectore necatur olympi.
Hęc mecū tacitus memori ſub pectore voluens
Extimeo ne cæca meas audacia vires
Fallat. & aſſumptū nequeant perferre laborem.
Supponā tamen hos humeros: molēq; ſubibo
Debilis immenſam: dabit fauor ęthere ab alto
Occultumq; meus diuini nectaris imbrem
Accipiet genius: tardoſq; ad carmina ſenſus
Calliope melior: maiorq; mouebit Apollo.
Aureus vt quondā fului ſub imagine roris
Iuppiter in gremiū danaes deſcendit amatæ:
Sic noua de ſummis magnę penetralibus aulæ
In mea labetur furtim præcordia virtus:
Atq; ope cœleſti fretus certaminis huius

Sit modo vita comes:referam victricia ſigna
Efficiam ne liuor edax:ne longa vetuſtas
Neu ſors vlla tuæ pariant obliuia laudis.
Sed ventura tuum nomen mirabitur ætas.
Et quæ te tulerint felicia ſæcula dicet
Poſteritas:debentq; tibi tua tempora multū.
Namq; tui tecum durabit gloria ſæcli.
Tu modo magne pater faueas:quē certa fatētur
Aetherios interpoſitum miracula ciues.
Muneris incerti quædam me pendula tardat
Spes operea tāto:promiſſaq; carmina differt:
Et prohibet noſtrę votis parere camœnæ.
Mox tamē abſoluar:nec in his mea ſyrtib⁹ vltra
Cymba leget:ſteriles fruſtra verſam⁹ harenas.
Quid miſer in caſſum do ſemē inertib⁹ agris?
Quid pictā propero Thamirę mōſtrare tabellā?
Quid mutū reſpōſa peto?Quid deniq; fruſtra
Non audituro modulor noua carmina ſurdo?
In nemus vmbroſum:& cōcluſas vndiq; valles
Rupibus:& multa veſtitos arbore colles
Imus:vbi ſecura quies:vbi dulcia vitæ
Tempora decurrant:vbi nulla negocia nobis
Detineant animū:ferri ad meliora volentem.
Iſta mihi ſi te pater adiutore dabuntur



Ocia:ſcribendis & amica ſilentia rebus:
Mox ego purpureo textam de flore coronam
Quā neq; bruma rigens albis veſtita pruinis
Nec borealis hyems vincat:quę flumina vētis
Stringit:& aerias gelida niue conſpuit alpes:
Quā neq; deſiccet ſol:quom vicina pererrat
Noſtro ſigna polo:circum tua tempora ponā.
Tu meus Aenæas:tu pergama:tu mihi thebę
Tu labor & curſus ſero redeuntis Olyſſi:
Et mora penelopes votis inimica pudicæ.
Tu mihi cęſar eris:ſtudiū tibi tradimus omne.
Tu tamen interea noſtro qui liber ab orbe
Viuis:& ingentes meritis facientibus alas
In regnum ſublime volas ardentis olympi:
Quē deus ęternis diuorum accumbere menſis
Iuſſit:& immenſo cœli dignatur honore:
Funde preces:pia verba moue:feruentius ora
Magna dei nr̄is faueāt vt numina reb⁹. Τελοσ.

Baptiſtę Mantuani Carmelitæ theo. Ad Ioannē Petrū Arauabenum epiſcopū Vrbinatenſem.

PEtre heliconiadū ſtudijs d̄corate ſororꝝ
Cui dedit iſignē docta minerua locū.
Iſta racemiferis noſtri de vitib⁹ horti
Accipe dircæi dulcia dona dei.

Hanc tibi præcoxit flauentem Iulius vuam
Sole molorcheas ingrediente faces.
Scilicet vt nimium rapido dum fulminat ęſtu
Frigida morboſam temperet vua canem.
Nam canis ad plantas reſidens Orionis ardet.
Atq; graui noſtras verberat igne domos.
Frigore nũc opus eſt. opus vt fuit ignibꝰ ãte:
Cum boreas tanto ſtringeret arua gelu:
Sic natura parens tempus muniuit vtrunq;.
Caumata frigoribus temperat: igne gelu.
Ianus habet ſyluas: & aprici vina phalerni.
Creticaq; idæis trans mare vecta cadis.
His ſe armare poteſt: gelidãq; retundere brumã.
Et melotæis terga fouere togis.
Aeſtus habet gelidos latices: & cærea pruna:
Pomaq; cognomen quę ceraſuntis habent.
Iulius ardorem primis necat æſtiuer vuis:
Hacq; ſalutari fruge miniſtrat opem.
Nec tibi grata minus fuerint mea munera: ſi quid
Et ſi quid verſus ruſticitatis habent.
Ruſtica ciuili melior vindemia. ruri eſt
Ille ſacer vatum qui rigat ora liquor.
Hęc fateor leſbi non ſunt in collibus orta:
Nec de cretæis munera lecta iugis.



Non ea palmitibus, cœli clementia noſtris
Non eſt flaminio gratia tanta ſolo.
Siue q a phœbo magis elongamur & auſtro:
Et polus algenti nos aquilone premit.
Siue q eſt illic aliis rationibus æther
Mitior eſt illis gloria tanta locis.
Forte q ex illis tranſiuit in ęthera campis
Quæ micat ex flãmis facta corona nouẽ.
Proſpiciens oculis illas melioribus vuas
Vitifer infundit vina ſuperba deus.
Adde q in Delo Bacchi germanꝰ Apollo
Naſcitur: arbitrio qui regit arua ſuo.
Iuppiter idęis alitus rura illa ſub antris
Dicitur olenię lacte rigaſſe ferę.
Gnoſiacis ideo vis eſt en tanta racemis
Inclyta tam dulci fertilitate Cydon.
Hęc igitur tibi dona damus meliora daturi:
Vberius ferret ſi meliora ſolum.
Muſa tibi vetuit ſine carmine munera mitti:
Quando magis quouis munere carmẽ amas.
Carmẽ amat quiſquis tenero bene doctꝰ ab æuo
Aoniam ſtudiis dulcibus hauſit aquam.
Hæc mea ſint animo: ſint dulcia dona palato:
Et phœbi & bromii munera iuncta cape.

Baptiſtę Mātuani Carmelitæ Ad Ioannē Sabadinū argēteū ꝓ filii morte cōſolatio: paramythia

QVę vos innocui vexat fortuna parētes?
Triſtia cur tantis fletib⁹ ora madent?
Miti⁹ ādromache tulit aſtyanacta pēptū
Mitius errantem penelopea virum.
Mitius halcyone crudelia fata mariti.
Hippolytū phœbe: garrula mater Itym.
Fleuit Hylam minus Alcides: min⁹ Iſis Oſyrim
Et niobe natos: & Phaetonta ſoror.
Quid tibi vult tāto reſonās querimonia luctu?
Et gemitu longo ſollicitata domus?
Cur ſetoſa genis facies ſquallētibus horret?
Cur macies turpi deiicit ora ſitu?
Quo fugere ſales? cur lætę gratia frontis
Decidit? obſcurū quę tegit vmbra caput?
Cur tua compreſſo facundia mutuit ore?
Nec fluit in dulces lingua diſerta ſonos?
Dic age lugubri deformis imagine vultus
In mea ſecretū pectora vulnus agit.
Aſpera ſors veros. & proſpera tangit amicos.
Corporibus quia mens vna duobus ineſt
Hei mihi. neſcio quod radiis graue ſidus iniquis
Miſit in infauſtos fulmina tanta lares.



Et mihi perpetuus: chara cū cōiuge mœror
Attulit a ſtygio longa venena lacu.
Carolus eximię fulgens puer indole formæ
Occubuit caſti vota ſecunda thori.
Et iam morigera ſuperos pietate colebat:
Et docili ſupplex numina ſancta fide.
Iam matura nouis ętas lucebat in annis.
In tenero grauitas ore ſenilis erat.
Talis erat nobis qualis roſa prima roſetis.
Et qualis riguo lilia prima ſolo.
Lęta verecūdos decorabat gratia vultus.
Et grauis ornabat dulcia verba lepor.
Ille meo triſtes tollebat pectore curas.
Gaudia patris erat. gaudia matris erat.
Hūc igitur rapiens lex ferrea mortis auaræ
Sub gelidā triſti funere merſit humum.
Luget mœſta domus. vidui ſine prole parentes
In gemitu noctes ducimus atq; dies
Sicut vbi inplumes inuaſit vipera nidos
Ingemit: & querulo carmine plangit auis.
Soluitur in lachrymas gemituſq; miſerrīa cōiūx
Et requiem nūq̄ debile pectus habet.
Cū gemit illa/mihi lachrymas ciet: ignea rorāt
Lumina: ſingultu guttura rauca ſonant.

Eſt mihi pro nato ſimul & pro cõiuge mœror.
Et duplex agitat ſaucia corda dolor.
Pœnitet ingratæ producere tempora vitæ.
Et totiens mortis vulnera acerba pati.
Emorimur totiens obeũt quot pignora nobis
Et totiens ferrum corda paterna ſecat.
Baptiſta Pelle graues animo curas argentea probes.
Neu cruciet tantus pectora mœſta dolor
Terra domus nõ eſt animis accõmoda noſtris.
Altius it noſtræ conditionis honor.
Qui nimium terras amat:& mortalia tecta:
Fallitur:eſt alio patria noſtra loco.
Hic ſumus extorres/alienaq3 regna tenemus
Sub grauis exilii ſeruitiiq3 iugo.
Nũc animus curis coquitur nũc corpora morbo
Et ſtimulos affert quęlibet hora nouos
Nũc fratrum ſubeunt obitus:mõ fata nepotũ.
Tempus in obſequiis triſtib⁹ omne fluit.
Crebrius auditur p templa p'atria planctus:
Q̃ faciles inter vox hymenęa choros.
Et modo noſtra vocãt mõ nos aliena ſepulchra.
Funera ſunt noſtri continuata dies.
O felix quem res nõ implicuere caducæ.
Quẽ nullus retinet poſteritatis amor.



Quem neccura domus nec deficientis in horas
Corporis:aut vitæ prætereuntis agit.
Poſtq̃ diuitijs fuerint & honore potiti:
Mors hominũ triplici corpora fauce vorat.
Fœlices fruſtra nobis promittimus annos.
Semper enim curæ triſtitiæq3 premunt.
Fluctus vt inſequitur fluctũ:ſic tẽpora voluit
Noſtra catenatis ſors inimica malis.
Mittimur ætherios per limina mortis in axes.
Hæc patet in noſtros ianua ſola lares.
Eſt illic natale ſolum.noſtriq3 penates.
Regnat vbi in decimo maxim⁹ orbe pater.
Nos deus ex alto:nos magni gloria mundi:
Omnia nos pronis vultibus aſtra vocant.
Cum nitet.& pictæ noctis fulgoribus ardet
Oſtendit noſtras pulcher olympus opes.
Noſter enim polus eſt.ſunt ſidera noſtra:ſereno
Ciuibus arridet lucifer orbe ſuis.
Eſt requies illic.illic æterna voluptas.
Perpetuus ſplendor:gaudia:riſus:amor.
Carolus eſt illic.& candida lilia circum
Tempora virginei ſigna pudoris habet.
Nos quoq3 cũ lacheſis noſtros euoluerit ãnos:
In loca fatalis tranſferet illa dies.

Quotquot erũt animas.& quot nos ante fuere
Accipient lato magna theatra ſinu.
Fas erit hic noſtræ vultus agnoſcere gentis.
Atq; dare alternis mutua verba ſonis.
Hic cum fratre ſoror:nati cum patribus ibunt.
Veſpera nec feſtos finiet vlla dies.
Quos modo miramur:regione videbim⁹ illa:
Et veteres inter ſuſcipiemur auos.
Hic ſunt qui patrum veſtigia ſancta ſequuti
Stigmata ſeruatæ relligionis habent.
Tunc tuus ille nepos iuuenẽ quẽ fata tulerunt:
Cognatam nitido porriget ore manum.
Tunc tuus occurret tibi nat⁹.& obuia circum
Brachia cũ lachrymis colla paterna dabit.
Coge vagos animi fluctus argentea proles:
Cordaq; conceptus deſerat ægra dolor.
Comprime bacchantes vẽtos:& nubila pelle.
Cymbaq; tranquillo currat vt ante mari.
Ad noua cœpta redi.laudẽq; laborib⁹ auge:
Et breuis immenſa floreat arte liber.
Scribe quod ęterno dignẽtur honore nepotes:
Et quod non valeat perdere longa dies.
Vtq; minus rodant vigiles præcordia curæ:
Fertilis ingenij pinguia rura cole.



Interea celeri labentia tempora curſu
Exilij finem ſeruitijq; dabunt.

FINIS Bononię Die Secunda Februarij
MCCCCLXXXV.

Baptiſtę Mantuani Carmelitę Theologi ad Re-
uerendiſſimũ.ac illuſtriſſimũ Sigiſmundũ Gon
zagam protonotarium:Elegia contra amorem.

COnſuluit pietas vt te
Siſmũde monerem
Communem iuuenum ne
ſequerere viam.
Omnis enim tenera puer vt
lanugine vernat:
Perdere in inſano tempus amore ſolet.
Quo caueas igitur ſcelus hoc/animiq; venenũ:
Quid ſit amor paucis inſtituare modis.
Mentis amor vicium iuuenile:cupidine formę
Viſu animi robur debilitante ſatum.
Hoc vbi corda premẽs humana tenacius hęſit:
Obligat impoſito colla ſubacta iugo.
Et trahit in facinus veneri quodcũ ꝗ videtur:
Nil veritum leges imperiumq; dei.
Res horrenda:facit licitũ ſcelus omne videri:
Sic iacet affectu mens hebetata malo.

Vt notus æſtiuis obnubilat aera nymbis:
Ac tenet oppreſſum ſole latente diem:
Sic amor ante oculos animi velamina tendit:
Et trahit in cœcum pectora noſtra chaos.
Hinc ſecurus amãs per aperta pericula fertur
Quę niſi mentis inops nullus adire velit.
Hic poſitis nocturſcalis ſuper alta domorum
Tecta ſalit: getico dum riget aura gelu.
Hic iacet in latebris: loculoq; reconditus arcto
Spem titubans inter fluctuat atq; metum.
Pugnat in ambiguo ſententia pectore duplex.
Vellet amore frui: vellet inire fugam.
Ille ſubit gladios: & pro muliere duellum.
Mox init egeſtam ſanguinolentus humum.
Fit pecus omnis amãs dum pro ratione libido
Iudicium nutu temperat omne ſuo.
Quiſquis enim viuit ſine lumine mẽtis & vſu:
Fert hominis vultus: ingeniumq; feræ.
Eſt pecus: & fallax hominem mentitur imago.
Teſtis opus melior: veridicumq; magis.
Anſer aquis gaudet: ſyluis aper: aere falco:
Legibus humanum conſilioq; genus.
Sirenes ſatyri panes nymphæq; marinę
Et lamiæ humani corporis ora ferunt.



Si videas vultus: homines vidiſſe putabis:
Eſſe feras conſtat ſi intuearis opus.
Hinc igitur fati non ſunt mendacia vates:
Quando homini vultus impoſuere nouos.
Qui partim ſenſu partim ratione feruntur:
Nec viuunt totos cum pietate dies:
Hi ſunt centauri minotauriq; biformes:
Monſtra quibus duplex ambiguũq; genus.
Talia ſignificant animos in amore iacentes
Continue in mutum degenerare pecus.
Hinc bouis effigiẽ ſubit Inachis: ęquora ſubter
Latrat & abſorptas ſcylla profundit aquas.
Nyctimene in noctis volucrẽ conuerſa: Meduſæ
Tempora vipereæ cõplicuere comæ.
Vtq; ſcias quantũ valeat ſubuertere mentes:
Inferior nullis cladibus iſte furor:
Aſpice Leandrum ſpatioſa per ęquora nãtẽ
In ſe odium fati ſollicitare ſui.
Aſpice paſtorem phrygiũ ſpartana ferentẽ
Furta domus lachrymas excidiũq; ſuæ.
Suaſit amor ſcyllę regno ſpoliare parentẽ:
Et dare gnoſiaco ſe patriamq; duci.
Tanta animo rabies: hoſtem p̄ponere patri
Conſuluit ſæuo ſæuior angue puer.

Aſpice Theſeę redeuntia vela carinæ
Ferre Iouis neptes furta ſuperba duas.
Crudeles caſus triſtemq; attende rapinam:
Nec ſeruaſſe datam fœdera vana fidem.
Quid referam cinyrę coitũ? qd Biblidis ignẽ?
Et ſcelera admiſſo paſiphaæa boue?
Phaſias hoſpitibus dedit aurea vellera graiis:
Et ſecuit dura pignora parua manu.
Heu/facinus crudele parens in ſanguie nati
Tingitur: in ſobolem carnificata ſuam.
Ira malũ minus eſt: breuibus quia ꝑterit horis.
Longa venenoſus tempora viuit amor.
Viuit: & aſſiduis hominẽ cruciatibꝰ angit:
Et tenet ardenti corda ſepulta foco.
Cętera quę noſtrũ dicit mortalia vulgus
Crimina ſunt longe pernicioſa minus.
His etenim ſatis eſt vni nocuiſſe. Cupido
Vult homines ſaltem pręcipitare duos.
Semper enim tali febrit quicunq; cicuta
Vult alium vicio conmaculare pari.
Aſpice q̃ variis erymanthida Iuppiter vrſam
Cepit: vt eſt virgo ludificata modis.
Quot ſtuduit verbis daphnẽ facundꝰ Apollo
Flectere: & ardori conciliare ſuo.



Te/cui magnanimo grandes in pectore curas
Parturit antiquæ gloria longa domus:
Et cui maiorũ laudes calcaria ſubdunt:
Vt ſtudeas atauis non minor eſſe tuis
Hanc decet ex animo penitus cõuellere peſtẽ:
Et ſepire omnes: ne feriare/vias
Ac vitare locos: puer hic vbi retia tendit
Atq; vbi in inſidiis ipſe latere ſolet.
Retia ſunt iuuenũ vultus: & amabilis ętas
Quę rapiunt ſenſus illaqueantq; nouos.
Corda retundit amor: generoſa negocia frangit
Nec niſi fœmineũ mente volutat opus.
Grãdibus inceptis ſtudiiſq; virilibꝰ obſtat:
Nec probat heroa fortiter acta manu.
Negligit inſignes quę ſunt paritura triũphos
Et decora & titulos extimat aſſe minus.
Delitias: vnguenta: iocos: & inertia laudat
Ocia: & ad phrygios fila reducta modos.
Inuidus Aenæam libycis tentauit in oris
Siſtere: ne in latium proſequeretur iter.
Ne iacta imperii primordia poneret Alba
Vnde ſata eſt orbis Roma futura caput.
Aeſtuat amiſſa Chryſeide magnus Achilles.
Languet: & argolicis ferre recuſat opem.

Sic amor elatam ſtuduit ſubuertere mentem
Vt venerem graios poneret ante duces.
Vt iuuenis tantum decus obſcuraret:& arma
Gręca forent læſo debiliora duce.
Cupido Et quia nudus amor ſtudet exhaurire ſequaces
Eximias luxu dilapidante domos.
Hinc vbi quis lautis minuit patrimonia menſis
Ambulat attrita triſtis inopſqꝫ toga.
Et quas cura patrum multis ſudauerat annis
Fœmina longęuas vna triũphat opes.
Et quoniam puer eſt:leuium ſolatia rerum
Qualia blandicię/baſia/carmẽ/amat.
Et quia pennatus/cito mobilis.& quia cœtus
Pręcipiti fertur per ſcelus omne gradu.
Et quia fert arcus/mucronigerâqꝫ pharetram:
Atqꝫ facem:mala mens:ingeniũqꝫ ferox.
Incipit a riſu:curis coaleſcit amaris
Deſinit in lachrymas improbus iſte furor.
Quiſquis amas igitur/q̃ q̃ fortuna ſecũdet/
Et facilem puppi det leuis aura viam:
Sis memor euentus:verſaqꝫ relabere cymba
Peruia tranquillo dum ſinit vnda freto
Et caue ne ſubita maris inuoluare procella/
Dum tonat ardenti fulminis ira polo.



Hęc habui ad p̃ſens:tibi quę memorãda putaui
Dum cupio ad ſummũ promoueare decus.

FINIS.

Ad Lodouicũ Gonzagã ſedis Apoſtolice Proto notariũ Bap.Mãtuani Carmelitę Carmẽ ex tpe.

SAepius ad ſacrũ cupiẽs helicona reuerti
Mun⁹ vt excellẽs & tãto principe dignũ
Caſtalio de fõte darẽ/ mea carbaſa vẽtis
Explicui:& ſcalmos accincto remige preſſi.
Verum me varijs animi languoribus ægrum
In diuerſa ferunt a phocide littora fluctus.
Pellor ab Europa.lõgo puppe ꝓpontida verſa.
Et feror in phrygiam tenedi iam littora cerno.
Iam pater Antandrus.iã culmina cernim⁹ idę
Aonides ſyluæ nobis & ſancta negantur
Flumina.dircęi taciturna ſilentia ſaltus
Occluſere nouẽ prohibentqꝫ accedere nymphę
Immiſererati zephyros prohibemur arenis
Aulidis.aduerſis rado maris æquora fatis.
Qꝫ ſi vela ſinat vento deus ire ſecundo
Pacificaſqꝫ intrare domos:& corde timores
Pellere ſollicitos:tantoqꝫ exire tumultu:
Curreret extemplo velis mea cymba leuatis
Per laudes Lodouice tuas:per clara tuorum

Facta: per illuſtres atauos. regnataq; genti
Arua tuæ. canerem pugnas & martia facta
Et grauiter ſancteq; domi conſulta foriſq;.
Quanta ſit in ſuperos pietas & quanta parentū
Relligio. quantum patrię ſtuduere quieti.
Cederet his agris quicquid mare fluctib⁹ ābit.
Egregij quicquid titan videt æthere ab alto.
Mollia longinqui iactent ſua vellera ſeres.
Heſperidum ſua poma nem⁹. ſua tura ſabæi.
Aethiopes nigri ſua cinnama. Perſidis ora
Diuitibus gemmis fuluoq; ſuperbiat auro.
Prouentu maiore tuos pubeſcere campos
Dicere: & has illis præponere frugibus auſim.
Cederet his agris trinacria: cederet hortus
Alcinoi. & veteris tellus pulcherrima cypros.
Cederet his agris crete. Pelopiſq; laceni
Inſula. ſit licet hæc ſparta veteriq; corintho
Illa Iouis cunis: atq; vrbibus inclyta centum.
Cederet omnis ager. nec ſeſe Mantua tantū
Virgilio: & ducibus lydis: & ſanguine magni
Tyreſiæ clarā agnoſcet. magis inclyta quādo
Gonzagæ ſplendore domus vaſit: & altis
Ingenijs animiſq; virū: qui bella per omnem
Sępius Italiam parto clauſere triumpho



Hæc eſt illa domus: de qua: ſi temporis acti
Legeris annales: multos exiſſe Camillos:
Scipiadas multos: Marios mirabere multos.
Nec reticenda forent nuruū ſuper æthera nota
Nomina: & integritas trāſlata in ſidera matrū.
Mœonijs hæc ſunt neruis: & apolline toto
Digna. nec exili dicenda ex tempore cantu.
Nunc alio me cura trahit. peregrina vocamur
Per longas in regna vias per inhoſpita ſaxa.
Nec ſinor in patrijs requiem decerpere cāpis.
Omnia tum melius referā: cum purpura frontē
Velabit Romana tuam. cum patribus alto
Adiungere throno: quib⁹ eſt æterna poteſtas.
Carmina noſtra dies illos: & læta morantur
Tempora. tum ſacros poteris recludere fontes
Et vati aſpirare tuo: votiſq; tuorum.

FINIS.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi: Ad Magnificum comitem Fregoſinum Campefregoſum: Sapphicum Carmen.

DVlce Muſarum decus: & voluptas:
Patrię ſplendor ligurūq; princeps:
Quē fouet dulci gremio receptū
Hoſpita Manto:

Impio poſtq̄ Genuæ tumultu
Miſſus ex alto phlegetontis amne
Iura ſubuertit: placidamq; pacem
Nuncius orci:

Te decet magnos animi dolores
Atq; Neptuni ſalientis æſtum
Ferre: & accenſo Ioue fulgurantem
Fortiter iram.

Rebus aduerſis agitata virtus
Creſcit: & robur cruciata longo
Sumit attritu: meliuſq; terſo
Candicat ore.

Ocium clari fugiunt honores:
Nobiles ducit labor ad triumphos:
Sudor inſignes iter ad coronas
Monſtrat apertum.

Vnico vitrum ſuperatur ictu:
Spernit incudes adamas: & omnem
Malleum: virtus animoſa caſum
Suſtinet omnem.

Debiles nautas: humilemq; cymbam
Aphricus pulſis violenter vndis
Iactat: & vaſto fragilem carinam
Vortice ſorbet.



Fronte ſublimi ratis alta proram
Tollit: & Caurum Boreamq; ridet
Atq; proſternit valido ſonantem
Pectore Pontum.

Blanda fortunæ leuitas: in altum
Voluit: & facti cito pœnitentem
Dexteram verſans male fida curuum
Deprimit Orbem.

Fortium gaudens hominū Ruinis
Regna longinqui penetrare mundi
Cogit Heroas: Patrioq; pulſos
Iactat ab Orbe.

Egit Aenęam Pelago vagantem
Flante per nigros aquilone fluctus
Atq; nimboſo reboante cœlo.
Littus ad Aprlum.

Pulſus Antiquam Salamina. Teucer
Liquit: Alciden odium Nouercę
Miſit ad Gades: vbi cernit Altam
Iulia Calpen.

Faucis anguſtæ Mare vorticoſum
Exules quondam ſoror atq; frater
Heu nimis triſti ſecuere curſu
Phryxus & Helle.

Velleris fului ſpolio ſuperbus
Aequor euxinum/gelidãq; Tethym
Theſſala primus rate nauigauit
Fortis Iaſon.

Magna non vna regione virtus
Clauditur: toto ſpaciatur Orbe:
Sicut imenſum radians olympum
Clarus Apollo.

Perfidam ſortem Generoſa virtus
Spernit:& plauſum popularis auræ
Extimans ludi puerilis inſtar
Libera regnat.

Vate Dircęo Generata Manto
Vnde gens vrbis ſata Mantuanę
Iuncta Tyrrheno ſiculam charybdim
Vidit & æthnam.

Vidit & ripam reſonantis Arni:
Qui per etruſcos ſinuoſus agros
Serpit:& cultis inimica campis
Flumina voluit.

Inde per Mõtis iuga ſaltuoſi
Venit errantes vbi maior vndas
Mintius ſpargit: Biſidoq; terram
Circuit Amne



Tum ſolo nomẽ dedit Occupato:
Atq; Thebanos imitata muros
Cum ſua celſam Genitrice proles
Condidit Arcem.

Naue Phœnices Tyria colonos
Regnaq; fratris fugiens auari
Nobilem Dido Patriam coloſſi
Vidit in Vndis.

Vidit & Cyprum: Paphiãq; gentem:
Tranſiit Syrtes: Lilybea luſtrans
Aequora:& tandem libycę ſubiuit
Littora Byrſæ.

Spernit imbellem populum libido
Dira fortunę: tumidoq; plębem
Corde faſtidit: ſua tela frontes
Mittit in altas.

Ergo Priſcorũ Memorata Virtus
Excitet fortes animi lacertos:
Et tuę fiant tibi clara gentis
Stemata calcar.

Namq; te magno Genitore Natum:
Atq; virtutis gremio educatum
Ad decus ſummũ vocat:& ſupremam
Gloria laudem.

Ergo viſurus Pyliam ſenectam
Viue: nec tantum Genuæ Potentis
Regna: ſed pinguẽ teneas etruſci
Littoris oram.
Aphricæ latis dominare campis:
Atq; ſardoi ſpacioſa ponti
Doris: & bello ſuperata cirne
Porrigat arma.
Dum venit fati melioris ętas:
Liberum curis animũ ſolutis
Tranſfer ad Muſas: viridiq; lauro
Tempora Cinge.
Et per herboſos ſpatiare tractus:
Qua padus ripas oneroſus altas
Complet: & mites ſalicum per vmbras
Serpit in Aequor.
Læta Regali Sabiola tecto
Villa felici redimita cultu/
Te ſua tutum ſtatione longos
Seruet in annos.
Seruet & prolem: deus: atq; claræ
Coniugis ſanctũ caput: & nepotes:
Voſq; cœleſtem ferat in ſenatum
Longa ſenectus. Τελοσ.



Baptiſtę Mantuani Carmelitę Theologi in nouo magiſtratu Lodouici Sãpetri equitis ac Doctoris & patricij Bononiẽſis. Carmẽ.

HActen⁹ infeſto gemuit ſub ſidere tellus:
Nec pecoris nec cura boum nec vomeris vſus
Profuit: in ſteriles ierant ſola pinguia glebas.
Nudaq; ieiunis torpebant arua colonis.
Nec procul auecta peregrino a littore merce
Quærebat mercator opes. ſine remigis vſu
Ille per æquoreos mœrebat nauita fluctus.
Nulla erat ingenio reuerentia. nulla mineruę
Præmia. nulla pijs carpebant ocia vates.
Motibus incœpit verti melioribus æther
Mitior. & cedunt inimica fauentibus aſtra.
Proſpera ſunt vrbi: ſunt proſpera ſidera ruri.
Agricoliſq; ſuæ proſunt & ciuibus artes.
Vertũnũ Pomona vehit. bona numina regnãt:
Iam vice mutata gratos cillenius ignes
Circuit. & niueo potitur Venus aurea tauro.
Hinc noua prorumpunt in lętos gaudia riſus.
Hinc noua proſperitas viridi promittitur ęuo:
Et phœbo ſtudijſq; fauor. pernaſſia laurus
Frondeat. aonię reparẽt ſua barbita nymphę:

Et concinnatis feriant noua carmina neruis.
Gratia purpurei redit & clementia veris.
Aeſtati miſcetur hyems. cum frigore flamma
Bella gerit: pugnant ſiccis humentia. ſurgit
Litibus ex iſtis ex hoc certamine tanto
Temperies vernæ faciens exordia proli.
Et mundana nouis fauet indulgentia rebus:
Phœb⁹ adeſt. phœboq; comes lucina reuerſo
Littore ad ęthiopū pluuioq; receſſit ab auſtro.
Seculaq; ad teneros vehit incunabula partus.
Hanc requiē terris deus hęc dedit ocia quondā
Prima recēs quādo ſumpſit primordia mūdus.
Nec poterat frigus nec iniquum ferre calorē.
Hoſpes erat phryxi tirā. ſoror hoſpita cancri.
Iam tyrij bouis ora calent: hyadeſq; recedūt:
Et videt ardentem veſper ſe attollere libram.
Fœcundam ruit in venerē gen⁹ oē animantū.
Et pecus in pratis laſciuit: in æquore phocę
Percutit ante diem cœlo gauiſa tepenti
Inſomnē philomena lyrā: dum ſcandit ab ortu
Vrna vomens vndam: noctiſq; ſilentia rūpit:
Dum vaga parrhaſio voluūtur ſidera plauſtro.
Per iuga ſylueſtres nemoroſaq; cōpita nymphę
Exercere choros properant: leuibuſq; choreis



Ingeminant agiles ſaltus: & carmine lęto
Omne ſonat nem⁹/alterno pede gramina ſignāt.
Ridet ager: viret omne ſolū: per odora Napeę
Prata/& hamadryades nemora īter frōdea ludūt.
Læta ſeges vincit ſulcos. in vertice culmi
Cortice ſub molli tenues generantur ariſtæ.
Triptolemi procedit opus. lætatur oſyris
Vomer: & exultant trito dentalia dorſo.
Extendi maiora ſinu monet horrea lato,
Diuitias auido tellus paritura colono.
Floribus aſpirant zephyri: virideq; per herbā
Se inſinuāt: tepidoq; mouēt noua gramina flatu
Palmite de longo lachrymis ſtillantib⁹ imber
Liquitur: & guttæ vitreū glomerantur in orbē.
Clarior & ſolito longe clementior aer
Talia prædicit noſtris reditura diebus
Qualia ſaturnum viderunt ſæcula regem.
Hic bon⁹ atq; ferax noua gaudia nūciat ann⁹.
Et natura noui lætatur conſulis ortu:
Sub quo nullus erit ſceleri locus: alta per omnē
Pax populū noua depulſis fert gaudia curis.
Vrbs ouat. exurgens dulci concordia vultu
Sancta virum placido cōiungit pectora nexu
Qualis agenorides lycia rhadamant⁹ in ora

Qualis oliuiferæ fuit in regione Mineruæ
Aequa Solon qui iura tulit. lacedęmone quales
Legum lator erat: virides qui pręcipit annos
Ruri agere: vt bellum diſcat tolerare iuuentus:
Et robur firmare operis. tibi Felſina talis
Sampetrus Lodouicus erit: qui pręditus omni
Dote animi patrum numerū ſanctiq; ſenatus
Intrat: & antiquo patris ſuccedit honori.
Namq; pij quondam mors accelerata parētis
Dum puer eſſet adhuc tantiſq; laborib⁹ impar:
Cauſa magiſtratus fuit importuna relicti.
Iſta poteſtatis moles altiſſima tantæ
Non niſi maturis concedi debuit annis:
Et bene de patria meritis. Iam grandior æuo
Iam rerum aſſiduo multarum exercitus vſu/
Iam ſtudijs legū inſignis: iam clarus equeſtri
Militia decus hoc poſt interualla recepit
Debita præcipiti nollens aſcendere ſaltu.
Si curanda ſalus populi: ſi commoda debent
Publica ſeruari: debet cordata ſenectus
Non ardens animis atq; inconſulta iuuentus:
Talibus addici officijs. hoc munere fungi.
Bella gerant iuuenes: vrbana negocia patres.
Cum nautis longa remorum brachia mole



Feſſa labāt: & mēbra fluens rigat hiſpida ſudor:
Si ſubito affuerit: leniq; fauonius aura
Lapſus ab oceano qua ſidera ſuſtinet atlas
Ingrueret puppi: flatu qui vela ſecundo
Curuet: & attritis vſu ferat ocia remis:
Conſurget plębs omnis ouās: tractuq; rudentū
Pandet: & erecto ſuſpendet carbaſa malo.
Atq; operis palmā zephyris dabit. ęquora ſulcās
Ibit: & obiectos ſcindet ratis obuia fluctus.
Prouidus in ſumma temonē puppe magiſter
Solus agit: veliq; ſinus accommodat auris.
Cætera præteritos cantu ſolata labores
Turba refert zephyris grates: pęanaq; cantat
Te neptune vocans: te proteu: te melicerta
Quale feret nautis auræ fauor iſta leuamen
Tale nouus præſtare parat tibi Felſina conſul:
Quę gemis ingenti grauium ſub faſce laborū.
Hactenus. Antiquā in requiē priſcūq; decorē
Transferet: & viridi cinget tua tēpora ferto.
Ac iuuenile decus reddet tibi. ſorde iacētē
Tollet & expulſis iterū renouabere canis.
Quicquid ab amne mali ſtygio fera miſit erinys
Quicquid ab infeſto cadit ęthere/quicqd iniq̄
Cogitat humanas leges & numina contra

Impia mens hominũ patriæ non ęqua ſaluti
Vertet in aduerſos hoſtes gẽtẽq; nefandam.
Tu duce tuta pio. ſub quo diſcriminis expers
Iamdudũ vicio cõtra nitente ruinam
Paſſa grauem virtus ſeſe vſq; ad ſidera tollet.
Mirabar quidnam inſolitis ſpẽdoribus ęther:
Quid phœbus tã claro oriens protenderet orbe
Nam nõdum illius rutilans aurora diei
Occiderat/quando p roſida gramina ſolus
Errabam ſtellis iã decedentibus/euro
Per virides ludente agros:rorẽq; ferente.
Et vidi radios altis in turribus vrbis
Atq; procul ſolem ſummis in collibus ortũ
Ante diem cœlo nigram depellere noctẽ.
Ipſa etiam nox illa ſuis effulſerat aſtris
Clarior/ornatu cupiens oſtẽdere toto
Lætitiã. maiori etiam latonia vultu
Iuit:& in terras preſſo vicinior orbe
Signa dedit cœlũ manifeſta:& numia & aſtra
Maxima flaminę cecinerunt gaudia genti.
Felſinii proceres claris gens inclyta rebus
Quos facit audentes/& idonea pectora marti
Atq; animo fortes nemeæi bellua ſaltus:
Vos cœli gaudere monent. hortator olymp⁹



Luce ſua mœſtos animis arcere dolores
Et celebrare noui felicẽ conſulis ortũ.
Iura. fori lites clamoſaq; iurgia ceſſent
Ceſſet opus:ceſſent operę cõuiuia menſę
Lauta ferant nitidæ. nigris cũ veſtibus atrę
Diffugiant curæ. bona fert bonus oĩa priceps.
Sumite lutheolas veſtes. ſplendete rubenti
Murice. cæſaries mento cadat. ore nitenti
Tẽpla viri turmatim adeãt pleno organa cãtu
Inter ſacra ſonẽt. bona fert bon⁹ oĩa princeps.
Ite nurus. ite infantes ſimul ite puellæ:
Cõmuni lux iſta bono ſacrata relinquit
Triſte nihil:luxit niueo ſignanda lapillo
Et faſtis addenda dies:celebranda quotãnis
A populo & patribus ſolenni in ſęcula ritu.
Virtuti modo nupſit honor ſtat pronuba circũ
Nobilitas. cõmunis amor paranymph⁹ & auſpex
Picta tegant aulęa domos. ſubcingite poſtes
Frondibus. & muros hilares ornate miniſtri.
Huc hederę lauriq; volent. date florea ſerta
Qua patet ingreſſus:qua portic⁹ atria duplex
Cingit: odor fluat aſſyrius. p cõpita paſſim
Spargite:perq; vias cumulos flauentis arenę.
Circulus ante fores foliis cõtextus & auro

Pendeat .in medio rutilantis lamia ferrę:
Dędalei ſignũ ingenii felicibꝰ ortu
Auſpiciis canis Europa cuſtodia ſerram
Seruet:& his ſignis geminas ſupaddite claues
Iſta magiſtratus domus eſt & cõſule digna:
Quam noua nõ ſolum virtus ſed auita ſupbis
Laudibus illuſtrẽ facit:& monumenta ſupſunt
Nobilitas vbi ſe noſtro vetus explicat æuo.
Adde clientelas & tecta:& prędia nullis
Parta inopum ſpoliis neq; turpibꝰ aucta rapinis
Diſcite .qui vultis decus hoc inſigne ſenatus/
Viuere primates decet obſeruantia legum.
Nil domus hęc prędæ nihil auſa tyrannidis vnq̃
Nec trans iura manus aut plębiſcita tetẽdit
Talis apud priſcos gens ęmiliana quirites;
Portia:talis erat.talis domꝰ appia/tale
Fabricii curiiq; genus.domus iſta miuerug
Et martis ſtudioſa bonis caput artibꝰ alte
Extulit:& patriam ſemp meditata ſalutẽ
Florida pace domi fuit:& foris inclyta bello.
Myrtilus ad pelopis currus:& Achillis ad axes
Mittitur automedon.gaudẽt iuga.lora tenẽtur
Solerti correpta manu.quadriga magiſtri
Sentit onus,meliorq; rotę regit orbita curſũ.



Tiphys habet clauũ.reſidens palinurus in alta
Puppe regit.totas ſecura Bononia noctes
Iam dormire potes.bona fert bonꝰ oĩa conſul.
Ite ſacerdotes.cumulate altaria donis
Ferte preces,ne mors rapiat:ne liuida lædat
Lingua virum.Videat canos/ſeramq; nepotũ
Progeniem.videat ciues in pace quietos
Perpetua:ſuperi faueant:fataliaq; aſtra.
Et longæua ferat viuacem gloria famam.

FINIS.

Bap.Martuani in Andręã mãtiniã pictorẽ.

SIcut agenorei ſurgũt vbi cornua tauri
Pręcipiti iã vere/ſolũ pubeſcit/& arua
Luxuriãt:ridẽtq; noui p gramia flores:
Sic ſtudijs hęc noſtra viget florentibus ętas
Ingenijſq; bonas torpore vetantibus artes.
Sed tuus in primis vt pleno cynthia cornu
Andrea ſplendeſcit honor. Tu cætera vincis
Sidera luce tua. Tantum illuſtrata labore
Eſt pictura tuo:quantum Romana poeſis
Virgilio:& graiæ Smyrnæo carmine muſæ.
Dędala monſtrauit tibi ſe natura:modumq;
Quo res ipſa facit. Tu viua coloribus ora
Fingis:& vmbrati fallunt mortalia vultus

Lumina. poſſe loqui credas animata putantur
Membra tepēs ſanguis venas & ſpiritꝰ implet:
Nec tabulis hęrere pedes: ſed vera videntur
Figere: & alterno veſtigia linquere greſſu.
Frons oculi viuos edunt & brachia geſtus
Sic varios animi motus oſtendit imago:
Sic leuis affectus manus eſt imita latentes
Et verum mentita decus. ſimulata verentur
Ora humana feræ. volucres ad inania tecta
Vt venere: nihil poſſint vbi ſidere nactæ,
Præcipiti fraudem properant euadere lapſu.
Pictus aper ſetis horreus & lumine toruo
Dentibus in falcem ductis armatus & ira
Allatrare canes iuuenumq; audacia corda
Aſpectu frigere facit. fugere columbæ
Exanimes aquilam: pueri timuere colubrum
Ars tua tanta poteſt. tantas induſtria vires
Obtinet: vt viuis æquare carentia vita
Poſſit: & humanos etiam deludere ſenſus.
O vetus O felix laudati temporis ætas
Deſine te iactare. ſuos extollere ludos
Græcia iam ceſſet certamina ponat olympus.
Poſteritas iam vincit auos. melioribus aſtris
Vtimur optati labuntur ab æthere fluxus.



Quid gnidiæ veneris: quid te ſuſpēdit apellis
Gratia? protogenis tabulas & zeuſidis vuas
Parrhaſij q̄d cernis aues. Quid ſigna myronis
Lyſippiq; vides? Quid te ſpirantia tardant
Marmora praxitelis: ſtatuæq; euphranoris? oē
Phidiacum ſuperatur ebur. Polycletica virtus
Sordet: & Andrææ perdit collata decorem.
Tu decus Italiæ. noſtri tu gloria ſæcli.
Tu patrui immortalis honos. cōcedere laudē
Patria poſt Liuiū debet tibi grata ſecundam.
Ingenio lætata tuo tibi ſemper apertas
Oſtendit pictura fores. tibi porrigit omnes
Diuitias: penoriſq; ſui penetralia pandit.
Ergo ſuum recte voluit te Mantua ciuem.
Largaq; magnanimꝰ ſtatuit tibi p̄mia princeps.
Nec dolet antenor te regna Bianoris olim
Præpoſuiſſe ſuis: quando grauiore ſenecta
Mantua & antiquæ præcellit origine gentis.
Artis apex vbi conſiſtis vetat altius ire:
Quid supereſt niſi picturis infundere vitam?
At Iouis hoc. hic ſiſte gradū. Sed in ocia ſolui
Cum nequeat virtus: manꝰ exercenda: nec artē
Iā: ſed magno operū numero ſine creſcere laudē:
Tu potes æthereo deponere numina cœlo.

Atq; animas mõſtrare oculis: mirabile: noſtris.
Quod natura nequit. Superos mortalibꝰ ergo
Senſibus exponas: nobiſq; oſtende tonantẽ:
Phidiacumq; Iouem confictaq; numina vero.
Vince deo. q̄ ſi meritis tua pręmia virtus
Non habet æqua: nihil pendas: mortalia virtꝰ
Vera ſupergrediens ſua pręmia quęrit in aſtris.
Longa igitur triplices ducãt tibi ſtamina parcę.
Neſtoreoſq; dies & Matuſalemia ſæcla
Aetherei donent animi: poſt funera cœlum.

Bap. Mãtuani theo. in Romã bellis tumultuãtẽ

ROma quid inſanis totiens. quid ſangui
ne gaudes?
Quid geris ĩbelli ſpicula tãta manu?
Quo veſana ruis? ſtudioq; armaris inani
Iam ſenio laſſas debilitante manus?
Tota tremis. gelidi velant caua tempora cani.
Et cauat effœtam ruga inhoneſta cutem.
Frons cadit in pectus. calligant lumina. vocẽ
Vix trahis: & balbo verba caduca ſono.
Dentibus excuſſis malas oſtendis inermes:
Stillat ab immundis naribus hippomanes.
Nec potes antiquos belli neſcire tumultus.
Nec ſolitam rabiem longa ſenecta domat.



Ars tua finitimis indicere gentibus arma.
Bellaq; vocali ſollicitare tuba.
Si foris arma tacent tu bella domeſtica tẽtas.
Nec feritas requiem ferre ſuperba poteſt.
Tu ſimilis tauro/ventos qui cornibus altis
Verberat: & rauca voce vomit tonitru.
Tu ſimilis colubro: quotiens grauis ira venenũ
Suſcitat/& mota lumĩa bile rubent.
Aequiparas libycũ furiis agitata leonẽ
Cum fera rugitu vox fremit æquoreo.
Nec magis amiſſis bacchatur fœtibꝰ vrſa
Aut lupus heſternam cũ premit ore famẽ.
Sic furis vt ſpumis ex ore cadentibꝰ atrox
Fulmineo quotiens dente minatur aper.
Ira ardes: ceu cũ fixam leo ſaucius haſtam
Rodit & effuſa cęde cruentat humum.
Sic fremis vt frendens cum ferrea vincula mãdit
Cerberus: & ſtygias murmure turbat aquas.
Tu fratres in bella vocas: in pignora patres:
Et ſcelus omne audes: & paris omne nephas:
Dic quotiens variis maculas dũ cædibꝰ enſes
Albula purpureis tincta cucurrit aquis
Dic quotiẽs violas dominos telluris & vndæ.
Dic quotiens gladiis regia colla petis.

Mitius eſt thracũ genus & Cyclopea proles,
Et Naſamon libyci qui tenet arua freti.
Mitior eſt ſcythicis quę poſſidet vltima cãpis
Littora cõcreto terra peruſta gelu.
Mitius eſt quodcũq; videt crudele p orbẽ
Phœbus & vndoſo doris in oceano.
Mitior eſt duri gens implacabilis orcij
Quã niger obſcuro Iuppiter igne domat.
Nũc quoq; ciuiles læuo gẽs omine pugnas.
Et ſtrepitus tota martius vrbe ſonat.
Per iuga ianiculi:per colles æra latinos
Concutit:& ſtricto fulminat enſe furor
Vociferant dirę.ſparſi pro crinibus angues
Inflant peſtifero ſibila colla ſono.
Hinc litui clangũt/hinc triſti cõcita plauſu
Tympana confuſum vulgus ad arma vocãt.
Hinc galeæ rutilant:& ahenea pectora fulgent.
Et rigido durũ cingitur enſe latus.
Hinc gerit hirſutis eques inſpicata pharetris
Spicula crudeli proiicienda manu.
Hinnit equus pictoq; ferox ſub tergore frõtẽ
Eleuat:& ſonitu quadrupedante volat
Mole ſub armorũ crepitans ferus armiger hoſtẽ
Prouocat.& longã ſuſtinet ęre ſudem.


Suſtinet ære ſudẽ.pronoq; in vulnera ferro
Sanguineam portat trabs abiegna necẽ.
Hinc niger efflato reſonat pilularius igne.
Et iacit ingenti plũbea ſaxa tono.
Hinc pedes haſtatis longo venit ordine dextris
Tectaq; ficulno læua ſub orbe latet.
Verrit humũ gladius.lucent fulgẽte metallo
pectora ſunt capiti cõcauus arma chalybs.
Hinc reſonãt magno clamore erymãthida matrẽ
Lucida inocciduí quę tenet aſtra poli.
Herculeas alii clamãt pleno ore colũnas.
Diuidit hęc duplex teſſera Romulidas.
Saxea ſulfureis pila pulſa furoribus arces
Concutit.& celſas deſtruit igne domos.
In tua conuerſo graſſaris viſcera ferro.
Atq; tuũ proprio conficis enſe caput.
Templa gemũt:arę lachrymãt:ſuſpiria tybris
Ducit:& exhauſto languidus amne dolet.
Fas & iura negas.hoĩes & numina fallis
Nec Iouis imperiũ nec phlegetonta times.
Singula texentẽ conuicia deſeret ętas.
Tantũ ac tale tuę eſt improbitatis onus.
Romanis pater eſt mauors/lupa martia nutrix.
Hęc hoĩm mores ingeniumq; docent.

Viuere qui ſancte cnpitis/diſcedite: Romę
Oĩa cũ liceant: nõ licet eſſe bonũ. Τελοσ.

Panęgyris faciens lib. iij. eſt poſt alphõſũ poſita:
Sequitur itaq; Liber IIII. q hic ſit III.

Baptiſtę Mantuani Carmelitę Theologi Ad magnificũ comitem Andream Bentiuolum ſexdecimuirũ Somnium Romanum.

MAxime iuſtitię cultor: qui cla
ra parentum
Facta nouis vitę meritis & ho
noribus auges
Vos quibus eſt diuum dono
conceſſa poteſtas
Felſineæ gentis patrięq; tenetis habenas:
Ambiguos rerum caſus artemq; doloſæ
Sortis & ingeniũ fallax depręhẽdere fas eſt.
Ver nõ vna dies nõ vna reducit hirundo
Sic neq; ſolertes breuis experientia rerũ
Fert animos: vigilans prudentia ſurgit ab vſu
Multiplici: ſicut de mille coloribus iris.
Hac ſine nil tentare boni nihil vtile rector
Conſultare poteſt. ęquas prudentia leges
Et placidę pacis mores cõponit: & omnem
Militiæ martiſq; viam: parit ipſa triumphos.



Ipſa giganteas vires proſtrauit: & altum
Demolita caput ſolymo Dauida iacentem
Suſtulit imperio: & regni decorauit honore.
Propterea a magno tantis Agamẽnone curis
Neſtor ab Adraſto vates quem prodidit vxor
Quæritur: in phrygios aſtu cordatus olyſſes
Plus potuit q̃ marte ferox & viribus Aiax.
Euentus igitur rerum cauſaſq; tueri
Atq; vices varias & cœca pericula ſancti
Eſt rectoris opus: quo ſe patriamq; ſalutem
Seruet: & ad fragilem veniat cũ laude ſenectã.
Id meditans extrema ducẽ quę fata Robertũ
Oppreſſere canam: trepidæq; horrentia noctis
Somnia lugubrem quæ prędixere tumultum.
Taliter humanas deus ad cœleſtia mentes
Contemplanda vocat: terramq; infeſtat vt altũ
Aethera quæramus: ratione carentia prono
Quæ vultu paſcuntur humum mortalia ſupra
Nil ſperare licet: nobis domus vltima cœlum.
Nec minus eſt demens rerũ qui in vortice tãto
Vult requiẽ: q̃ qui in medio putat ęquore portũ.

Sed iã mœſta grauẽ referãt inſõnia caſũ.
Signa molorchei fugiẽs accenſa leonis
Sub qb⁹ occurſũ triuię idignat⁹ & ũbrã

Palluerat Titan curru pulſabat anhelo
Virginis icariæ limen: verſiſq; redibat
Pronus in autumnũ radijs: cum triſtia langor
Neſcio quis mihi corda premẽs & lumina toruis
Nubibus inuoluens frontẽ contraxit opacã.
Mœſtus & ignorans cauſam mœroris inertẽ
Conabar reuocare iocis in gaudia ſenſum
Nulla erat ignoto præſens medicina dolori.
Multa dies & multa dabant ſuſpiria noctes.
Quottidie abſumptis creſcebat viribus ardor
Cordis: & obſcuro multum pallore iacentem
Polluerat vapor egrediens acherõtis ab vnda.
Lux ierat: nigriſq; aderat nox humida pennis.
Membra toro poſui: curas vt ſomnus inanes
Pelleret: & mentem requies compeſceret ęgrã:
Turbida imaginibus ſurgunt inſomnia diris:
Concutiturq; graui gelidũ formidine pectus.
Territus exilio: noctemq; vmbramq; ſilentẽ
Horreſco aſpiciens reſeranſq; cubicula ſolus
Egredior: memoriq; putans crudelia mente
Somnia ſuſpicio cœlum flammaſq; micantes:
Atq; malũ noſtros verti precor omen in hoſtes.
Pallidus obſcuro ſurgebat Iuppiter ore:
Mœſtaq; nec ſolitũ referens aurora decorem



Per nimboſa ægram fundebat nubila lucem.
Horrendumq; ſonãs dextra cũ fulgure fulmẽ
Intonuit ſubito: tempeſtatemq; fragoſam
Turbidus hyberno boreas voluebat ab axe.
Tunc audire virum voces lituoſq; tubaſq;
Armaq; & hinnitus acres ſum viſus equorum:
Et graue frigenti murmur veniebat ab arcto.
Attonitus quid tanta ferãt portẽta per auras
Dum reputo: curis iterum lentoq; ſopore
Opprimor: & tepido cogor dare mẽbra cubili:
Procubui languens: & mox vt lumina texit
Matutina quies: vmbras incedere triſtes
Aſpicio: & quendam canis altoq; verendum
Ore ſenem ſeſe lateri coniungere noſtro.
Ardua frons ſed triſtis erat. miſerandaq; mẽto
Canicies. atro conſperſi puluere crines.
Criſpatæq; genæ & viſu caua lumina toruo:
Qualia cum multas inter ſuſpiria noctes
Egerit atq; diu ſomni contabuit expers
Aeger habet. gelidæ nares: exanguia labra.
Et facies ſqualore iacens: confectaq; turpi
Ora ſitu: quales longi poſt carceris vmbram
Eſſe ſolent bello capti: vel triſtia quales
Cum gemitu veniunt natorũ ad buſta parẽtes.

Ferreus ambibat lumbos atq; ardua thorax
Pectora. delapſo cingebat eburnea ferro
Armatum vagina latus. ſignata cruentis
Ora notis: ambęq; manus: & pectus anhelum
Talis erat: qualem Aeneæ ſe maximus Hector
Obtulit in ſomnis: patrios cũ flamma penates
Iam raperet: captamq; dolis iã cerneret vrbẽ.
Effigies herois erat: qui fortibus armis
Inter mille viros pugnans poſt plurima tandẽ
Funera: poſt cędes hominũ dum cedere neſcit
Dum renuit dare terga fugæ confoſſus iniquo
Sidere procubuit ſuper altę ſtragis aceruos.
Territus aſpectu primo: tandemq; reſumptis
Viribus: O tanta qui te ſub imagine dixi
Nocte refers: cœlo ne venis an miſſus ab orco?
Ille gemens triſti duxit ſuſpiria voce.
Atq; oculos miſero attollens & brachia geſtu
Ne trepida dixit chriſti mariæq; ſacerdos.
Ille ego quem tantis ornaſti laudibus olim
Mœnia dum peterem cœlo Romana ſiniſtro.
Ille ego qui viuens geſſi tot bella Robertus
Inter equos inter lituos nutritus & arma:
Stirpe ſeuerinas: crudam doctiſſimus artem
Militiæ: & caſus vadens animoſus in omnes.



Huc mea me virtus huc me fortuna redegit.
Magnanimi poſtq̃ ducis infœlicia fata
Talibus accepi dictis: exorta repente
Corripuere animũ rapidis incendia flãmis.
Et velut ardenti glacies cũ liquit igne
In lachrymas fluxere oculi: pronũq; lacertis
Complectens heroa piis: o maxime dixi
Militiæ pater auſoniæ: quẽ bella gerentem
Barbara cõtremuit totis germania campis.
O, Veneti tutela ſoli: gentiſq; latinæ
Præſidium cõmune, malis ne regna pateret
Itala barbaricis iterũ ne Rhenus & iſter
Auſoniæ populenter opes: tua pectora vallũ
Inuictis feciſti animis. O ęterna tuorũ
Gloria, ſi mortale poteſt occũbere corpus,
Immortale manet: venturaq; ſęcula nomen
Vincet: & accipient laudes poſt funera ſemp
Incremẽta tuę. Noſtris antiqua diebus
Te duce ſurrexit virtus, o clara potentum
Sforciadũ ſoboles. auris vitalibus ergo
Nõ frueris: nec viuis adhuc? cruor iſte tuiſne
Fluxit an alterius crudeli vulnere mẽbris?
Auſane barbaricæ gẽtis manus impia tantũ?
Ille ſuum dixit finem mea fata tulerunt:

Et mens cæca prius de triſtib⁹ eruta clauſtris
Iam videt ęternã fracta caligine lucẽ.
Fata. Fata dei conſulta voco non ætheris aſtra:
Quę quis aliquas habeant in corpora vires
Cũcta tamẽ dominũ moderatorẽq; ſequũt.
Et nihil attentant ſi non videre tonantẽ
Aſſentire operi:nutuq; fauere ſecundo.
Nõ ſecus ac validis harpe cõprehenſa lacertis
Nõ alio torquet niſi quo manus egerit ictũ.
Tãta hoĩm generi impietas tã noxia mẽs eſt
Vt cœlo dent iura dei:quaſi cymba per vndas
Sponte ſua ſcopulos fugiat ſine lege magiſtri
Et quaſi per campũ voluat ſe biga patentẽ
Automedonteę gradiens ſine verbere dextrę.
Præſidet vt ſũma vigilans in puppe magiſter
Oſtenditq; viam proręſic ſolus ab alta
Sede deus tantę curſus & põdera molis
Temperat:ex primę motu vertiginis:horę:
Ex horis nox atq; dies:ex nocte dieq;
Lunigenę ſurgũt menſes:ex mẽſibus anni:
Luſtra & olympiades nemoris de noĩe dictę.
Et q̃ centuplici voluuntur ſęcula curſu:
Chiliadeſq; cadũt.quarũ iam quinta receſſit:
Sexta citis vectata rotis per inane iugales



Ad mediũ iam cogit iter:mũdiq; ſenectã
Ducit:& alterius vitę p̃nũciat ortum.
Hinc hoĩm deus ætates hinc tẽpora rerũ
Hinc ſpacia hic vitas animãtũ & fata gubernat
Ipſe meos fregit ne ſim miſer ãpli⁹ annos:
Cõmunemq; piis fecit cum manib⁹ oram:
Elyſium dixere olim:modo dicitis hortũ.
Sed vos iſta latent. At cur ſi læta recepit
Te regio dixi placidaq; in pace quieſcis
Ad quã longa piæ mittunt ſuſpiria mẽtes
Te mõ lugentẽ miſera ſub imagine mõſtras?
Vt genus oſtendã mortis reſpondit & ipſa
Vulnera q̃ accepi pugnãs in Marte ſupremo.
Sic quoq; poſt victos manes ſpoliataq; regna
Ditis ab obſcuro chriſt⁹ remeauit auerno
Nãq; cicatrices manuũ lateriſq; cruenti
Rettulit vnde fides omnis titubãtib⁹ orta eſt.
Tũ ſua mẽbratim mœſtus ſimiliſq; dolẽti
Vulnera detexit tepidũ ſudantia rorem.
Vnũ lęua manus qua flectere lora ſolebat:
Sub iugulo thorax vnũ perfoſſus:& vnũ
In ſubito martis facies acceperat ortu.
Traiectũq; latus iaculo:traiec̃ aq; terga
Sulfureę ſtridore pilę:cruriſq; ſiniſtri

Truncus iners plũbiq; genu feruore caducũ.
Sed grauius quo vocis iter p̃cluſerat haſta
Haſta venenato penetrans caua guttura ferro:
Dic age dic inquã quãdo te numina lætis
Accepere locis reducem/licet omnia fari:
Et caſus audire tuos extremaq; fata.
Quis furor armorũ:quę tanta licentia ferri:
Te rapuit? quę te curæ tenuere cadẽtem?
Cogimur o vates inquit parere:ſed vrgent
Auroram titanis equi:teq; orgia poſcũt
Sole nouo/quib⁹ applaudens lętat̃ olymp⁹.
Expediam paucis igitur. Vicina Tridẽto
Caſtra ſub alpinis rapidi trans flumis amnẽ
Verticibus qua curua ſinu cõuallis opaco
Flectitur:& paruæ ſuſpectat mœnia Petrę
Cõſtiterant:verũ obiectu q̃a montis iniquo
Vnda per anguſtas fauces & marmora labẽs/
Sępius obſtabat:nobis quoq; ſępi⁹ acto
Ponte fuit ſternenda via:& natura locorũ
Inquirenda prius:ſummiſq; adeũda periclis
Barbara gens.& caſtra ſolo metanda fideli.
Vltimus ingenti rerum diſcrimine nobis
Pons texend⁹ erat.nouus explorator ad agros
Queritur hoſtiles:noſtra ad tentoria lecti



Conuenere duces. Italę pudet edere gentis
Dedecus:ex tanto heroũ meus agmine ſolus
Lucius a patrijs laribus qui nuper inermis
Venerat eſt auſus dubios inuadere caſus.
Ipſe datos igitur comites hortatus & armis
Strenuus aſſumptis iter eſt ingreſſus:& alta
Nocte ſeneſcentis tacito ſub lumine lunę
Per latera abrupti ſcandens aſperrima montis
Præterijt poſitam ſummis in cotibus arcem:
Subiectoſq; iugo campos intrauit:& oram
Dum legit:ecce procul telis lucentibus hoſtes
Aerea de rupe volant:nox pallida crebro
Lumine ſcintillat:reſonãtq; tonitrua glandes.
Lucius immotis animis & pectore forti
Obuius it:bifidoq; petens certamine turbam
Edidit horrendam ſtragem:ripaſq; ſonantes
Fluminis & vallem herculeo iam vicerat auſu
Cum procul audimus victricem claſſica cantũ
Edere:collapſas generi victoria mentes
Extulit:extemplo iratæ vada nauibus vndę
Rupe ſub excelſa infenſiq; ante ora Biſegni
Aggredior:trabibus quernis & robore ſecto
Fit via:turmatim pedites equitumq; cateruæ
Spumantes onerãt fluctus:cymbaſq; natãtes;

Et iam tranſmiſſo campis fatalibus amne
Conſtiteram voti compos:aditucꝫ reperto
Lętior.heu quotiens ridet fortuna cauendũ eſt
Altius:ingentes voluebam pectore curas.
Iamqꝫ tridentinas arces rhenumqꝫ putabam
In venetum miſiſſe manus:Nec vota fuiſſent
Irrita:ni ſors dira meum auerſata laborem
Dum properant tranare acies:exercitus ante
Qᷓ ſimul hoſtiles totꝰ penetraſſet in oras:
Compoſitum rupiſſet iter:Diſiecta furenti
Vortice compages pontem ſubmerſit:& vndã
Conuulſas rapuit per ſaxa immania puppes.
Iamqꝫ dies phœbi radijs accenſa calebat
Ardentiqꝫ cauam conuallem accenderat ęſtu.
Hæc erat illa dies ſæui qua iuſſa tyranni
Spreuit:& appoſitum vicit Laurentius ignem.
Omine proſtratæ mentes & corda meorum
Contremuere. vident ripis & flumine caſtra
In partes diuiſa duas:via nulla relicta eſt
Subſidio:via nulla fugæ.ſic numina cœli
Sic ſuperi voluiſtis.eram de rebus agendis
Ambiguus:volui retro veſtigia ferre:
Contractiſqꝫ iterum pontem inſtaurare faſelis
Mox noua cura ſubit:locꝰ amne & montibꝰ altis



Tutus erat:ſolus gelida reſtabat ab arcto
Faucibus anguſtis aditus:quem cludere foſſa
Præcipiti inſtituo:ſubitis ne incurſibus hoſtis
Aduolet:& pauido trepidẽt ne caſtra tumultu.
Sed tentare nihil licet aduerſantibus aſtris.
Ecce procul nimbos & puluerulenta per auras
Nubila conuolui aſpicio:attonitumqꝫ reuerti
Præſidium:& ruptis incuſtodita relinqui
Clauſtra vię ordinibus:pediteſqꝫ relinquere par=
Perniciqꝫ vagos dilabi ad flumina curſu. (mas:
Quis pauor exclamo comites:quę ignauia tãtũ
Dedecus hoc infert? hodie vel vincite mecũ
Vel ſimul oppetite.& vitæ præponite laudẽ.
Non eſt mos itali vobis dare terga:ſed hoſtẽ
Quęrere:& in pugnas animis pręſtantibꝰ ire.
Hic Marius paruo fortem molimine cimbrũ
Fudit:& ingenti præda ditatus & auro
Miles ad auſonios ſcythię tulit arma penates.
State.qd ad rapidũ morituri accurritis ãnem?
Nõ eſt cũ ſuperis bellũ:mortalia contra
Pectora mortales pugnãt.hũc ſępius hoſtẽ
Vicimus:& noſtra hęc totiens hauſere cruorẽ
Spicula barbaricũ:tot millia miſimꝰ orco.
Venimꝰ ad Rheni fines:arcemqꝫ Tridenti

Cernimus.extremus labor hic in lumine ſemꝑ
Acrius eſt certamen.vbi eſt de limine pulſum
Pręſidium:trepido domus exanimata pauore
Concidit.& cohibet dextras:& porrigit arma.
Sumite tela viri:mecumq́ in bella redite.
Hic animis opus eſt:fluuiũ ſuperare vel hoſtẽ
Cogimur.hæc nobis eſt irremeabilis vnda:
Hanc aciẽ penetrare leue eſt.ego primꝰ in iſtud
Agmen eam:ſed vos animos firmate labãtes.
His excita velut cauri ſpirantibus auris
Fax accenſa micat virtus:clypeiſq́ reſumptis
Se glomerant:referũtq́ pedẽ:dant claſſica cantũ
Terribilẽ.contũq́ manus complexa trabalẽ
Tendere in occurſum totis conatibus ardet.
Iamq́ tridentinis ingens de rupibus agmen
Euomitur:totiſq́ ſonat germania campis.
Quadrupedant inſtructę acies:abſcõditur omnis
Campus vt obſcuris cœlũ:cum nubibꝰ auſter
Sibilat.inſpicant cuneos:alaſq́ bifrontes
Inſtituunt.longoq́ abeũt duo cornua tractu.
Tergora tenſa crepant:tremulis hinnitibꝰ aer
Clangit:& ignitę volitãt vt fulmina glandes.
Corda repentini terrent mortalia caſus.
Præſertim nouitate loci cum neſcia turba



Qua ſit iter neſcit:poſitis cũ ſe vndiq́ claudi
Autumat inſidiis:longo ne hortantur amici
Colloquio ſeruare animas:& parcere ferro.
Tũc ego ſeu fuerit cæci violentia fati:
Seu virtus.quid fœmineis me obtũditis inquã
Suppliciis?didici nullo trepidare tumultu
Martis & armorũ.nõ ſum fugiturus:abite:
Quos horrere facit durę pręſentia mortis.
Hic hodie mihi vincendũ vel morte cadẽdũ.
Hęc vbi dicta ferox adeo certamen.& hoſtes
Innumeros cõtra paucis comitãtibus altũ
Cornipedẽ immitto:fragiles cõcurſibꝰ haſtę
Diſſiliunt:volitantq́ leues per inania trunci.
Educti radiant tremulis ſplendoribꝰ enſes
Scintillãt galeę:crebris ſonat ictibus aura:
Vt cũ dura ſalit crepitans per culmia grãdo.
Iamq́ manus & tela rubent:celer omĩbꝰ adſũ
Dux & miles opem feſſis atq́ arma miniſtro
Huc illucq́ volans vt pignore Tigris abacto.
Et ſocios acuo verbis:ex aggere noſtri
Trans Ateſim clamore iuuant:atq́ irrita mittũt
Spicula in aduerſum non peruenientia littus:
Cunctãtes in bella voco.ſed ſegnia vindex
Corda deus noſtris fecit:gelidumq́ timorẽ

Miſit in auſonias mentes:imiſq; medullis
Torpor inhęrebat.ſoliti ſuperare fugãtur.
Italidæ:pauloq; meis qui hortatibus ante
Rettulerant greſſum a fluuio mirabile viſu
Vincere cũ poſſent animas in flumine malũt
Linquere:& ignauo pereũt in gurgite fato.
Excrucior:coquit impatiens pudor iraq; pectꝰ.
Vix potui retro paucos prece flectere longa.
Cũ quibus obiicior telis:iterũq; repello
Teutonicos:& cęde graui cõpeſcimus hoſtẽ
Deferor a ſociis iterũ.ſoluſq; reſiſto.
Vulneror:& iaculis acies me millibꝰ vrget.
Vix elapſus eram medio cũ in gurgite vidi
Difficile impelli cymbã aduerſantibus vndis.
Et me ſollicito nutu & clamore vocabat
Portitor:atq; iſtis propior iã vocibꝰ inquit:
Dux miſerande tuo nũq̃ ſine milite vinces.
Nonne vides:nõ eſt tuus hic exercitus.iſti
Auxiliis quorum fidis viliſſima vulgi
Cõgeries:nõ ſunt ſoliti tot ſpicula ferre:
Sed iactare cubos:pugnãq; laceſſere pyrgo.
Differ:& hęc animoſa tuis certamĩa teq;
Militibus ſerua:tali me nauita pacto
Sollicitat:fugiamq; grauis fata aſpera pugnę



Supplicat:At paucos comites in marte r̃liqui
Turpe ratus:ſummis iterũ me offerre periclis
Eſt animo furor & caſus tentare ſupremos.
Interea largus duplici de vulnere ſanguis
Ibat:& exhauſtæ fugiũt cũ ſanguine vires.
Barbarus ex omni noſtros ad flumina cãpo
Cõpulerat:fatũ duplex & martis & vndæ
Nos ꝑmit.o comites dixi:quo feruida virtꝰ
Quo laudũ diſceſſit amor? cur pectora tãtos
Cõcepere metus? & cur nõ vincere vultis?
Nõne hoſtes quotiens animis & fortibꝰ armis
Egimus:oppreſſi bello iacuere cruento?
Vndiq; barbarico rubet omnis funere cãpus
Noſtrorũ gladius paucos abſũpſit:in vndis
Imbelles miſere animas:germanicus audet
Cũ noſtros trepidare videt.ſi vertimꝰ ora.
Si pauci comitẽtur:agã hoc de margĩe turbã
Pręcipitẽ:dictis equites animãt:& haſtas
Corripiũt:galeiſq; volãt in p̃lia clauſis.
His adiutus equũ ſtimulis in bella ferocẽ
Sollicito:& qua denſa magis certamina feruẽt
Fulmineo curſu irrumpo.germanica cedũt
Agmina:cędũtur magnis clamoribꝰ hoſtes.
Turba ruit.creſcit ſtrages miſeranda virorũ

Nõ aliter q̄ cũ falcem ꝑ gramina curuam
Meſſor agit: poſitis truncę ceruicib⁹ herbę
Procumbunt. alii pedibus calcantur equorũ
Cornipedũ ſuper arma labãt veſtigia: p̄ceps
Fertur eques: figitq; truces in puluere conos
Sunt qui diſrupto manibus fumantia vẽtre
Inteſtina gerũt. quoſdã dũ vellere tentant
Oſſibus hęrentes haſtas nouus obruit ictus.
Impulſu plębs multa ruit: ſub mole cadẽtũ
Plurima turba perit: clauſo nec anhelat hiatu.
Puluerei lucem inuoluũt & lumĩa nimbi.
Attonitę clamore aures: madet om̃e cruenta
Cęde ſolũ: maculatq; fluens cruor arma manuſq;
Arma armis colliſa crepant: pellũtq; trahũtq;
Tela viri ſæuit Mauors: & plurima mittit
Ad miſeras lamenta nurus: & nũcia triſtes
Euerſura domos/deſolatura parentes.
Ardet vt ingrediens tonſos vulcan⁹ in agros
Cũ ſtipulas vorat arentes: boreæq; iuuatur
Flatibus: & prono cũ ſe vaga vertice flãma
Porrigit: & multo depaſcitur arua fragore.
Armigerũ procul aſpicio cui marte furenti
Sanguineo validaq; manu dura arma mouẽti
Barbara cornipedem chalabrũ ꝑfoderat haſta



Ipſe ibat pedes ære grauis: feror ocyor aura:
Compelloq; virum: & iubeo veſtigia ſiſtat
Dũ loquor: hoſtis adeſt & equo cõtorquet ab alto
Telũ in me frendens: meq; in certamina poſcit.
Congredior: capuloq; tenus clamantis in ora
Enſem adigo: vitãq; vomẽs cũ ſanguine corp⁹
Pulſa humũ: morienſq; cauo ſingultit hiatu.
Quadrupedẽ morſu rodentem frena ſuperbo
Atq; indignantem domino parere latino
Magnanimo comiti trado: atq; inſuper addo.
Chare comes variis mecum iactate periclis
Tempus adeſt fatale mihi: mea funera cerno.
Nec mea differri poſſunt iam fata: dehiſcit
Iam latus: & ſęuum ſtrinxit pręcordia vulnus.
Sed neq; me mors iſta grauat: ſat vixim⁹: ętas
Noſtra quaterdecimi tranſit confinia luſtri.
Si miſeræ paucos vitæ deus adderet annos:
Non tamẽ auferret mortẽ. necis omnibus ęqua
Conditio: & capulo ſemper vicina ſenectus.
Adde ꝙ hic claro caſus duce dignus: & inter
Tela viro forti vitam deponere pulchrũ eſt.
Nec cædes me tanta iuuat: nec more ferarum
Rimari cupio crudeli viſcera dextra.
Pellere vim vi iura ſinũt. & vulnere vulnus.

Ipſe deus qui lora tenet vitæq; neciſq;
Viderit an melius caput hoc ſeruare vel hoſtē:
Sed te per ſuperos oro:longæuaq; noſtri
Iura ſodalicij noſtras ex hoſtibus iſtis
Relliquias auferre ſtude:patrioq; reconde
Me tumulo. his dictis iterū pugnare paramus.
Ecce comes quondā meus & nutritus in armis
Mecum ſforciacis conto traiectus acerno
Protrahitur fugiente anima vultuq; ſupino
Sanguineū verſo ducens in puluere ſulcum
Lora traho:& triſtem caſum miſeratus amici
Alloquor exanimē. Felix cui numina tantum
Pręſtiterint:vt poſt validę facta inclyta dextrę
Finiat illuſtrem cita mors & ſplendida vitam.
Fata ferant mihi munus idē:muliebria plumę
Membra decent:acres animi durataq; bello
Corpora non optant niſi factā vulnere mortē.
Chare vale comes:ante diem ꝗ ſidera claudāt
Suſpicor elyſio tecum me in limine cernes
Sic effatus agor pernici in prælia curſu.
Edimus immenſam ſtragē:nec ferrea nobis
Tegmina:nō denſæ poſſunt obſtare cohortes.
Et iam terga dabāt hoſtes:gens barbara toto
Ceſſerat ex vallis circo:cum ferrea leuam



Glans ignita manum ferijt:mox altera tergū
Perculit elapſis ſonipes iam liber habenis
Ibat:& obſcura ſenſim mihi lumina nocte
Mors vmbrabat:equus ſpumās ęſtu atq; labore
Vict⁹ vbi proſpexit aquas ſe miſit in amnē
Nec rectoris habens legē procumbit in vndis.
Et me ſemianimem ſternit:ſepelitq; ſub alto
Gurgite. poſt multos vitæ mortalis honores
Sic poſui afflictos vi ferri & fluminis artus.
Mors tandem totiens aliis illata recepit
Me quoq;:& accepta ceſſauit anhelitus vnda.
Altera lux aderat:cū plębs germanica lugēs
Affuit:vt vita functos transferret in vrbem:
Me quoq; dū prædę cupidi ſcrutantur arenas
Et torrentis aquas:vnco rapuere tridente.
Agnouere ducem:& ſpolijs lætatus opimis
Barbarus elatum tulit in ſua mœnia corpus.
In riſus abeunt gemitus:in gaudia tranſit
Luctus:& inſigni feror ad ſacrata triumpho
Limina ſublimis vigili:condorq; ſepulchro.
Exitus hic vitæ. fuerit quæ cura cadenti
Quando audire libet:nec me laudare pigebit
Prima fuit mihi cura deus. manibuſq; videbar
Ante coronatum ſpinis & ſanguine regem

Supplicibus veniam & ſedes orare quietas
Miratuſq; mihi nullos in morte dolores
Nulla dari tormenta manus ad pectora iunxi.
Tum mihi natorum fuit & conſortis imago
Ante oculos: patriq; omnis aſtare putabam:
Et generũ qui nocte omnẽ explorauerat oram
Strenuus: & nulli bellorum laude ſecundus.
Bentiuoloſq; duos: vnũ cui felſina primum
Pro meritis patrũ atq; ſuis concedit honorem:
Cuius amor q̃ q̃ ſolitum quandoq; nitorem
Perdere ſit viſus: tamen alto pectore nunq̃
Fluxit. & Andream: cuius ſi munere virtus
Sit donanda pari: tellus non ſufficit omnis.
Tanta fides talis: pietas mortalia tranſit
Præmia: & ætherei partem ſibi poſcit olympi.
Attonitus fixis oculis preſſaq; manebat
Voce Refrigerius: nec diſſimulare dolorem
Iam poterat. vidi lachrymas: ſuſpiria vidi
Et dolui tantos hominem amiſiſſe labores.
Hos inter moriens natis dare pauca videbar
Languenti mandata ſono poſtremaq; verba.
Sic memorans. mea progenies fortiſſima bello
Pectora: qui prius eſt vſus vitalibus auris
In fatum prius ire decet: qua viximus ęquũ eſt



Ante mori. vobis famã nomẽq; relinquo
Perpetuum. mea dent vobis veſtigia legẽ
Viuendiq; modũ. poterã diſcedere ab armis
Tutus: & auecta fluuiũ trãſmittere cymba.
At ſeruanda fides vetuit producere vitam.
Tanta fuit ſemper veneti mihi cura ſenatus
Tãtus amor. ſemp melior mihi ſanguie virt⁹
Viſa. nec adria cũ potui niſi morte leonem
Linquere: nec moriens linquo. poſt ipſa iuuabo
Funera: ni vires animo ſenſumq; negabũt
Numina. vos illi ſi quid ſuprema parentis
Iuſſa valent: ſi quid pietas: ſuccurrite totis
Corporis atq; animi neruis: & barbara veſtrũ
Robur ab auſoniis auertat finibus arma.
Viuite concordes. fraterni nominis auctor
Explicuit quanto cõnecti fœdere debent
Quos natura pares e ſanguine fecit eodem.
Militat in bellis amor: eſt in pace voluptas:
Arma dabit pietas & inexpugnabile vallũ
Rebus in aduerſis erit & mihi grata ſepulto.
At tu chare puer graii cui nomina regis
Indole qui tanta fortes aſcendis in annos:
Germanas matremq; pia cõplectere cura.
Viuite felices. æterno lumina ſomno

Iam mea caligāt:mors occupat ora valete.
Sic fabar moriens.circūſtantiqꝫ coronę.
Sū viſus prębere manū:lachrymoſaqꝫ natis
Oſcula & vxori chariſqꝫ relinquere amicis.
Mox animus tanq̄ cæco de carcere liber
Strenuus emicuit.patuere latentia mūdi
Fœdera.cœleſtes licuit cognoſcere cauſas:
Naturęqꝫ vias æternaqꝫ ſemina rerum.
Tūc varias riſi ambages manuūqꝫ laborē
Scrutari ſuperos,cœliqꝫ arcana volentū:
Tūc ego neſcio qua ſubito vi tract⁹ in altū
Efferor:& tranās auras & nubila cœlo
Iam vicinus erā:cū me Catharina beato
Diuū cincta choro ſuperas auexit ad arces.
Lętus & a curis liber mortalib⁹ ibam
Mobilior plumis celeri velocior euro.
Ipſa quoqꝫ oſtendēs hilari noua gaudia frōte
Sic ait.ille tuus qui ſic accenſa momordit
Corda dolor:grauis illa tuę quęrimonia mētis
Diluit om̄e nefas animi:rubigine terſa
Te ſtygiis exemit aquis:acherontia clauſit
Stagna tibi.tria pandebat iā Cerberus ora:
Iamqꝫ aderant miſſi lemures a limine Ditis
Qui te p̄cipiti raperent in tartara curſu.



Anguis vt ętatis vitiū deponit & annos
Anguſtū per iter gradiens ꝑqꝫ aſpera ſaxa:
Vt panchea ſenex patiens incendia phœnix
Ignis odorato renouat ſua tēpora ſacro/
Sic pietas ardens animæqꝫ gemētis anhelū
Pondus ab infecti ſceleris caligine luſtrat:
Nulla magis tollūt cōcretam februa ſordē:
Nulla animi peſtem medicina potēti⁹ aufert.
Hic nobis viden hos cœlos qui ſingula voluūt
Sidera & octauū lucere tot ignibus orbem?
Perſpicuūqꝫ gelu mūdiqꝫ immobile culmē?
Hic nobis æterna quies cōceſſa tonātis
Arbitrio.nobis toto licet ocia cœlo
Ducere:ſed claro martis tibi tecta ſub orbe
Dat pater.inferius quorſum libet ire licebit:
Altius ire nephas.tua ſit cū marte poteſtas.
Sic ait:& nitidis pulchrū caput abdidit aſtris.
Eſt igitur cū marte mihi dom⁹ ampla:dieſqꝫ
Perpetuus ſecura quies:ęterna voluptas.
Hic habitāt animæ illuſtres:quę fata ꝓfanis
Accipiūt bellis:ſi ſit miſeratus ab alto
Orbe deus.Chriſti pro relligione cadētes
Alti⁹ admiſſæ per ſumma cacumīa mundi
Tecta tenēt:& cuiqꝫ ſua eſt ſatis āpla voluptas

Oīa ſpiritibus cœleſtia corpora ſanctis
Plena. dei cœlū dom⁹ eſt immenſa: puderet
Amplius hos habitare locos: felicia ſemp
Vulnera q̄ tantis animum ſoluere tenebris.
Talibus orandi finem iam fecerat heros:
Atq; nouā triſti ſpoliatus imagine formā
Sumpſerat: & clarus gēmis radiabat & oſtro:
Qualis erat feſtis gradiens ad templa dieb⁹
Splēdidus & multo Salomō ſpectabilis auro.
Tūc ego qui fueram caſu triſtatus acerbo:
Iam poſitis animi curis tua funera dixi
Non igitur ſunt flenda: quib⁹ de carcere lōgo
Solueris: atq; graues claudis tā fortiter annos.
Vita fuit virtutis opus: mors gloria: cœlū
Parte tui meliore tenes. olimq; reſument
Corpora vitales fatis melioribus auræ:
Cū ſuprema dies aderit. tua poſſidet orbem
Inclyta fama: manet pro te tua clara propago.
Non paridis iaculo: nec ab vno victus Achille.
Nec lapithas inter pateris & olentib⁹ vrnis
Occidis: aut diro ſicut Tirinthius igne.
Non te fœmineo montana betulia ſexu
Nō te maſſagetū thomyris regina fefellit.
Nō auus argiuo fregit tibi tempora ſaxo.



Nec qua morte ferunt perſam cecidiſſe Dariū
Dextera ſeruili fodit tua pectora ferro.
Non in pace ſedens armis & fraude tuorum
Captus obis: quali maculauit cæde ſenatum
Impius in patriam Cęſar: non tincta veneno
Pocula mortifero ſumis: quo ſæua tulerunt
Pœnum fata ducem. nec te tua viſcera telo
Ipſa tuo lanias: quę ſors miſeranda Catonem
Implicuit: q̄ eum lucis vitæq; puderet.
Nec pauido xerxi ſimilis cum milite multo
Funderis a paucis/nec iners aut ocia ducens
Ruſtica ceu libyæ domitor: Si fortibus armis
Si ſuperas animis & vitæ laudibus iſtos
Dicam alias: mortis certe tibi gloria maior.
Nam velut excelſas altis in cotibus arces
Non niſi vi multa & longo molimine duri
Deijciunt hoſtes: ſic te non miſit ad vmbras
Vna manus nō vna phalanx: exercitus omnis
In tua fata coit: peteriſq; a millibus vnus.
Sed neq; te imbelles indi molles ve ſabæi
Pigmei ve breues rapiūt. verum accola rheni
Gens durata gelu: genus inſuperabile ferro
Quod totiēs Romā tum cū ditione premebat
Europę libyęq; vrbes: Aſiamq; minorem

Terruit. hi ſuperant parthos: thracũq; furores:
Quos martẽ genuiſſe ferũt. hi ſpicula torquẽt
Panteſilææa non inferiora ſecuri.
Etiam certa dies tenebras altumq; ſoporem
Ruperat: euigilans verba imperfecta reliqui.
Viſaq; per ſomnũ tacita mecum omnia mente
Suſpectoq; metu voluens ſint ſomnia dixi
Vana precor: ſomnũq; ferant & ſomnia venti.
Nec dum finieram cum triſtis epiſtola nobis
Nunciat infelix & lamentabile fatum
Principis. o nimium dixi veracia ſi quid
Somnia triſte ferũt: vana & mendacia/quãdo
Gaudia ſignificant rebus inimica ſecundis:
Scilicet iſtud erat ꝙ mens præſaga malorũ
Senſerat: & cæco gemitũ dabat ægra dolore:
Mœrebatq; tacens: & triſti pallida nocte:
Vt ſolet hybernus piceis ſub nubibus aer.
Tantane tam ſubito virtus occumbere fato
Tantus honor potuit? Tanta expectatio rerũ
Occidit in medio tanti molimine belli:
O ſuperũ metuenda manus. ſententia ſemper
Aequa: ſed humanę nunꝗ̃ pręcognita menti.
Spes hominũ fragilis fortunaq; lubrica vanũ
Conſilium. ſenſus hebetes. prudentia cæca



Quot capitur deluſa modis? cum lęta ſecundat
Proſperitas ſeruare modũ: frenare volantes
Neſcit mens humana rotas: ardentia flagrant
Vota: calet pectus: gliſcit ſine fine libido.
Addit ſe comitem votis audacia mendax?
Fertq; per abruptos ſilices: hebetantq; ſequentẽ
Lumina ne caſum metuant: vbi duxit in altũ:
Pręcipitat. gaudetq; rudi noua murmura vulgo
Ingerere: & ſubitis orbem terrere ruinis.
Proptcrea quicunq; loco ſublatus ad auras
Conſtitit illuſtri ſummã non appetat arcem/
Ne peſſum deiectus eat. Voluere gigantes
Turribus aereis cœlos æquare deumq;
Trudere de regno: & rerum ditione potiri
Sed pater indignãs animis op⁹ impulit audax
In latus: & gentẽ merſit ſub mole ſuperbam.
Dędaleos contra monitus puer Icarus auras
Dum ſecat: & leuibus dũ tendit in aera pennis:
Non tulit hoc titan: cæras ardore liquentes
Soluit: & amiſſis perijt labor irritus alis.
Amphitrioniadæ telis pæantius hæros
Figitur: & ſpernens habilem geſtare pharetrã
Sumpſit ab herculeis vulnus læthale ſagittis
Occidit infelix Phaeton dum lora gubernat

Mortali diuina manu. vidiſſe paternum
Limen: & illuſtrē phœbi tetigiſſe quadrigam
Debuit eſſe ſatis. niſi mens illecta fuiſſet
Auricomi ſplendore patris. curruq; nitenti:
Tutus erat: finem votis audacibus ergo
Ponite rectores orbis. quæ ſemper in altum
Euolat & nuſq̄ veſtigia figit harundo:
Quo magis ingreditur nubes & ſidera: tanto
Ocyus in terras caput eſt verſura caducum.
Mitius ægrotant ſi quos temeraria pellit
Ex humili fortuna loco: quos trudit ab alto
Quando nulla quies alia conceditur arte:
Triſtitiam celeri cupiunt abrumpere fato.
Sed quid flere iuuat mortes: alienaq; fata?
Nos omnis domus illa manet. dilabitur ætas
Dū loquor: & celeres torquēt ſua ſtamina parcę.
Quod ſupeſt: gelido dam⁹ inſcribēda ſepulchro
Verba renaſcenti quę a poſteritate legantur.
Clara ſeuerinas tua belliger oſſa Roberte
Hic habitant. potuit virtus a morte tueri
Nomen & egregiā mentem: mortalia membra
Non potuit: totū laus eſt tua miſſa per orbem.
Relligio & pietas animū comitantur in aſtris.

FINIS.



Baptiſtæ Mantuani Car. theo. Ad Illuſtriſſimū dominū dñm Guidobaldū vrbinatem Ducem.
Liber nunc IIII.

SIcut agenoreæ cū ſol ſubit au-
rea frontis
Cornua/felici gaudet ſub ſide
re mundus
Quum ſceleſtis humū virtus
complexa calentē
Incipit ordiri tenerc noua pignora partu:
Sicut in æquorei ſtellato pectore cancri
Iuppiter exultat Ven⁹ in ſquamantib⁹ aſtris
Fluminis aſſyrii: pulſis ita Mantua curis
Aduentu gauiſa nouo eſt: Saliere chorеæ
Increpuere lyrę: læto tuba martia cantu
Clangorem alternat: ſtrepitūq; poſa minacē
Mollius inflexo ſonat ad noua gaudia flatu:
Triſte prius denſaq; latens caligine cœlū
Tollit & occaſum Leonorę oblita recētem
Alma dies poſito luctus radiauit amictu.
Mintius alpino qui ducit ab ęquore nymphas
Riſit. & extemplo clauſis humentia ventis
Aequora conſternens hylari caput extulit ore:
Vnda ſilet placido veluti quom pignora pōto

Producit cæicis aues: vbi frigida bruma
Venit. & arua graui ſtringēs aquilone Decēber
Ruſticus andino genius qui prēſidet agro
Vicinam e viridi tumulo conuertit ad vrbē
Lumina: quom plauſus populūq; audiret ouātē
Et quis ait tantus ſucceſſit mœnibus hoſpes:
Poſſit vt aſpectu ſolo ipſa elemēta mouere:
Et cui fatidico graiū ſāta ſanguīe manto
Nō minus applaudit reduci q̄ Roma camillo:
Q̄ mario fractis Italorū in limine cymbris:
Dū loquitur factiq; cupit cognoſcere cauſas:
Vna camœnarū q̄ cum duce venerat/arua
Ibat adoratū noſtro ſacrata maroni.
Audiit/& veniens late exhalauit odorem
Virgineū. lauro flauos euincta capillos:
Et facies qualis ſurgens aurora/ſinumq;
Colligit atq; pedes chlamys aurea tāgit eburnos
Subſtitit: & carmē placidis ita vocib⁹ orſa eſt:
Ad vada tyreſię veſtriq; bianoris vrbem
Venit ab alpina iuuenis pulcherrim⁹ ora
Baldus: agens ſecū muſas/& apollinis omnē
Militiam: Baldus cui ſaxa feretria nomē
Attribuunt cōmune Ioui: quia nāq; parētes
Belligeri. exuuias ſpoliato ex hoſte ferebāt



In rupem aereā/celſoq; in monte locabāt:
A ſpoliis cognomē habet domus illa ferēdis:
Turba igitur comitatus adeſt heliconide Bald⁹/
Qui regit vmbrorū populos mōtanaq; regna
Traxit amor iuuenē. madidos nō horruit auſtros
Nō nimboſam hyemē: nec iniquę frigora brumæ
Vicit amor caſtiq; fides ſanctiſſima lecti:
Languida deſerto cōiunx formoſa cubili
Mœrebat curis: & ſuſpirabat amantem.
Vota ſecūdauit iuſti deus auctor amoris:
Et iuueni blandis acuens p̄cordia flāmis
Suaſit iter: ſuaſit Venetos inuiſere cāpos:
Et phaetontęos curſu ſuperare liquores/
Patris vbi fatale ſolum: nā bella gerentē
In Venetos rapuit mors immatura parentē
Magnanimū: cui v̄ra parē nō nouerat ętas:
Siue ferox rigido martis luceret amictu:
Siue togam cedente ſago veſtiret inermē:
Venit ad ægrotę caſtiſſima cōiugis ora:
Cuius in aſpectu venus eſt: in pectore pallas:
Iuncta viro/veſtalem animū triuiæq; pudorē
Seruat: & amplexus pudet expectare iugales:
Pulchra verecūdas opa ad muliebria nymphas
Cogit: arachnęū docta ex ercere labo rem

Temporis hiſtoriam/Baldiq; euoluere fatum/
Italiæ deus in mores quom regna videret
Verſa lycaonios: diodemedæaſq; rapinas:
In ſcelus exarſit: iuſtaq; excanduit ira:
Et noua pœna nouo ſceleri data: nãq; repentę
Principibus lõga populos qui pace fouebant
Sublatis: dedit indignis rectoribus vrbes:
Vt fierent quaſi deſertæ ſine remige puppes.
Fluctibus in medijs: deſolatiq; per agros
Amiſſo paſtore greges: quom nubibus atris
Sæuit hyems: fractoq; furẽs tonat ęthere mũdus:
Nam nulla eſt magis humanę res noxia genti
Nullaq; terrarum peſtis capitalior orbi
Q̃ rex impatiens freni & ſine lege tyrannus:
Appœninigenos altis qui in mõtibus vmbros
Ardua ſaxa colunt: adriatica littora verſus
Vt ſenſere Italis tantum impendere pericli
Suppliciter fama eſt ita numina ſancta precatos
Summe deum populos qui cũ nihil oderis: oẽs
Suſcipis: & magno ſemper bene cõſulis orbi:
Parce tuę genti: ſuccurre fidelibus vmbris:
Neu ſine nos erumnarũ tot ferre procellas:
Præclarum concede ducẽ: qui regna paterno
Temperet affectu: placidaq; in pace gubernet:



Talibus auxilijs & tanto munere dignos
Nos pietas antiqua facit: quæ cognita vobis
Cælicolæ: genus vmbrorum ſeruauit ab alta
Irati maris illuuie: cum liber apertis
Ennoſigęus aquis montana cacumina merſit:
Namq; redundantẽ pelagi non pertulit æſtum
Patria: Montigenas tethys vexare colonos
Abſtinuit: Proteus vſq; ad confinia duxit
Doridis omne genus/delphinorũq; cateruas/
Squãmigerũ pec⁹: & phocarũ immania terga:
Si nos innocuam gentem commune periclũ
Præterijt: quando terram ſcelus obruit omnẽ:
Et dedit æquoreis vaſtandum fluctibus orbẽ:
Nunc quoq; ab interitu tutos decet eſſe minori.
Audijt omnipotẽs: Quis eñ clemẽtior illo eſt?
Et Baldum: eximiam ſobolẽ ducis ante ſepulti
Miſit in imperiũ: ac patrias regnare per vrbes
Inſtituit: q; pacis erat belliq; futurus
Cenſor: & eximius legũ moderator & æqui.
Dumq; adolet: ne forte foret damnoſa iuuẽtus
Imperio: patrui dixit prudentia regno
Præſit: & æmonio quod erat Centaur⁹ Achilli
Sit ſenior puero: teneros regaliter annos
Nutriat: & ſolio iuuenem ſublimet adultum:

Vtq; ſalutiferi veniant in regna nepotes
Extendenda: nouā monti domus alta feretro
Det Gonzaga nurū: genitrix Gonzaga virorū
Inuictorum armis: quæ ingenti corpora mole
Atq; gigantæas vires & martia corda
Ferre ſolet: quorū occurſus formidet Achilles.
Qualis adhuc primæ feruens ardore iuuentæ
Surgit ad armorū ſtrepitus belliq; tumultum
Franciſcus nouus Alcides: q immania mōſtra
Calcat: & cualuit nemeæo obſtare leoni
Victor adhuc puer: & lernę mōſ verberat hydrā.
Dixit: & ex oculis cum voce receſſit imago.

Bap. Mantuani Carmelitę Theologi ad Io. Baptiſtā Refrigerū cōſolatio ī morte Collę aſculani.

DVlce Refrigeri vatū decus aoniorum
Qui veteres riuos bibis & noua flumina phœbi
Dulciloquus lauræ vates vbi proluit ora.
Extinctum noſtra dici teſtudine collam
Poſcis: & antiquæ me regna reuiſere dirces
Oblitum per iter: lucoſq; ſubire ſilentes
Rupit vbi ſanctos mōſtri grauis vngula fontes:
Cogit amor parere. tamē graue pōdus obhorret
Debilis: & tardi ſenſus ſibi conſcia virtus.



Ingrediar quaſi nauta fretū cui nulla ſecundat
Aura. legam remis/ donec ferat ęolus auſtros.
Rore meduſęo quiſqs perfuſus & arte
Fretus apollinea vult digno extollere cantu
Ex oculis raptū pręſenti funere Collam:
Diffuſum lateq; patens ſe mittit in ęquor
Nō ſi cōſumptis ſubitutus littora remis.
Hic vir erat quē dum terras pieate carentes
Flamineamq; premi bellis ciuilibus oram
Vidiſſent ſuperi: quorū oſſa Bononia ſacris
Aedibus obſeruat: fractis miſere daturū
Rebus opem. ſuperis etenim tutela piorū eſt:
Hic vir erat ſimilem raro cui noſtra tulerunt
Tempora: cordato ſeruās in pectore mētē
Innocuam: longo rerū prudentior vſu.
Conſilio bonus/ ore potēs: pietatis & æqui
Publicus aſſector. doctrinarū atq; leporū
Hoſpitiū redimēdū ederis/ & virgie phœbi
Eximius foris atq; domi: bellumq; togāq;
Ante alios doctus: doctus cōponere pacis
Ocia ciuiles iras compeſcere doctus
Præcipiteſq; leuis vulgi ſedare tumult⁹.
Illęſum ſeruare inopem: ſuccurere egeno.
O quotiens rixas quotiens ſurgentia pugnę

Germina ſuccidit:primoq; repreſſit in ortu.
Sępe recrudeſcens odiũ fracturus in arma
Proſiliit.clauſitq; ſuo fera bella periclo.
Neue forent orbi ſeruata prole parentes
Fecit:& obſcuro mortis de limine rapta
Duxit ad afflictas ſua dulcia pignora matres.
O quotiens vetuit triſtes incedere pompas
Funeris & ferri teretes per cõpita tædas.
Si modo lex eſſet qualis fuit ante latinis
Cingere frondenti victricia tẽpora quercu
Belligero ciuem ſi quis ſeruaſſet ab hoſte:
O quotiẽs decus hoc quotiẽs hęc gloria Collam
Inſigniſſet.hónor nulli datus iſte fuiſſet
Sæpius:a teneris ita ſe aſſuefecerat annis.
O dignũ pylios hominẽ qui vinceret anno s/
Et qui chalcidicę vatis tranſcẽderet æuum.
Omne bonũ paucis properans elabit̃ horis:
Inuiſaſq; domos hoĩm pollutaq; linquẽs
Limia/ſyncęrũ petit vnde receſſerat orbem:
Non ſecus ac variis emiſſi fontibus amnes
In magnũ refluo voluuntur Nerea curſu.
Nã quod amant/ſuperi procul a tellute lutoq;
Ad ſeſe in ſublime leuant:terrenaq; regna
Egregiis ſpoliant animis.Dictęa corona



Iulia flãma/puer phrygius:Iouis hiſpida nutrix
Et fera quę circa ripheũ voluitur axem
Hoc docuit.Teſtantur idẽ noua funera Collę.
Et quicq̃d placuit ſuperis rapit arduus ęther.
Et licet aſculeę veniens a mœnib⁹ vrbis
Fregit vbi ęacidẽ Romana potentia Pyrrhũ
Aduena flaminiis foret & nou⁹ incola cãpis/
Felſinea tamen vrbe ſenex donatus adibat
Conciliũ patrum:& cõſulta arcana ſenatus
Sexdeni:quę felſineis eſt ſumma poteſtas.
Hic plebem populũ ac patres gẽtẽq; ſequut⁹
Bentiuolã genus excellens & amabile nomẽ.
Magna quidẽ:meritis tamẽ & virtute minora
Dona tulit.patrięq; ſuę decus attulit ingens.
Venit ad exequias & lamẽtabile funus
Turba frequẽs animi lachrymis teſtata dolorẽ.
Vix alium tantis fleuit ſingultibus vnq̃
Felſina:vix tãto fuit vnq̃ naufraga luctu.
Germanũ fleuere patres.fleuere minores
Patronũ:miſeri atq; inopes fleuere parentẽ.
Qualis enim ardenti quom deli⁹ ignea curru
Herculeę p̃mit ora ferę morientibus herbis.
Riuus & altiuolis cribrati niuibus imbres
Hic vir erat talis miſeris & egentibus/ante

Q̃ foret illius facies & funere triſtis.
Affuit Hãnibalis proles pulcherrim⁹ heros
Et patriæ prīceps & libertatis amator
Ignea dentatę cui ſunt inſignia ferræ.
Et veteres mœſto lachrymas in funere amici
Fudit:& inferias triſti decorauit honore.
Sic noſtras fugit ille domos/fruituraq; cœlo
Mens abit ī terris ſpolium mortale rlinquēs.
Tu Collā Baptiſta graui mœrore ſepultū
Proſeq̄ris:lachymiſq; mōdū nō ponis amati
Fata ſenis plorans longo ſine fine dolore.
Hactenus eſt fleuiſſe ſatis. decet ocia feſſis
Reddere luminib⁹.lōgum ſuſpiria tempus
Increpat.hoc animo forti negat eſſe decorū
Hoc poti⁹ muliebre opus eſt/& molle.q̄d oīs
Magnanimi forteſq; viri damnabile dicāt.
Hoc eſt more feræ feriſum ſine lege vagātem
Poſthabita ratione ſequi.ſi triſtia ferre
Nō potes:humanis op⁹ eſt diſcedere reb⁹.
E vita migrare opus eſt.quia vita dolorū.
Eſt pelagus/fons curarū/ſentina laborū
Quid te incōſulte pergis macerare?q̄d oīs
Perdis in hoc caſu lachrymas:quaſi nulla ſupſit
Tēpora q̄ poſcant lachrymas. fœcūda maloꝝ



Sors tibi multa parat luctu nō flenda minori
Paulatim lamenta moue.nec libera curis
Lora dato:totoſq; ſinus ne pande querelis.
Vna dies homini nō eſt ploranda:ſed ætas.
Mœrori gemitus aliquot ſeruare futuro
Ne pigeat:lugubre aliquid lux altera portat.
Quod doleas aurora dabit tibi craſtina ſemper
Colla tibi lachrymis volat in ſublime relictis.
Atq; leues hominum curas vanoſq; timores
Mortis:& inſanum vitę inconſtantis amorē
Mirantem pudet his tantū latuiſſe ſub vmbris
Stultitię pudet humanę.Mens ebria quando
In membris habitat mortalibus:omnia viſu
Proſpicit obliquo.nec cœlū agnoſcere:nec ſe
Scire poteſt.moles terreni corporis aufert
Iudicium.plorat quæ ſunt ridenda.pauetq;
Profutura cupit nocitura.ignara futuri
Interitus ſtudioſa ſui labat: ambigit:errat.
Vilibus exemplis res inſinuare latentes
Cogimur.ex minimis deprēdere maxima fas ē.
Si qua ouis in tenebris & opaco ſemper ouili
Vixerit ignoranſq; diem ſub nocte ſeneſcat.
Nec riguos vnq̄ fontes nec amœna virentis
Rura ſoli:neq; florentes cognouerit agros

Non volet obſcuri trā̃s pallida limina tecti
Ferre pedes aſſueta fimo breuibuſq; latebris
At quę graminei cognouit paſcua campi
Quę potauit aquas riuiq; ſalientis & amnes
Quæq; ſolet molli recubans in gramine natos
Mirari inter ſe teneris colludere in herbis:
Et nondum natis prætendere cornibus iram:
Mane memor ruris ballatibus oſtia crebris
Pulſat:& ad cā̃pos rogat importuna reduci.
Sic qui mente polū̃ fuerit tranſgreſſus:& altos
Viderit æterno fulgentes lumine campos
Nō̃ metuit tua ligna charon:nō̃ flumina lethes.
Nec pauet ad triplicis latrā̃tia guttura monſtri:
Hęc trepidant:quibus ignauos inſcitia ſenſus
Letheis hebetat nebulis:qui in tartara prona
Ora gerunt:nullū̃q; tenent in pectore numē̃.
Aſpice ſidereum paulus qui viderat axem
Q̃ magno terrena animo cōtemnat:& ipſam
Qua nihil eſt homini graui⁹ quo pectore mortē̃
Intentatam adeat:rigidos vt rideat enſes.
Heu demē̃s:heu mē̃tis inops:heu luminis expers
Qui ſolas miratur opes telluris & vndæ:
Nec videt ęthereus cur tot ſplendoribus orbis
Luceat:& tantum cur ſol ferat ore decorem:



Scilicet arrident nobis cœleſtia:noſq;
Læta vocant:vultuq; inuitant aſtra ſereno.
Nos bona ſola rati noſtros quę proxima ſenſus
Dulcibus illecebris palpant:curare ſolutos
Credimus hęc eadē̃:tanta eſt dementia:manes.
Quę peiora colunt animę loca tartareumq;,
Sub phlegetonte chaos:vitales forſitan auras
Vt fugiant tormenta volunt,iterumq; ſubire
Corpora,& ęgra pati rurſū̃ moribū̃daq; mē̃bra.
Sed quę felices habitant immobile cœlum
Quaſq; ſub obſcuris cruciat breuis ignib⁹ ardor
Vt ſuperos ſine ſorde petā̃t:& in ęthera functę
Fecibus aſcendant:remeandi in corpora nulla
Cura mouet.nulla viuendi ardore feruntur
Illectæ campis illæ melioribus:iſtæ
Tempora ne perdant:& quo cœleſtis olympi
Inueniant breuiora viæ compendia ad arcem.
Accipe:& antiquos paulum reminiſcere caſus:
Quos legiſſe etiam primo te credimus æuo.
Nauibus inſtructis euxina per æquora colchi
Ex aſia europam curſu petiere citato
Cum Medæa patrem fugiens tulit aurea ſecum
Vellera:& occiſi diſcerpſit viſcera nati.
Curua diu poſtq̃ legerunt littora circum

Remigio abſumpto feſſis iam puppibus iſtri
Grandia conuerſis ſubierunt oſtia proris
Fluminis hoſpitibus ripæ arriſere virentes:
Et longe herboſo veſtiti gramine campi
Pannoniis tandem regnis ratibuſq; relictis
In loca venerunt agris contermina noſtris
Illyricum iuxta pelagus ripamq; timaui.
Miratiq; ſolum felix fœcundaq; rura
Et noua regna magis phœbo vicina calenti
Dedidicere lares patrios & frigida ponti
Rura. ſuaſq; alio ſedes ſub ſole locarunt.
Et fluuio per quem fluctus liquere marinos
Traxerũt q̃d adhuc retinet cognomẽ ab iſtro.
Qꝫ ſi terra ferax & agri melioris imago
Vſq; adeo ſcythicæ duriſſima pectora gentis
Flexit: vt & dulcem patriã charoſq; penates
Sponte ſua linquens italis conſederit oris:
Cur animas quę iam pedibus ſublimia calcant
Sidera: quaſq; breui pœna afflictura dolore
Mittet in æthereos paruo poſt tempore ciues
Miramur natale ſolum contemnere: & omnẽ
Progeniem poſt ſe terrena in luce relictam?
Eſt etiam quare remeandi nulla libido eſt
Manibus hęc ratio. q̃ ſcilicet omnia norunt



Sæcla illuc pronis vt lubrica flumina lymphis
In mare deferri. q̃ proxima fata ſuorũ
Eſſe vident. ſperantq; breui ſe cernere functos
Corpore quos ardent & amant/ac cernere curãt
Adde q̃ aſſidue properãtibꝰ vndiq; ad orcũ
Ex tellure animis quos carcere fata relaxant
Quicq̃d agũt viui in terris & in ęquore diſcũt
Dic age cũ luteo fractis e corpore vinclis
Euolat in tenues liber iam ſpiritꝰ auras
Vtq; aiunt morimur gelidoſq; relinquimꝰ artꝰ
Quę bona vel potius q̃ nõ mala perdimꝰ? errat
Quiſquis in hoc aliquid terreni fornice mũdi
Syncerũ putat eſſe bonũ. Chaos oĩa in vnũ
Hęc humana deꝰ grandi cõfudit aceruo
Triſtia cũ lætis glomerãs ſimul oĩa miſcẽs:
Ne pax hoſte carẽs tranſiret in ocia ſomno
Dedita: ne noſtros ſopiret inertia ſenſus.
Vt cecinit ſolers rerũ ſpeculator Homerus:
Iuppiter ante ſuum ſtatuit duo dolia limẽ.
Læuum felle viret: dextrũ capit aurea mella.
Quando leues animę celeri per ſidera lapſu
Ingrediuntur iter: veniũtq; in noxia membra
Sunt quę cerulei crateras & pocula fellis
Sũt quę mixta bibant cũ glauco mella veneno

Mel nulli ſine felle datur. quia pura voluptas
Mortales pertæſa domos & perfida regna
Poſtq̄ ceſſerunt Ioue principe ſæcula patris
Fugit in æthereos naturę ſimplicis ignes.
Fugit:& huc dixit nūq̄ ſine matre redibo
Mater ei fuit Erigone/quæ innoxia rexit
Sęcula :quę fugit ſcelus indignata nefandum.
Sūt quoq; qui memorēt animas cū ſidera lapſu
Prętereūt volucri/moribūdaq; mēbra ſubintrāt:
A ſtellis trahere affectus habituſq; malignos.
Et dare Saturnū lachrymas:mēdacia fraudes
Mercurium.coit⁹ Venerem.Mars dicit̄ iram:
Sol riſum/ſomnos nocturna infundere luna.
Hęc figmenta volūt hoīem dū veſcitur aura.
Aetherea nō poſſe malis ſe abſoluere :quādo
Ipſe etiam nocet aduerſis influxibus æther.
Doctiloqui vates animas obliuia lethes
Cur potare canūt quando in mortalia rurſū
Corpora cogūtur triſti deſcendere fato?
Nempe q; iſtius non poſſe incōmoda vitę
Ferre putent illas/ſi cœli gaudia & illud
Dulce recordentur vitę gen⁹/vnde coactę
Sūt labi ad miſerę vana hęc ludibria terræ.
Proſequar erūnas veterūq; antiqua malorū



Principia ex ipſo ſic ſacra volumina cogūt
Credere:ad humanas mētes labētia cœlo
Prima deū priſcis legitur diſcordia chartis
Cœlituūq; graui motas in bella ruiſſe
Seditione domos acieſq; in tartara victas
Se turpi vertiſſe fuga.non nouerat ante
Bella recens mūdus.prima hinc exordia pugnę
Paruus adhuc & adhuc infans cunabula mūd⁹
Dum tenet/ex vtero matris vix edita proles
Nondū nata rudes animos acuebat & arma.
Iſta mali labes morbi hęc cōtagia cœlo
Orta graui terras diuorū exempla ſequētes
Incendere igni ac magnis voluere ruinis.
Nec dilata; lues in ſęcula plurima:bellum
Geſſit prima domus:fraternaq; pectora primū
Funeſtis accenſa odiis docuere nepotes
Hoſtiles armare manus:& ſtringere tela.
Mors mō nata ſuas cū primum exercuit iras.
Atq; ſuis niti cepit crudeliter armis.
Pugna fuit mortis genitrix.mors prima cruētā
Ac violenta fuit. vitam natura ſinebat
Lōgius ire:odium impatiēs cohibere furorē
Non potuit.liuor ſtygia face cōcit⁹ arſit
Inſe etenim fratrē offendens ſe offendit:& ipm̄

Se perimit fratrem perimẽs. quia corpora fratrũ
Corpus idem: patris eiuſdem: ſata ſemine eodẽ.
Non erat enſis adhuc nec duri lamina ferri:
Nullaq; pinnatos ferebat machina muros.
Bella geri pugnis primo cœpere ſub æuo.
Hinc oritur pugnæ nomen. mox aſpera cornus
Fraxineæq; ſudes aliaq; ex arbore trunci
Et rigidi ſilices atq; vſu prœlia doctæ
Arma fuere feræ. Vaſtus canis ibat in hoſtes.
Aſſuetus certare leo. depreſſa ferebant
Cornua factum ſemper duo vulnera tauri.
Dente ſues: curuis pugnabant vnguibus vrſi.
Inuentus mox vſus: equi frenata capiſtris
Ora manu regere incœpit ſpumantia ſeſſor.
A longe conſpectus eques non terga ſedendo
Viſus equi premere/ aſt vnũ duo corpora corpus
Credita: centauros dici noua fecit imago.
Tum faber adductis accendere follibus ignes
Cœpit: & in gladios candens extendere ferrum
Vulnificiq; aciem chalybis præfigere ligno.
Et telis armare manus ac tela veneno.
Tum clypei parmæq; breues/ lituiq; tubæq;.
Venere/ & rauco ſtridentia cornua cantu.
Tũ deijcit calaber ſonipes cataphratt⁹ in hoſtẽ



Currere: & armatos equites in prœlia ferre
Oppida tũ foſſis circundata: mœnibus vrbes.
Et procul auectæ peregrino a littore merces.
Tunc abies montana fretum ſulcauit: & alnus
Incrementa mali tepefactis ſanguine terris
Tunc etiam noſtra rubuerunt æquora cæde.
Tum procerũ delecta man⁹. Tum typhis & argo
Inclyta phryxææ petierunt præmia lanæ.
Iam nullus ſine cæde loc⁹: pax nulla per ęquor.
Nulla quies terris. totum ſcelus occupat orbẽ.
Triſtia quid memorem theſææ carbaſa proræ.
Quid patris interitũ theſei: quid gnoſia virgo
Te referam: quã durus amans pro munere vitę
Liquit in ignotis morituram atrociter oris?
Quid iuuenẽ lacerũ: matrẽ quid amazona raptã
Confuſamq; domũ Priami: troiamq; ruentẽ?
Quid genus ęneadum? quid nigri regna Darij
Lapſa canam? Quid rapta ducis tentoria pori
Quid ſiculũ libyco ſpumantẽ ſanguine põtũ?
Prætereo gallorum auſus italoſq; tumultus:
Arma tagi taceo: profugum paruoq; latentẽ
Nauigio Xerxem: totũ qui abſconderat ęquor
Puppibus: & latos armato milite campos.
Te quoq; pretereo tua quẽ pulcherrima ples

Miſit in arma ſenem luctuq; affecit amaro
Rex ſolymi venerande ſoli. tua gloria tantis
Obſcurata malis: niſi te miſerata fuiſſent
Numina: in æternã viſa eſt deſcendere noctẽ.
Dicite agenorides infeliciſſima thebæ
Claſſica & accenſos in mutua vulnera fratres.
Quid ſibi vult progne pect⁹ ſignata cruentũ?
Quid ciris turrita caput? Sua quælibet ætas
Quęlibet orbis habet regio monumẽta malorũ.
Neue putes ſolos includi hoc turbine reges
Felicemq; dari tecto ſub paupere vitam:
Nuſq̃ tuta quies: regum ſublimia tecta:
Paſtorumq; caſas humiles melefida ruit ſors.
Eſchilus euadens hominũ conſortia ſolis
Errabat campis. non illi regna: nec vrbes
Nil a ſorte datũ quod perdere poſſet: habebat.
Carmen opes: & poma cibus. tectũ fuit ęther.
Ocia ſecuro inuidit tam dulcia vati
Et tandem incautũ meditans qua falleret arte
Inuenit fortuna viam. Teſtudine lata
Quã modo piſcoſa raptam de valle ferebat
Aera per vacuũ clauſo Iouis armiger vngue:
Percuſſum caput in partes: heu: quattuor actũ ẽ.
Et ſacrũ in gelida ſparſum eſt tellure cerebrũ.



Reddere felices fertur voluiſſe Metellos
Sed vetuit rapidis ex ignibus eruta Pallas:
Atq; repentino mors intentata tumultu.
Incœpit prodeſſe homini: cœptiq; repente
Pœnituit. ſic inconſtans: ſic perfida ſemper.
Si quibus indulget multum: ſeruatq; tenorem
Proſperitas. & blanda diu fortuna ſecundat:
Formidanda magis/nã contrahit oĩa in vnũ
Aſpera: vt incautos vno magis obruat ictu.
Fata probant iſtud ſamij metuenda tyranni
Cui datus ex imis iterum fuit annulus vndis.
Nam cũ triſte nihil ſors ſemper amica tuliſſet:
Experiar certe quæ ſit ſors aſpera dixit.
Et ridens percuſſit aquas adamante marinas.
Nec mora: Rombus adeſt: ęſcã rat⁹ eſſe lapillũ
Proſequitur rictu. & gemmã vorat ore natantẽ.
Forte ſuperueniens piſcator in æquora fundã
Iactat: & incluſum piſcem dat dona tyranno.
Ille auro ſimul & rhombo gemmaq; potitus
Credidit in ſe aditum ſorti non eſſe ſiniſtræ.
Inſidijs tandem captum crudelis orœtes
Iuſſit in excelſo lapidoſi vertice montis
Affigi: prædamq; feris auibuſq; relinqui.
Quid breuis incertę fugitiuaq; tempora vitæ

Stringimus: ætatē properantia ſidera noſtrā
Diripiunt. meliorq; prius pars occidit æui.
Eſt tamē indoctum vulgus quæ fallere poſcit
Falſa boni ſpecies: quā qui cōprendere fruſtra
Nititur imprudens & ſpe ſe ludit inani
Hic eſt falſidicis ſua qui quæſiuit in vndis
Ora puer modo flos retinēs cū nomine formā
Apœninigenæ prope ſaxea flumina Rheni
Sylua per vmbroſas vbi ſurgit plurima valles
Vidimus humanæ ſpeciem vitæq; neciſq;.
Hic quercus iacet annoſo quæ elanguit æuo
Hic procera abies: crebris quam lata ſecuris
Ictibus excudit: dum vox a rupibus altis
Pulſa redit: reſonatq; aſpris in cautibus eccho.
Hic alni tiliæq; leues: & fraxinus ingens
Præcipites iuxta ripas quæ creuerat alto
Radicata ſolo cum grandibus eruta ſaxis
Procumbit glareæ: atq; comis cubat arida lapſis
Glandiferas illic auſtri violentia phagos
Strauit harenoſo implumis iacet ęquore trūcus
Soliuagis vmbroſa feris habitacula quondā
Garrula frondoſo dulces quę in culmine nidos
Fouerat: ablatū nemus admiratur: & vmbras
It quæſitum alias: aliiſq; cubilia ramis



Fabricat: inq; noua ſuſpendit pignora fronde
Sic homines in fata vocat nō exitus idem.
Hic ruit ex alto pręceps: animāq; gemētem
Exhalat colliſus humi. ſubit ille ruinā
Mole ſubingenti fractus. I cet obrutus vndis
Alter. equo labens. alius perit. Ilia cōtus
Huic penetrat: tepidoq; cadēs rigat arma cruore
Et tandem variis mors omnia caſibus aufert
Quicqd alit tellus auida vorat improba fauce
Magna deū mater grandi turrita corona
Quę ligat idęo libycos temone leones
Quicqd ineſt nobis fluxū & mortale capaci
Colligit in gremio vitę nuda oſſa futurę
Seruat & implendos auris melioribus artus
Quid iuuat aſſiduis curas augere querelis?
Non reuocāt ſurdos hoīm ſuſpiria manes
Noſtra nec extinctis poſſunt lamēta mederi.
Qui ſemel occiderit dulceſq; reliquerit auras:
Nō illum noſtri gemitus: nō humida fletu
Lumina/ nō pullati humeri: nō plurima; mento
Cæſaries: nō ora ſitu ſqualentia turpi:
Sed neq; dona deū templis oblata iuuabūt
Hanc ſi forte duę legē fregere ſorores
Quę fratris potuere animā reuocare ſepulti:

Non tamē hęc nobis ſunt expectāda deū rex
Hęc facit:& raros miracula ſeruat in vſus.
Ponite mortales curas.qui condidit orbem
Ipſe regat.ſua ne pereant cuſtodiat ipſe.
Ipſe gubernator ſapiens:& amore paterno
Res hominū curat.quicqd deſcendit ab illo
Ferre decet:nec enim quicq̄ dat inutile nobis.
Quare illū toties precibus pulſam⁹ ineptis
Arbitrioq; regi petimus cœleſtia noſtro?
Nū cœli turbanda via eſt ne funera fratrū
Ne morbi eueniant:ne grandine vapulet hort⁹
Aſpice quo curſu cœlum:qua mole feratur
Et cupis illa tuo tam ingentia corpora nutu
Frenari:legemq; pati?Tu portio rerum
Tam breuis & vilis:cui formidabilis vna
Eſt apis:inſomnem pulices animalia roſtri
Tam tenuis:dictu indignū:quē reddere poſſūt
Flectere vis ſuperos:& vincere fata p̄cando
Ac reuocare pios in olentia corpora manes?
Cor retine:& toto noli inſanire cerebro.
Nō puer aſtyanax matri:non chara Chreuſa
Redditur Aenææ:fruſtra ſua pignora plorat
Auſa nimis Niobe.fruſtra vocat hectora mater.
Quid tenſis argutę neruos teſtudis orpheu?



Quid canis ad ſurdos rapta pro cōiuge manes?
Fata redire vetant:& lex immobilis orci.
Quid fruſtra Alcides puerū per littora & agros
Quęris Hilam?dū te inſano clamore fatigas:
Ille inter dulces vitreo ſub gurgite nymphas
Dormit.& affectus ridet mēs libera noſtros
Non ſecus ac prouecti annis ridere ſolem⁹
Infantes cū nocte pauent tenebraſq; horreſcūt.
Tu quoq; quid ſurdum quōdā florentis amici
Quottidie irroras lachrymis Baptiſta ſepulchrū
Crebra quid infeſtant ęgrū ſuſpiria pectus?
Hos tantos animæ luct⁹:ſuſpiria noſtra hęc
Hęc grauiter lamenta ferūt.nā mutu⁹ illis
Eſt amor:eſt pietas.tolerantq; incōmoda triſti
Noſtra animo.cur ergo animas vexam⁹ amicas
Forte times diras leges acherontis auari
Inſignes pietate animas poſt fata ſubire
Exiliūq; pati æternū:& ſine fine dolorem.
Ne tibi ita illudas:neu rem turpē atq; nefādā
Hāc aſcribe deo.nihil hęc tibi credere iniquū
Crudelēq; deū,quo nil abſurdius vnq̄
Audiri dicive poteſt:natura tonātis
Quę ſūma eſt bonitas tātū ſcel⁹ iſtud abhorret
Si neſcis vitio ſua ſunt:ſunt & ſua laudi

Prĕmia.nec tectis coeunt poſt fata ſub iiſdē
Candidior virtus nitidoq; ſimillima phœbo
Et miſerū ſcelus obſcura fuligine tinctum.
Illa volans pulchrū tremulis caput inſerit aſtris
Hoc preſſum grauitate ſua ſe in tartara condit
Iſta duas fecere domos ampliſſima tecta
Orbe alio diſtincta animis habitacula noſtris.
Viuim⁹ hoc mixti:mixtiq; recedim⁹ æuo
Sed poſt fata deus meritis loca debita fixit.
Cœli orbem centrūq; ſoli diſtantia magnis
Regna interſtitiis:quorū cōfinia longe
Ne coeant elementa ſuis quater orbib⁹ arcent.
Sunt quos a vicio fœdaq; libidine ventris
Blāditiæ nullæ:nullus diuellere poſſit
Laudis amor:nullus larium timor infernorū
Et veluti ſua luſtra ſues & olentia tecta
Prĕponūt regū laribus:quos nobile circū
Veſtit ebur:pario tellus vbi marmore fulget
Sic hoīm genus iſtud iners & inutile prorſus
Ocia delitias veneres cōuiuia & omne
Quod ſenſum delectat opus p̄ponit olympo.
Hos procul a ſuperis cœliq; decemplicis axe
Pellit ad æterno deus antra ſonātia luctu.
Huc oīs quibus eſt nimiū dominata voluptas



Et diuina quibus viſa eſt nimis aſpera virtus
Degeneres animę quaſi purgamenta feruntur.
Sunt quibus aſpectu ſuperi meliore dederunt
Mitius ingenium minus implicitūq; tenebris:
Corporeaq; minus preſſos caligine ſenſus.
Hi q̄q̄ maiore animo nitantur ad aſtra
Non tamē omne nefas poſſunt auertere cōtra
Conſpirante orco:ſenſuq; in bella vocante
Sæpe animum.ſępe amiſſa rationis habena.
Sæpe velut ventis nauem:rapientibus extra
Rectum iter infeſtis rationē affectibus ægram.
Propterea functos vita contagia terræ
Imbibitaſq; abolere op⁹ eſt poſt funera ſordes:
Hi ſubeunt ſtygios amnes:errātq; per vmbras
Donec peſtiferos mores & noxia vota
Exuerint. Auro tandē quod in igne recoctū eſt
Perſimiles lucem ſubeunt:& in æthera migrāt.
Sunt quæ cœleſti perfuſæ nectare migrant.
In purgata magis labuntur corpora:quando
Fortunata iuuant clementi ſidera vultu.
His oritur coniunctus amor virtutis:& omnes
Aduerſos ſuperant inuicto pectore caſus.
Et quia deberi norunt virtutibus aſtra
Lubrica derident mortalis tempora vitę.

Hos multis fortuna modis contraria iactat
Non ſupat. Scopulorũ iſtar fremitũ maris omnẽ
Immota qui mole ferunt: ſub pondere nullo
Deficiunt: etenim nullo ſub pondere virtus
Cõſummata labat. moribũda & tabida mẽbra
Eſſe ſciunt animi æterni tectoria quædam
Non victura diu: ruituraq; tempore paruo
His cœlum ſe ſponte aperit. redeuntib⁹ omnis
Cœlituum chorus aſſurgens occurrit: & altam
More triumphali gaudens aſſumit in arcem.
His pater extremi qui ſumma cacumina mũdi
In ſtellante throno reſidens tenet: annuit alta
Fronte ſuam vultu ſobolem confeſſus amico.
Aliger inſignis gladio atq; micantibus armis
Atria qui ſeruat: primoq; in limine ſemper
Excubat: & merita ingenti probat omnia lãce
His quibus ad magni ſublimia tecta tonãtis
Panditur introitus lætis ita vocibus inquit.
Viuite ſecuri iam nunc. veterumq; laborum
Prœmia percipite: & ſedes implete beatas.
Diſcite quid pietas; & quid reuerentia legum:
Quid ſeruaſſe fidẽ: quid flumina ſancta ſubiſſe.
Quid caſtę mundęq; man⁹ a ſanguine & auro:
Quid cœlo delatus honor. quid tura qd ignes



Profuerint. grateſq; pio perſoluite regi.
Talibus ingreſſi cœleſtia limina dictis
Immortale bibunt diuorum pocula nectar
Quantum quiſq; ſitit. paſſim conuiuia: paſſim
Quæ nunq̃ pariunt alacres faſtidia menſæ:
Omnibus vna fames: eadẽ ſitis omnibus: vnę
Sunt epulę cũctis. ſed pars nõ omnibus æqua.
Tranſit in has igitur partes gen⁹ omne animarũ
Nam vel regna tenent quæ purgatoria dicunt:
Vel damnata malis nunq̃ ceſſantibus/ Aether
Reſtat apex mundi: diuũ domus atq; tonãtis.
Non habet in Collã vis tartarus: illa repellũt
Antra pias animas. fugit impia tartara virtus:
Et phlegethontæis nunq̃ fuit incola campis.
Vel ſuperos adijt: vel certo temporis orbe
Exulat: vt maculas luſtralibus abluat vndis.
Mox iter ingrediens qua primo lucifer ortu
Nunciat indorum populis aſcendere ſolem
Ibit ad æthereos orbes & in ardua templa:
Qua duodena micant obliquo limite ſigna:
Tranſgreſſuſq; iugum cœli glacialis in altos
Scandet vbi loca lata carent vertigine: cãpos.
Quare age depoſito luctu & mœrore iacentẽ
Tolle animũ: pelle hãc ſtygiã de pectore noctẽ

Regna nec inuideas patriæ melioris amico.
Nos quoqꝫ mortales cum vita exegerit annos
Ibimus in cœtus illos: vbi gaudia plenis
Euomit æquoribus nunq̃ moritura voluptas.
Thraicios imitare getas: qui extrema ſuorum
Lætitia celebrant & dulci funera cantu.

FINIS.

Bap. Mant. Carm. theo. ad Romã aduentu Inachi comitis Tendilię oratoris Regis Hiſpanię ad Innocentium octauum Pont. maximũ.

ROma triũphales ſi tecũ volueris annos
Cum tua trans æquor libycum miſere nepotes
Arma per inſidias tyriæ Carthaginis vrbes:
Inuenies nullam maiora pericula gentem
Pro imperio rebuſqꝫ tuis: nec plura tuliſſe
Funera: q̃ genus heſperium. ſine fine manebit
Fama Saguntinæ fidei. quæ punica nunq̃
Iuſſa tulit. potius voluit dare mœnia flammis.
Communiqꝫ ardere rogo: q̃ fallere Romam.
Obuia nunc igitur veteres gratanter amicos
Et ciues cognoſce tuos Hiſpania quondam
Iura habuit latij. populis par cura duobus
Et ſors ęqua fuit. morum concordia: linguę



Idem pene ſonus. patriæ cõmunis vtriqꝫ
Heſperus. vno ambę gentes de ſidere dictę
Heſperiæ. quę pax potuit cõtingere maior
Quæ paritas melior q̃ quę deſcẽdit ab aſtris?
Heſperios igitur gaudẽs cape Roma colonos
Qui procul extremę digreſſi a littore terrę
Te longis adiere viis per inhoſpita ſaxa:
Et iuga Pyrenes/per gallica regna/per alpes:
Atqꝫ per excelſum duri caput appœnini.
Aſpice vt aduentu primo quaſi numina cœlo
Lapſa procul pulſo pacem genuere tumultu.]
Nam cũ parthenopes regẽ cõcordibus armis
Impeterent regni proceres/ſcis quãta per omnes
Italiam ſubito mauors exciuerit arma.
Italides a fonte padi commouerat omnes
Ad ſcyllæ furor vſqꝫ canes/reginaqꝫ ſaxa/
Longus vbi ionias cadit appœninus in vndas.
Exue mœrorem. Tempus deponere ferrum
Admonet. hi cum pace tuos ſubiere penates.]
Et martem pepulere tuis de finibus vſqꝫ
Ad ſalis iſmarij populos: vbi dicitur ortus.
Pone ſagum ciuile togæ decus indue longæ.
Pro lituis rediere fides. arguta ſuperbam
Depellit Sambuca tubam. tranquilla tumultum

Pax fugat:& profugi redeunt in rura coloni.
Ad ſua plauſtra boues. fortes ad aratra iuuēci.
Iam fora ſolicitant lites. annona per altum
Nauigat:& plenę tyberina p oſtia puppes
Vina ferunt cyrnea cadis ſpumātibus. Vrbē
Samnites volſciq; petū t impune receſſit
Inſidiarū omnis metus. & latronib us omē
Iā nemus eſt vacuū. ludūt in mœnib⁹ vrſi.
Iam canit ad teretem pubes Romana colūnā
Hęc tagidę tibi dona ferunt. caput erige:& altā
Frontē attolle. oſtro/gēmis redit vſus & auro
Gaudia fert tam fauſta dies. hiſpania mittit
Gaudia. pacificū poſcit ſibi gaudia tempus
Spargite fronde vias viridē ſuſpendite myrtū
Ferte timū. plenis & gramina odora caniſtris.
Ferte oleæ ramos. & tēpora cingite lauro
Et quo maiori ſaliant pręcordia plauſu
Accipe quis tantę caput eſt ductorq; caterue.
Inachus illuſtri veniens ab origine gētis;
Mendociæ:cui magna ſubeſt tēdillia lato
Margine terrarū:qua pinguia permeat arua
Bethys oliuiferis properans in dorida ripis
Regius orator. Clarus belliq; togęq;
Officiis. quē caſtaliis dignatur Apollo



Fontibus/enſe ſuo belli pater. Aegide Pallas.
Cum vehit hiſpanas animoſa in bella falanges
Territus incurſu tanti ducis ora fugaci
Vertit equo/refugitq; ſuam ſaracenus in arcem.
Sicut præcipiti fugiunt ſtridore volantes
Inſtantem quotiens aquilam videre columbæ.
Scit mores animoſq; viri ſimulatus alamæ
Murus:& albenti circundata mœnia velo.
Et ne tam inſolitum belli ſtratagema ſepultum
Sit tibi Roma/canam. fortes audite latini.
Diruerat fragiles hoſtilis machina muros
Cum iam ſol nocturna cadens accenderet aſtra.
In ſummis vrbs alta iugis monſtrabat apertum
Hoſtibus ingreſſum. ſed formidabile noctis
Tempus obeſt animis. dant corpora feſſa quieti
Mane reuerſuri. Summa vigilabat in arce
Inachus. & nudum cernens latus/arte ruinam
Clauſit/& inuento noua mœnia condidit aſtu.
Pictores quot erant vocat:& conſuta figuris
Lintea murorum ſcribi iubet atq; ſilenti
Nocte locans ſimulat reparatam mœnibus vrbē.
Mane attollentes oculos de vallibus hoſtes
Suſpiciunt vrbem integram/noua mœnia noctu
Iacta putant mirantur opus quaſi cœlitus ortū.

Perteſiq; moras & opum diſpendia: tollunt
Sarcinulas: & caſtra mouent. poſt terga repente
Inachus exiliens omnes obtruncat ad vnum.
O genus inſuetum pugnæ. deluſit imago
Belligeratorum fortiſſima caſtra virorum.
Et vicit pictura duces. induſtria tantum
Vnius molita viri. mirabitur omnis
Ad quam fama huius belli peruenerit: ætas.
Legimus annales. veterumq; reuoluimus annos
Europæ libyæq; duces: aſiatica bella
Nouimus: & nuſq̃ tam miræ inuenimus artis
Ingenium. talem nullis in gentibus aſtum.
Huc igitur tanti orator tibi regis: & autor
Pacis: & armorum tellus ſaturnia ductor
Inachus ingrediens ſancti veſtigia patris
Venit adoratum: ſacrataq; limina Petro.
Roma tuas aperi portas: vel mœnia frange.
Iſte honor elæis datus eſt victoribus olim

FINIS.

## Ad Pamphilum Saxum Mutinenſem.

PAmphile Calliope ſoboles! & Apolli
ne nata.
Inter Amadryades & oreades edita ni
Dũ nos iplicitos curis vrbana fatigant (pha



Et procul abducunt a fonte negocia ſancto:
Florifero tu rure latens: ſacrata napeis
Arua tenes: dulciq; ſedens diuina receſſu
Ocia lentus agis: frueriſq; ſilentibus vmbris:
O felix cui ſocraticæ ſuauiſſima chartæ
Pabula & altrices adhibent vitalia muſæ
Pocula: cui cœli radijs concordibus ignes
Leniter aſpirant: omniſq; indulget olympus:
Quẽ faciles diui quẽ ſors non inuida pergunt
Fortunare. Comes cui tẽperat omnia virtus
Vota: premens animi fluctũ. ſenſuſq; vagãtes
In gyrum rationis agens: vt fertur habenis
Caſtor amycleis domitos egiſſe iugales:
Et q̃uis (ea fama meas peruenit ad aures)
Militiã ſimules habitu: tamen Attica pallas
Tecũ habitat: pulchrũq; tibi ſine gorgone pect⁹
Porrigit. & lactante ſinu blanditur apertis
Vberib⁹ niueiſq; premens rigat imbribus ora:
Nulla pudiciciã venus inquinat: Arma cupido
Continet: & tecum virides innoxius agros
Luſtrat: aues tantũ feriens: & in annua rurſum
Pignora ſopitas acuens verno igne medullas:
Vrit ytim: ſcyllam inflammat: Pandione natas
Mane ſub aurorã cum ros in gramina cœlo

Labitur:in dumis accendit:& æmula cantu
Guttura ſollicitans mouet in certamina vocũ
Omnia turbatam lenire potentia mentem
Cum ſua floriferæ redeunt ſolennia maię.
Rus habet agreſtẽ charites ſine veſte choream
Arua per & ſyluas & cõpita ruſtica ducunt
Tunc mare tranquillũ tũc eſt placidiſſima cœlo
Temperies:tunc eſt felix opulentaq; tellus
Deniq; tunc vrbes ſtrepitũq; peroſa voluptas
Fert ſpacians alacrẽ per rura virẽtia greſſum:
Si captare feras & opaca inuadere luſtra
Venatuq; acrem iuuat exercere iuuentam
Retia.tela.canes.arcus.plenamq; pharetram
Præbet:& accincto tibi militat agmine luna:
Si libet ardentẽ quom ſol volat altius æſtum
Euitare:ſoporq; oculis blandiſſimus inſtat
Sternit humũ formoſa Dryas.gelidaq; ſub vm
Gramineos pat accubit⁹:vbi mollib⁹ auris(bra
Mota ciet lenem quercus frondoſa ſuſurrum
Ad riui ſalientis aquas vbi plurima garrit
Ales:odorati pingunt vbi gramina flores:
Qz ſi prædari fluuios & aquatica regna
Et glauci delectat opus:maculoſa per amnẽ
Lina moues:amnẽ cuius vada vitrea ſulcant



Tergo alibi lucente greges:vel harũdine mota
Piſcem agis herboſę recubãs in margine ripæ
Et prædæ arridens eſca rurſum induis hamũ
Gaudentemq; ſuo fallis diſcrimine turbam:
Si placet aut laqueo volucrẽ vel fallere viſco
Aut alijs petere inſidijs:vt ab æthere lapſus
Fulminis inſtar:auẽ feriat pede pectore:& ore
Vultur:& aeriæ ſpectacula cernere pugnæ
Hęc nemus.hęc valles.hęc dãt tibi gaudia cãpi:
Vrbe quid ars operũ inuentrix inuentaq; lõgo
Vſu:operũ præſtare queat:quid magna virorũ
Ingenia efficiant:hominũq; induſtria conſtat:
Rura docent vires cœli:quid numina poſſint;
Quid natura ferat:quoue ordine:gramẽ & arbor
Semine quo ſurgãt:quid nix hyberna qd imbres
Quid venti:& cœli regio conferre colonis
Quidue auferre valent:quibus interlunia & iris
Officiant:iris curuo taumantias arcu
Multicolor phœbi radijs & nubibus orta
Quã potare ferũt tepidos e flumine nymbos:
Quod lunę creſcentis op⁹.Quid mane.quid; alto
Sole:quid occaſu facias:armenta gregeſq;
Quis cultus quę cura regat quę induſtria ſeruet:
Rus monet & miris oculos animũq; vacantẽ

Afficit illecebris: mentemq; reſuſcitat ægram:
Aſpice vti ſemen iactum putreſcat & inde
Vis occulta ſoli gremio & genitalibus aruis
Atq; caleſcentis cœleſti lumine phœbi
Irritata rudi tenuem de corpore partum
Ordiri incipiat vultum fœtura recentem
pallet adhuc: mox cęruleum trahit ore colorē
Frons incerta prius ſpecieſq; incognita tandē
Panditur: & foliorum apices in mollia ſurgūt
Spicula: vel manui ſimilis diffuſa virentes
Frons abit in digitos: vel linguę induta figurā
Tenditur: & certo currentibus ordine coſtis
Vndiq; ſerratū creber facit angulus orbem:
Terra parens dulci teneros alit vbere partus
Atq; vligineum bibulis radicibus imbrem
Potat: in exiguis latitans natura cauernis
Et miris alimenta modis in corpora tranſfert
Creſcit opus ſenſim: longo iam ſtipite cortex
In ſolidos circa molem dureſcit amictus
Et liber occultam duro ſub cortice veſtem
Texit: vt incluſum tenui diaphragmate corpꝰ
Ambiat exteriorq; minus chlamys aſperet artꝰ
Fortior in ramos truncus iam ſurgit: & alto
Vertice: ſub folijs vmbroſa comātibꝰ arbor



Accipit hoſpitio volucres: & porrigit vmbram
Pubertate valens & iam fœcundior ambit
Nomen & officium matris ſtudiumq; futuræ
Poſteritatis habens: generandi ardore caleſcit
Iam floret: noua iam proli incunabula ponit
Parturit: & medijs proles de floribus exit
Imperfecta rudis: teneroq; in corpore clauſum
Semen habet: quo cūm mater deceſſerit: arbor
Altera conſurgat ſimilis: ſic prouida rerum
Eſt natura parens: ſua ꝙ mortalia norit
Pignora: vitali ſobolem cum ſemine profert
Cruda nouæ frugis triſtes infantia ſuccos
Emollire nequit: ſenſim miteſcit: acerbam
Duriciem calor eneruat: penetrabilis æſtas
Phlegma coquit: lōgiq; domāt fera viſcera ſoles:
Purpurei tot veris opes tot ruſtica tempe
Delitiaſq; ſoli varias præferre latinis
Faſcibus: & folijs regum ſublimibus auſim
Attalicæ quid gaza domus: quid regia crœſi:
Quid gladijs ſtipatus honos: quid pendula ſemp
Ambitio: fortuna ſagax: ſecuraq; nunq̄
Proſperitas: & perpetuis obſeſſa venenis
Vita tyrannorum: ſumpti pro laude labores
Præcipiti proſunt & eunti in tartara vitæ?

Viue igitur rebuſq; fidem præbere caducis
Neſcius, ad cœlum ſecuro annitere greſſu.

FINIS.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi Libri nunc. V. Sylua prima ad Ioannem Pontanum ex tempore.

CVm legerem nuper curis accẽſus amaris
Vranien Pontane tuam lucẽtiaq; aſtra
Et cœli ſtellantis opes/ egreſſa repente
Luxit vt expulſa ſol tempeſtate voluptas.
Carminibus vis tanta tuis/quantam neq; circe
Nec Medæa ſagax medicis inuenit in herbis.
Triſtibus applaudunt animis:& grandia cantu
Dulciſono totam rapiunt in gaudia mentem.
Hoc erat Amphion/quo mœnia ſurgere fecit.
Hoc erat orphæo quod agebat flumina plectro.
Fœlices igitur/tua qui cunabula primum
Et ſacri videre ortus primordia campi.
Si cœlo in noſtras eſt tanta potentia mentes
Vt canit Vranie/tanti ſit credere fas eſt
Eſſe vagos aſtrorum ignes/cillenia certe



Flãma tibi nimium fauit: nimiũq; potenti
Sidere phœbæum pluit in tua pectora carmen.
Te virides inter lauros baianaq; tempe
Per loca quæ fertur coluiſſe Papinius olim
Pierides aluere deæ. Nos inter opacas
Mintius eduxit ſalices per aquatica Rura.
Inter arundineas, lutris vbi tecta/lacunas.
Propterea mea fila ſitum ſenſere paluſtrem:
Et rudis ex trunco nobis formata ſaligno
Eſt lyra:& articuli reſides/& inutile plectrum
Hos igitur tenues orſus primumq; futuræ
Limen amiciciæ ridentibus aſpice Muſis.

Romæ.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi ad Benedictũ Morandũ cũ legiſſet eius libellũ contra ſenenſes editum cuius oratores corã pio Pontifice max. Bononienſibus ſe præferebant.

COmponẽs veteri pręſentia tpa ſæclo
Siue q huic noſtræ dñatur iertia vitæ
Siue q ætherei noceãt mortalib9 ignes
Seu q tunc natura potens modo feſſa creandis
Fœtibus & longo ſterilis ſit reddita partu.
Præteritis video tantum noua cedere / quantum
Collis auentinus pindo/Palatinus olympo.

Noſtra tamen paulo melior laudiq; priorum
Aemula progenuit fœlici ſidere quoſdam
Quos conferre audet priſcis heroibus ætas.
Hos inter longæuo vſu tua cognita virtus
Te aſſcribi Morande iubet: Nec ſtemata gentis
His opus eſt cenſere tuæ ſplendore parentum
Quanq̄ claruerit late: tua gloria maior
Non eget. ipſa ſibi ſatis eſt. petit æthera pennis
Nequaq̄ icareis: proprias leuat altius alas.
Non vt luna nites alieno lumine: verum
Ipſe tuo: vt cœli princeps & ſplendor apollo
Vtq; tuæ paulum recolam primordia laudis
In tua ſocratici: abierunt pectora mores
A teneris. tibi tunc etiam fuit hoſpita virtus
Et laribus gauiſa tuis commercia tecum
Magna habuit: facta tibi conſuetudine tandem
Nupſit: & æterno ſeſe tibi fœdere iunxit.
Tu puer ingenuas non vt plæbeia iuuentus
Conſueuit longis doctrinæ anfractibus artes
At celeri breuitate capis. facundia venit
Obuia: & occurrit nondum quæſita poeſis
Sponte ſua. tam prona deus tibi ſydera fecit.
Non fuit in graiis tibi res abſcondita chartis
Non fuit in noſtris. Phœbi tibi tota ſupelle





Cognita: & arcanę penetralia magna Mineruę
Tam ſubito ingeniū ſtudiis adoleuit: vt eſſe
Inueniſſe magis q̄ te didiciſſe: putandum
Tu ſapis vt cuſtos ouium parnaſidos aſcræ
Incola: quem ſubito muſæ inſtituere poetam
At poſtq̄ frontis grauitas atq; aſpera mento
Barba virum confeſſa fuit: nō improba nūmi
Eſuries: non ſegnicies: non gaudia ventris:
Non obſcœna venus: nō res flexere caducæ
Publica res animum ſubiit. curare ſalutem
Et commune bonū patriæ: velut ante ſolebant
Fabricii Fabiiq; ſenes mente incipis alta.
Et claros imitans proauos veſtigia nunq̄
Fers obliqua. tuæ pietas cynoſura carinę
Sola fuit regis hoc omnes duce ſidere curſus.
Te tua ſancta fides rebuſq; probata gerendis
Prouida ſedulitas: & maieſtate ſerenum
Os placida: nec non florentis copia linguæ
Ad varias legatum vrbes miſere per orbem.
Munere fungentem tali te hiſpania quondam
Te Italiæ populi videre: & maxima Roma
Sæpius: aſt illo pręſertim tempore: quando
Sena tuæ voluit patriæ temeraria ſeſe
Audaci pręferre animo. Sena inſcia quę ſit

Gloria Felſineæ gentis. Tua Felſina quondã
Etruſcæ ditionis erat caput ante iugoſis
Longi apœnini q̃ Sena inſederit armis
Corporis amiſſis longo iam viribus æuo:
Ipſa ſuum retinens mens inconcuſſa vigorẽ
Ocia neglexit: quantum perferre ſenectæ
Eualuit longis attrita laboribus ætas
Dat priſcæ pietati operam: patriumq; tuetur
Nomen adhuc tardæ morbo: nõ victa podagræ:
Pectoris occulto virtus incocta receſſu
Protulit Entelli cęſtus & robore crudo
Egit præcipitem Senam velut ille ſuperbum
Ac fidentem armis viridiq; ætate Darhetem.
Quo propas animoſe ſenex? Quid pgis in hoſtẽ
Debilis? imbellis quid adhuc bella aſpera tẽtas?
Quid triſtes oneras curis grauioribus annos?
Ocia vult ſenium. placidam tua fracta quietẽ
Membra rogant. pacẽ emeritę cõcede ſenectę.
Quid cupis ad veteres laurũ ſuperaddere lauros?
Nonne tibi ſat ſunt veterũ monumẽta laborũ
Quorũ plena domus? quibus a tellure leuatus
Supra hominẽ iam te magnis heroibus ęquas?
Quid nouus aſſumptis caſus ſudare ſub armis
Impulit? Agnoſco quid ſit. Torpere veterno



Non potes ipſa negat tibi mẽs generoſa quietẽ.
Et patriæ pietas: & neſcia cedere virtus
Iure facis: ſed iura ſuper. vireſq; ſenectæ.
Si Padus adriacis æquet ſe fluctibus: aut ſi
Barbarus euxinis iſter ſe præferat vndis:
Si ſata perfundens meroæis iſica lymphis
Nilus aquas libyci certet ſuperare profundi:
Quo ſtomacho triton: quali excandeſceret ira
Proteus? oẽ maris numen cui mobilis vnda
Aequoris eſt curæ: iuſtis inſurgeret armis
Amphitritæa pro maieſtate tuenda.
Te quoq; dum patriã patriumq; tueris honorẽ
Nec finis exuuias temerarius auferat hoſtis
Communis iuſtas iniuria miſit in iras.
Nam licet in charos pietas ſit magna parentes
In patriã tamen & noſtros eſt maxima ciues.
Ipſa duci phrygio patrem vectare per ignes
Suaſit & ardentis troiæ ſeruare penates
Ipſa quoq; armatum docuit tranſmittere coclem
Flumen: & exciſis excludere pontibus hoſtẽ
Ipſius auſpicijs ſaliens ſub inane baratrum
Curtius æternę meruit compendia famæ.
Hęc eadem mittens inimica per agmina codrũ
Cæde ſua docuit patriam ſeruare labantem.

Thebanūq; ducem ſtrictos ea miſit in enſes
Qui ſua pro populo moriēs amplectitur arma
Hęc tibi viuentes eadem meditata coronas
Te in pugnā Morande vocat: rugaſq; ſeniles
Herculeo accendit mens indignata furore:
Ite per hæc patrum veſtigia ſancta nepotes.
Et veteres imitare viros generoſa iuuentus.
Decreſcit requie virtus: adoleſcit agendo.
Ite per exemplum clari ſenis. ipſe labores
Fortia dum faceret melior pręcordia ſanguis
Vicit: & in rebus fuit indefeſſus agendis.
At poſtq̄ vires abiere cadentibus annis
Ne foret ignauus: vocat in certamina mentē
Excitat ingenium. priſcas reminiſcitur artes.
Ruminat elapſum tempus: metitur olympū
Stellarum cognoſcit iter. complectitur orbem
Terrarū vigilanti animo ſubit æquora: cœlum
Scandit: & in ſumma mūdi videt arce ſedentē
Qui regnū tenet omne deū. videt ordine ferri
Omnia perpetuo: certa videt omnia lege
Et ſine lege nihil fieri. facit eſſe beatum
Mens tranquilla ſenē. longe iuuenilibus annis
Dulcius hoc ſenium. Vita hæc ſyncerior illa
Quæ leuibus ſtudijs omniq; libidine ſordet.



Multum igitur tanto ſtudioſa Bononia ciui
Vltoriq; tuo debes. ſi fecit Achaten
Troius Aeneas tanti: ſi Neſtora tanti
Inclytus atrides. nec te decet eſſe tuorum
Immemorem. & qui te totiēs iuuere iuuandi
Ad vitæ ſummā vſq; diem: monumenta ſepultis
Danda: & ſi ſupereſt in poſteritate colendi.
Forſitan ante Pij ratio q̄ cœca Secundi
Eſt perſuaſa ſuæ palmam concedere Senæ
Crediderim ob triſtes radios frigentis aquarij
Qui tibi naſcenti primum illuxiſſe feruntur
Et veneris feciſſe odium: tepuiſſe parumper
Ingenium: & linguæ plectrum cecidiſſe diſertæ.
Addeq; extincto ſenibus facit omnibus igne
Somniferum natura gelu: quo incuria rerum
Immemor & tardo rediuiua infantia ſenſu
Pullulat: & ſimilis vitæ ſubit vltima primæ.
Corde latentem animum dolor irritauit: amorē
Ante oculos patrium manifeſtæ iniuria fraudis
Traxit: & accendit corda: ac iuueneſcere fecit
Et nondū extinctos pietas noua flauit in ignes.
Vere nouo lætus iam ſole ſub æquora lapſo
Cum ſubicit paſtor ſtipulis humentibus ignem
Ante habeat q̄ flāma viam: q̄ viſcera lambat

Intima/cum pugnare opus eſt elemẽta. calorem
Frigora & humores abigunt, calor igneus vrget
Frigora & humores, ſtipuliſq; exire coartans
Colligit in fumi nebulas, quas tollit in altum
Impetus ardoris: glomerantq; per aera venti.
At poſtq̃ victrix ſuperato frigore flamma
Emicuit/ſubito vires afflantibus euris
Explicat: atq; pyram rapido complexa volatu
Vndiq; ſtridentes paleas vorat, atq; cacumen
Iam ſuperans vento nunc hac nunc annuit illac.
It cœlo ſcintilla rubens, extincta fauillam
Reddit: & in terras albo pluit arida nimbo.
Paſtores qui tunc pecoris vel ſepta reuiſunt
Vel tempeſtates notis ſpeculantur in aſtris/
Vt nigrum prius aſpiciunt rareſcere cœlum
Flãmicomos altis ſpectant in montibus ignes.
Sicq; diu languens vbi tandem ſoluitur ardor
In ſublime volans vacuũq; per aera ludens
In ſe hoim longinqua mouet ſoli æmulus ora.
Sic tua mens ſi forte fuit ſopita veterno
Elicuit radios longe lateq; micantes.
Tantaq; de paruo prodire incendia trunco
Miratur quicunq; animi non nouit & artis
Poſſe tegi modico magnas in corpore vires


Res breuis eſt fulmen paruæq; in corpore nubis
Quod facit attonitos homi͂es: quod diruit alpes.
Parua ſilex ignem cludit/quo maxima ſylua
Conflagrare poteſt. arſuræ incendia troiæ
Claudebantur equo: paruis mẽs maxima mẽbris
Clauſa latet. cui ſi liceat ſe extendere/late
Regnat: & ex breuib⁹ lignis magnũ excitat ignẽ.
Vt ſublime voles/hominũq; per ora feraris
Non opus herculea quæ monſtra i͂mania claua
Suſtulit/aut arcu/quo ſæuum inuaſit adulter
Dardanus Aeaciden. nec qua cyllenius harpe
Cuſtodẽ inachiæ fertur domuiſſe iuuencæ.
Sed neq; palladio quo ſtrauit gorgona vitro
Perſeus aut alis ſyriæ quibus iuit ad vrbes.
Sola animi virtute opus eſt. Sint corpora q̃q̃
Aegra poteſt/virtus decus immortale mereri.
Ipſa homines facit eſſe deos. ingentia facta
Conſtat ab ingenij potius q̃ corporis orta
Viribus. Eſt diuina animis vis inſita noſtris
Quam quicunq; bonas ſtudet exercere per artes
Tranſit in ætherios ciues: & poſſidet aſtra
Quantum mortales alios præcellit olympum
Tantũ adit: eſt quidã gradus excellentia ad aſtra.
Incipit aſcribi cœlo. diueſcere ſenſim

Incipit. & ſuperis pleno iam concolor æuo
Libera deſertis abit in ſua ſidera terris.
Non ſecus ac volucrum nidi/cum facta volandi
Copia/dant alas ventis:& vela figurant
Oblati ignauæ prima incunabula vitæ.
Sic & poma diu prius immanſueta colonus
Negligit: at poſtq̃ feritas crudumq; receſſit
Ingenium/color aſpectu iam lumina pulchro
Iam nares inuitat odor: ſpon detq; palato
Dulce aliquid. tum vimineis matura caniſtris
De matris collecta ſinu portantur in vrbes:
In procerum thalamos/nitida in conclauia regū
Sic mens vt ſcelerum fœda ebulliuerit vnda
Atq; bonos longo in ſe habitus contraxerit vſu
Iam matura fugit terras. Vindemia mors eſt
Spirituum. meſſis mors eſt. ſunt horrea cœli.
Vinitor & meſſor deus eſt: diuiq; miniſtri.
Quare age docte ſenex ſenſim morientia mēbra
Neglige victuræ ſemper cole numina mentis.
Vtq; ſoles doctis patrium decus aſſere chartis.
Et conſcribe manu nunq̃ moritura trementi
Carmina. Te a nobis ſero precor auferat æther
Nec videant ſtygiæ te poſt tua funera ripæ.

FINIS.



Bap. Mantuani Carmelitæ Theo. ad Ioannē
Baptiſtā Refrigeriū de aduentu Ioānis Ba-
ptiſtę Sabelli Bononiæ Legati. Carmen.

VT cupis & fama ē gētis Baptiſta ſabellę
Immortale dec⁹/ſacriq; ęterna ſenat⁹
Gloria: felſineā Roma legatus ad vrbē
Mittitur æmiliam iuſtis recturus habenis:
Aruaq; longæuæ quondā ſubiecta Rauennę.
Non hic primus honos. iſtis non incipit annis
Tanta viri virtus. vetus eſt:& cognita paſſim
Tuſcus ager nouit. Romæ meminere penates
Flaminiæ meminere vrbes. Tua Felſina (ciues
Percuntare tuos) non eſt ignara. vocabat
Ipſum inopū legumq; patrem: dū talia primo
Lora magiſtratu regit iſta per oppida quondā.
Ergo diem celebrare bonam gaudere ſecundis
Rebus opus: ſuperiſq; nouas perſoluere grates
Per fora conſurgant cōcors phæbiſq; patrūq;
Lætitia:& celſis rutilent in turribus ignes.
Pendula ſuſpendat paries aulæa ſuperbo
Splendidus ornatu. pictus venabula gallus
Vibret:& intextę volitēt per ſtagna volucres.
Ipſe crebro rutilent aræ, templa ardua fumēt:
Et caua multiſonis reſonent tinnitibus æra.

Geſtiat omnis ager. fieri iubet vndiq; plauſum
Communē cōmune bonū. caput hactenꝰ ęgrū
Eleuat. & frontem virtus attollit apertam
In vires reditura ſuas: habitura fauorem
Præſulis: & mores emendatura nefandos
Gentis inhumanæ: quo ferrea ſæcula tandē
Duricia eiecta vetus inſtaurentur ad aurū.
Nil optare poteſt vnq̄ reſpublica peius
Rege malo: nil rege bono præſtātius. omne
Diſſipat omne bonū ſine lege licentia regum:
Vt boreas frondes: glacialis vt hordea grādo.
Libertas eſt ſumma bonis ſub principe iuſto.
Roma ſub auguſto poſtq̄ pacata fuiſti
Quę tibi libertas potuit cōtingere maior?
Quæ tibi traiano melior fortuna reluxit?
Felices igitur populi quos viuere diui
Concedunt ſub rege pio: Quid ſæcula fecit
Aurea? Saturni pietas: clementia Iani.
Iſte ſenatores atauos: & magna parentum
Stemata non iactat. nec inani turgidus aura
Deſipit. at ſacras leges ineunte iuuenta
Socraticos mores: fidei documenta recepit.
Vt patriæ meliorē operam præſtaret: & omne
Officium: ſeſe iuuenis formauit ad omne



Tam belli q̄ pacis opus: non horruit vmbrā
Carceris obſcuri: non formidanda minantū
Ora tyrannorū: mortem perſuaſus acerbam
Pro virtute pati: pro relligione tuenda.
Viuit in hoc Fabius: viuit Cato. viuit Horati
Ardua mens victo pontem qui rupit etruſco.
Viuit Anaxarchus. Viuit genus illud auorū
Qui Romā rerum dominā fecere. Quod ergo
Egregium facinus non eſt felicibus huius
Auſpicijs ſperare datum? Reuocate cadentes
Innocui ciues animos. ſperate reuerti
In decus antiquum. florere videbitis vrbem
Vt maio redeunte ſolum. Sperate quietem
Principe ſub tanto. leges conſultaq; patrum
Inſtaurare parat: ſcelerūq; extinguere cauſas.
Ergo decus patriæ ſanctoſq; reſurgere mores
Te gaudere decet: virtus cui ſtoica ſemper
Eſt comes: & tetricos Senecas colis/ atq; Catoēs.
Viue diu: cureſq; tuam Baptiſta ſalutem.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi.
Villa Refrigerij.

IDaliū cypri laudāt/ vbi mater amorū
Callida dardaniū ſecreta in ſede nepotē
Clauſit/ vt occulto reginā accēderet igne.

Rura ſyracuſij celebrant trinacridos hyblæ:
Rapta vbi deſeruit cõites Proſerpina nymphas.
Cęcropidis vicina placēt iuga mõtis hymetti
Floribus æternis cultuq; comantia verno
Semper:& hybernis nunq̄ viciata pruinis.
Corycon extollunt cilices:& aperta virenti
Antra ſinu:& croceis halãtes floribus hortos.
Littora quę heſperi⁹ Bethys garamãtib⁹ auſtris
Obijcit:ora ſuas miſere per omnia laudes.
Theſſalicos etiam celebrat ſua græcia lucos.
Alcinoi phæacis opes cocira:ſuorum
Decolor heſperidũ veteres Maſſylia campos.
Accola Parthenopes biferi viridaria peſti:
Atq; dicarchei florentis littoris oram.
Et ſua Benaco fama eſt:licet alpibus altis
Cinctus ad algentē vada vitrea porrigat vrſam
Quicquid enim Baiana ferũt:gauranaq; tempe
Ipſe habet:ipſe oleę locuples:inſignis hiacho
Et lauro dumeta virent.& littora myrto
Luxuriant:curuata gemit ſub põdere cedrus.
Arbor hydaſpæis:quam media miſit ab oris
Fruge magis q̄ frõde valet:rubor aureus orbes
Veſtit odoratos.decorant prouentibus iſtis
Nobilium menſas:& eunt per prandia regum.



Me vero delectat ager/qui reſpicit ortum
Flaminiæ in paruos vbi mons veſtigia colles
Tendit:& accepto tellus manſueſcit aratro.
Propterea tua rura iuuat Baptiſta parumper
Viſere:& inceſſu tumulos aſcendere lento/
Aclustrare locos omnes:vbi ludere nymphæ
Sæpe ſolent.vbi feſſa dryas ſub mitibus vmbris
Accubat.in gelidis vbi mollis oreades antris
Herba fouet. Diana ſuas vbi ſæpe pharetras
Soluit.& eneruí dormit ſub frondibus arcu.
Et quia lætitiam carmen decet/arua canemus:
Arua vbi fruge noua gaudent certare quotannis
Bacchus & alma ceres. vbi copia diuite cornu
Fundit opes vbi vite cados/meſſe horrea cõplet.
Audiet iſta tuus iam ſegnis auunculus æuo
Florius/& legum ſolitus diſſoluere nodos
Nobiſcum virides circum ſpaciabitur agros.
Qua montana iugis vndam elaterna ſonantem
Elicit/& curſu montē fugit alueus albo
In zephyrum vergens. modico cubat edita cliuo
Sacra domus phœbo tenui fundata ſub arce.
Pauperis Ociami.q᷑ amet locus ocia/nomen
Sumpſit ab antiquis:dextra læuaq; perennes
Sub cliuo voluuntur aquæ de fontibus altis

Per fruticum ſyluas per prata virētia lapſæ.
Altius elati colles vtrinq; leuantur:
Hic videt occaſum/ſolem videt alter heoum.
Fingere parnaſi biiugum caput/oraq; bina
Naturam voluiſſe putes: quaſi cirrha cacumen
Hinc leuet. inde ſacro reſpondeat ore citheron.
Lucifer aſcendens primas hic porrigit vmbras:
Prima rubens iſtos colles aurora colorat.
Hos oriens & cum medium tenet altior axem
Sol videt: & quando ſubit oceanitidas vndas.
Hinc licet Eridanum phaethontiadaſq; ſorores
Adriacūq; videre fretum lataſq; paludes
Quas montana pado late vomit vnda refuſo.
Concaua falcatos flectunt duo brachia montes:
Atq; theatralem vallis curuata figuram
Accipiens multa cingit latus vndiq; ſylua.
Hic nunq̄ fera ſæuit hyems: quia proxima ponti
Aequora titanis radios iaculantur in omnem
Flaminiam. magnis montes ne tranſeat æſtus:
Molibus occurrunt. phœbiq; coercita virtus
Cogitur aggeribus rura in ſubiecta reuerti.
Fitq; calor frenans hyemem/boreamq; retundēs
Hic nunq̄ coquit arua canis: nam lenibus auris
Afflatur prætenta mari: nec læditur auſtro,



Aereis defenſa iugis: aquilonibus ora
Tota ſalutiferis eſt obuia. tota ſerenos
Admittit zephyros: totam perlabitur eurus.
Paſcua pingue pecus ſatis indicat. aſpice tauros
Per dumeta vagos. quæ gloria cornibus altis.
Quantus ineſt oculis faſtus: palearia mento
Quanta cadunt: pingui tollantur vtilia tergo.
Aſpice oues pecus innocuum: vix vbera portāt:
Fertilitas tam lęta nocet. quæ gramina tondent
Luce: reponuntur noctu. tam ſtrenua tellus
Tam riguum tam pingue ſolū. ſunt humida rore
Gramina adhuc: medio cū ſol iā feruet olympo.
I āpeties armenta vetus quæ prædicat ætas:
Quæ tulit alcides de littore gerionæo:
Quæ in tyriis habuit campis ſarranus agenor:
Quæ prius in Cæa. quæ mox ſardoa per arua
Pauit Ariſtæus q̄ q̄ ſint inclyta fama:
Dicite: quid poſſunt habuiſſe ſuperbius iſtis?
Aſpice vt in ſummas ederis ſerpentibus vlmos
Læta ſub ornatu viridante ſuperbiat arbor
En frondes mentita ſuas decus arrogat illud
Ipſa ſibi. inſultatq; aliis: cum vertice caluo
A miſere comas borealia frigora paſſæ.
Non venit ex libycis opulentia maior ariſtis

Nec Rhadamanthæis melior vindemia pendet
Vitibus. agricolas nunq̃ tritura fefellit
Paupere prouentu: nunq̃ fraudauit hiacchus.
Nec fluit ex iſtis vindemia collibus vna.
Nec vineta genus ſimplex ſortita. lageos
Deluſura pedes oculis factura tenebras
Hic viret. & gelidis oriunda ex alpibus olim
Rhetica/ab antiquo nimium laudata Catone.
Dactylides. pſythiæ preciæ vindemia prima
Vltima bumaſtus grandes imitata mamillas.
Sunt miſſæ a leſbo: ſunt ex Mareotide natæ/
Atq; thaſo chioq; ſatæ: ſed ſingula vanus
Connumerare labor. quia copia carmine maior
Sunt humiles breuibus valli diſcrimine paruo
More gregis iunctæ. ſunt quæ mediātibus annis
In longas directæ acies vaga brachia tollant.
Sunt quæ ſublatæ fulcris maioribus audent
Contextas equitare trabes/vt aperta diurnis
Solibus offendat pendentem porticus vuam:
Sunt quæ incuruatis faciunt vmbracula ramis
Inuia Titanis radijs: vbi pinguia fument
Prandia: & æſtiuo calices onerentur hiaccho.
Sunt quæ ſūma velint tabulata aſcendere: & altis
Portari arboribus: circumq; cacumina ductis



Palmitibus totas abſcōdere frondib⁹ vlmos.
Paret humus dominis: quicquid iuſſere coloni
Tam docile ingenio: tanto valet vbere: cœli
Tam faciles: breuibus natura coagulat horis.
Quid pingues oleæ baccas: quid munera dicā
Matris athenęæ? flectit ſub pondere ramos
Pauſia. nec min⁹ eſt radijs onus. Orchites ęquāt
Orbe iouis glandes. Viridem vidiſſe taburnū
Et tyburtis agros: noſtri quoq; littora ponti
Conſita oliuetis memini. genioſior iſtis
Non eſt viſa locis vitæ væ ſalubrior ora.
Cerne capillatum caput vſq; ad nubila pinos
Tollere: & aereas ſuperare cacumine turres.
Aſpice melliferas frōdes: quib⁹ inguina primi
Abſcondere patres. Libycis quę venit ab oris
Sponte ſubit malus ſciſſoq; rubentia poma
Cortice ſuſpendens tyrio grana inficit oſtro.
Caſtaneæ tunicas vt matrum viſcera pulli
Viperei laniant: ridere patentia apertis
Dentibus ora putes. rigidaq; horreſcere barba.
Singula quid memorē? Phæacia rura videntur
Huc tranſlata. vijs adeunda liquentibus arua
Heſperidū. riguis tempe caua vallibus inter
Aemoniæ montes veniſſe fatebitur illa

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Atlas:& hęc homolus lapytis habitat⁹ & othrys.
Ecce ſub ociamo qua ſol cadit: vbere vena
Naſcitur:& viridi cingẽs vada margine lympha
Cogitur in frontem. pleno qui gurgite riuum
Parturit. ille ruens cliuo ſtrepit: atq; ſonorum
Voluit iter. properãſq; ſubit claternidas vndas
Caſtalio ſimilis: paruam qui flumine ſacro
Phocida percurrẽs caput in parmeſſide condit
Rupe ſub vmbroſa denſis vbi pendula ramis
Frondea tecta vetant æſtiuum accedere ſolem
Innumeræ ſtabulãtur aues. Viden illud opacis
Sub folijs gelidum hoſpitiũ. cui populus albis
Imminet alta comis: tenues vbi riuulus vndas
Elicit humectans veſtitam gramine rupem?
Aſpice garritu quanto: q̃ dulcibus omnes
Exercentur aues ſtudijs. hæc pabula natis
Inuehit. illa fouet nidos: canit altera Regis
Martigenę iceſtũ memorãs: Philomena pemptũ
Plorat itym. ploratus itys legit hordea picto
Tergore. perfodiens duro caua robora roſtro
Rex latij quondam proles ſaturnia picus
Purpureis veſtit regni memor ilia pennis.
Sedula per ſtipulas tenera cum prole coturnix
Paſcitur:& magno natorũ examine perdix.



Iam natura loci ſatis eſt monſtrata deinceps
Tecta refrigerij modico ſita monte canamus.
Area veſtibulum quadris circundata muris
Efficiens monti pluuioq; obnectitur auſtro.
Veſtibuli lata ingreſſum dat porta patentem
Et tecto veſtita breui teſtudinis altæ
Accipit occiduum ſolem foris vndiq; diuos
Quas larium tutela: auro minioq; nitentes
Aduentanti offert. ac relligione ſuperbit.
Ad boream ſublime leuat domus ardua culmẽ
Et campis pretenta viam videt aggere ab alto
Quæ petit adriaci rubiconia littora ponti.
Hęc ſunt terga domus. ſed frõs ſe tollit ad auſtrũ:
Totaq; puniceis veſtita ruboribus ardet.
Ianua prima domus valuis breue pãdit apertis
Atriolum. viuis vtrinq; ſedilia ſaxis
Accipiunt feſſos. hoc ſunt inſignia patrum
Circũpicta loco:& laudis monumẽta vetuſtæ
Plurima: quę agnoſcat veniẽs ac plegat hoſpes.
Excubat hic & ...dus hero prima atria ſeruat
Crine grauis longęq; comę ſub põdere tardus
Corporis exigui catulus ſed acerbus & aſper.
Ore minax: oculis ac dente ſimillimus apro
Quẽ quondã Meleager apd̃ Calydona pemit.

Stant curuę toruā in frontē pro cornibus aures.
Pars ſuprema rubet: totū coma candida veſtit.
Altius in lumbos ſurgens in ſeq; reuerſa
Cauda iubis micat: & paruū finitur in orbem
Cerbereas acuens diris latratibus iras
Submouet ignotos: & nunciat ædibus aulam
Altera iam foribus monſtrat bipatentib⁹ aulā
Ianua veſtitam aulæis & imagine pictam.
Hic ſua Parnaſus tollit iuga: ſurgit in altum
Et nebulis Elicon vicina cacumina iungit.
Caſtaliæ ſua rura deæ: ſua flumina luſtra
Et citharizantes nymphas comitatur apollo.
Tres ſoles: totidem flammę: tria corda ligātur.
Myſtica ſigna: ſuus quæ ſolū intelligat autor.
Hic maris & terræ domitor: cui gloria magnū
Fecit & æternum nomen Pompeius in orbe
Nec totus quoniam virtus ducis inclyta maior
Orbe fuit caput atq; humeros ac pectora ſolū
Monſtrat. in his mēbris mēs nr̄a ſimillima diuis
Fulget. & hic animi manifeſta apparet imago.
Circulus in gyrum poſitis inſignibus extra
Cingitur. hæ laudes ducis vltra ſidera notæ.
Pars prior iſta domus abeunti peruia phœbo
Tota dies: tota excluſis luſtrata tenebris



Ipſa ſinu immenſo late patet. alta lacunar
Coniugat excelſum tabulis laquearia pictis.
Lauta renidentes hic ad conuiuia menſas.
Hoſpes ad hybernos ignes ad opaca per æſtum
Frigora ſemper habet. toto locus vtilis anno.
Ad libyam duo iuncta vno penetralia clauſtro.
Hic herus & cōiunx habitant. hic pronuba iuno.
Hic ſine fraude fides/pietas ſine labe. pudorq;
Inuius. it vicio probitas obnoxia nulli.
Hoſpitis eſt boreas. vbi ſtrata cubilia cultu
Magnifico. hic noctu ſomnos hic ocia luce
Fas agere: & curis genio indulgere ſepultis.
Porticus auroræ longis obiecta columnis
Reſpicit oppoſitum collem/cui Pallas oliuam
Cui Bromius vitē/myrtū Venus/& Berecynti
Diua dedit pinum. ſoboles hyperione nata
Virgineam laurum. Collem qui vertice ſemper
Frondet odorato viridiq; abſconditur vmbra.
Scande domū/primoſq; gradus: hic ordine eodē
Sunt totidem partes: iterataq; membra videbis.
Scande iterum. congeſtæ onerāt granaria meſſes
Et coaceruatis fruges prouentibus altæ.
Subter humum caua cripta cados & mollia vina
Claudit: odor longo ſpirat mareoticus antro.

Plurima prætereo longis quæ extendere chartis
Non ſinit hora fugax/& anhelo concita curſu.
Eſt tamen hic noſtro quod non decet ore ſileri
Nagnũ aliud Baptiſta decꝰ:quod hymettia ſaxa
Et quicquid libyca vehitur rate marmoris alto
Vincat/& aurato fulgentes ære columnas.
Fida thori conſors tua Margaris/altera Dido
Altera Penelope/tenera venus altera forma.
At quia non ſatis eſt oci neq; temporis/iſtas
Differimus laudes:alia modo currimus aura
Plutar. Hic ſedem Plutarchus habet:peregrinaq; noſtris
Comparat: & magno heroum facta explicat ore.
Liuius. Hic pater hiſtoriæ Liuius graue grande ſuperbũ
Fatur:& eloquio terſo dulci atq; venuſto
Saluſtiꝰ. Magnificoq; ſonans Romana Saluſtius acta.
Strabo. Hic Strabo velut ex alto ſpeculatur olympo
Regna/vrbes/pelagi tractus:quod circuit orbem
Quod dirimit terras mundũq; amplectitur oẽm.
Plinius omne genus rerum quas dędala finxit
Plinius. Mirificis natura viỹs ſalebroſus & aſper
Verba coagmentans duris coeuntia neruis
Libat.& immenſi numerat miracula mundi.
Cicero Hic Cicero cui dicendi ſuprema facultas/
Et ſermonis apex:rigidis cui fortior armis



Lingua/per ęthiopum populos audita/per indos
Hic Aeneis opus:cui non certauerit omnis
Græcia.naturam ſuperat deſcendit ab aſtris
Ab Ioue defluxit.lepor ĩmortalis in illa eſt:
Maieſtaſq; deum latebris confeſſa latentem
Corporeis:qui qualẽ hoĩem decet eſſe/monebat
Crimina mordaci venuſinus Horatius ore
Taxat:& extollit lyricos ad ſidera cantus.
Hic magni ſophiæ autores.Stragyræus:& alta
Mente Plato conſulta deum qui nouit.:& omne
Quod licet externo quod ſcire,mathemate nr̃o.
Hic Stridone ſatus loquitur pater ore.trilingui.
Acris energiæ ſtimulis mortalia corda
Sollicitans.rapidis acuit deus enthea flammis
Pectora.& acclamans tonitru facundia magno
Fulminat:ac verbis animi tonat impetus altis.
Hic ſedem pater Hipponis Carthagine natus
Auguſtinus habet.cuius ſapientia fontis
Inſtar inexhauſti per mille volumina fluxit.
Hic aliỹ plures:quos enumerare volentem
Copia fruſtratur vicinaq; veſpera nocti.
Hæc ego dum diræ fugiens contagia peſtis
More hoĩm ruri tecum moror/ociamoq;
Dũ fruimur/luſi noſtrũ hoc breue munꝰ habeto.

Bap. Mant. depcatio p ſalute Aemilij Romani.

PHœbe quid Aemilio febrem ſinis eſſe moleſtam?
In tua quid iuris corpa langor hẽt?
Tu pater herbarũ/tu vim medicaminis omnem
Per maria & fluuios mittis & omne ſolum.
Viribus vſa tuis ſubigit Medea dracones/
Terrigenaſq; viros/igniuomoſq; boues.
Vulneris auxilium non lariſſea tulerunt
Spicula/ſanatrix ars tua phœbe fuit.
Tu piper & myrrham caſias & cynnama profers:
Et redolens opus eſt thurea virga tuum.
Tu paris hybleum nectar/paris attica mella:
Sunt etiam munus medica mala tuum.
Tu coquis albentes in apricis collibus vuas.
Gnoſia vina paris: vina falerna paris.
Quæ generant humiles fœlicia balſama ſyluæ
In hiericuntino ſunt tua dona ſolo.
Tu facis æſtatem tu ver/hyemẽq; niuoſam.
Eſq; potens pluuiæ/grandinis/atq; gelu.
Luna regit menſes/tu cynthie dirigis annos
Illa colit tenebras. tu iubar atq; diem.
Semina cum liquida tu digeris omnia tethy
Quæ freta quæ tellus quæ leuis aer habet.



Tu liber: tu ſancta Ceres. Tu numina plura
Nã quia multa potes: nomina multa tenes.
Omnia comburis ſub eodem ſidera ſigno
Omniaq; imperijs ſubijcis aſtra tuis.
Sola tuam claudit veniens ſoror obuia luce:
Et tua liuenti lumina nube tegit.
Diſplicet id ſuperis. Ideo pro talibus auſis
Non leue vindictæ conſtituere genus.
Namq; viã lunæ noctis voluere per vmbram
Vt chaos & tenebras diſcat & ipſa pati.
Ergo quid Aemilio febrem ſinis eſſe moleſtã?
Cur tam dira lues hęc tua membra premit?
Hic tibi primæuis vix ablactatus ab annis:
Obtulit. ætatis tempora tota ſuæ.
Nullus in aonijs argutior ambulat oris:
Seu numero currat impare: ſiue pari
Ad domini funus cecinit miſerabile carmen:
Vnde tua meruit tempora fronde tegi.
Nunc iacet: & morbo dolet eneruatus acerbo
Mœſtitia triſtem debilitante animum.
Non redit ad dulces muſas. heliconidas vndas
Non valet infirmo ſollicitare gradu.
Plectra iacẽt: lyra muta ſilet: ſine carmine lãguẽt:
Et viduæ ducunt ocia longa fides.

Vitales aperi fibras: artuſq; iacentes
  Erige. nec ſtygius polluat ora color.
Quale gigantæis poſt aſpera bella tumultus
  Te memorant carmen concinuiſſe ioui.
Tale tibi referet: cum te præſtaſſe ſalutem
  Senſerit: & medicas applicuiſſe manus.
Et cecidiſſe tuis veterem phitona ſagittis
  Dicet: & auxilio pergama facta tuo.
Qꝫ te: qꝫ triuiam pulcherrima thea ſororē
  Progenuit. Sedes cur tibi quarta datur.
Curve tuo mitem curru premis Aphrogeniā.
  Curve ſub ardenti ſidere martis eas.
Cur veneris claudo cur martia furta marito
  Detegis: occultum nec ſinis eſſe ſcelus.
Quid ſibi vult phœb⁹. quid ſol: qd nomē apollo
  Et cur te rhodij lœmion eſſe canunt
Cur tibi det titan: & cur cognomina delos.
  Nomina cur cynthus cur tibi tymbra facit.
Cur lycius cur Grineus cur Sminthius eſſe
  Diceris. & clarius Chryſocomuſq; deus
Cur Mirhinus: cur Cyrrhęus: Pæanq; vocaris:
  Vnde tibi argenetes nomen & ortygius.
Argolico ritu quare Argyrotoxus: Agyleus:
  Ac nomius: Quare dictus Alexicacon.



Vlion adiunget cur te mileſia pubes
  Cur Graio veteres ore phaneta vocant.
Quid ſibi tela volūt: qd laurea ſerta: quid arc⁹:
  Quid lyra: quid crines / quid iuuenile decus.
His alijſq; tuas mulcebit verſibus aures.
  Et tua pimplæo carmine dona canet
Phœbe pater vatum cōmunibus annue votis
  Proq; tuo fuſas accipe vate preces.

FINIS.

LIBER. nūc VI. SYLVA PRIMA.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi ad Alfonſum Calabrię Ducē p recepta hydrōte.

REgia progenies regniq; habitura coronam
Cum pater accepto diuos augebit olympo
Cognita tyrrhenis olim tua gloria: quando
Caſtra ſup collis Bonſci iuga ſumma tenebas:
Non italos tantum populos vicinaq; regna
Verū & barbaricas longe mouet vndiq; gētes.
Qui iuga qui cāpos qui rura vrbeſq; frequentant
Et qui cærulei ſulcant vada naue profundi
Te noctu te luce canunt. Tua ſola loquēdi

Materiam prębens volat ora per omnia fama.
Inq; tuas populi coeunt per compita laudes.
Non ſecus ac cum ſtella comã crinita micantẽ
Explicat:& ſubito tenebras illuminat ortu:
Fatalis noua mortales incendia flammæ
Mirati alternis ineunt noua murmura linguis.
Et nouus eſt cũctis ſermo:nouus om̃ibus ardor.
Omnia quę circũ pelagus ſunt hoſpita nautis
Littora in immẽſo oceano vel in ęquore noſtro
Concordi te voce ſonant.orbiſq; videtur
In laudes certare tuas.Tibi totus Apollo
Militat & ſacrum reſerant helicona camœnæ.
Tota cohors confeſſa nouo noua gaudia cultu
Inſtaurata parat citharas.prolata ſupellex
Tota recenſetur vacuis penetralibus arma
Militiæ ſacrata ſuæ ſuſpendit ab omni
Arbore p ſyluas Aganippidos Hippocrenes.
Euigilant vates:grauiumq; ingentia rerum
Pondera metiti reſident.minus hectora iurant
Et minus æacidas auſos. Arſiſſe fatentur
Omnia naſcenti tibi quæ victoribus aſtra
Illucere ſolent magnis:& ferre triumphos.
Iuppiter vt perhibent(etenim tua fata notari
Fecit opus tantum)crinem circundedit auro.



Sceptra dedit.grauitas oculos ſaturnia triſtes
Fecerat/& vultus cum maieſtate ſeueros.
Non eſt paſſa venus.ſed regia leniter ora
Mitibus afflauit radijs & dulcia fecit.
Mars dedit armorũ ſtudium:mortiſq; timorem
Abſtulit ignito luſtrans precordia ferro.
Cor magnis regale animis quod ſeminet aurum
Quod contẽnat opes/qđ magna negocia voluat
Sol qui cuncta ſuis acc endit ſidera flammis
Imbuit/adijciens famæ immortalis amorem.
Luna voluptatũ domitrix compeſcuit ignem
Quẽ nimis accenſo venus inſpirauerat aſtro.
Maximus ille opifex rerum qui regnat olympo
Ad tua tam dextro venit natalia cœlo.
Hinc hoĩm te tantus amor :te bella gerentem
Tanta fides ſequitur:tanta eſt in rebus agendis
Proſperitas.totiens vincis/totienſq; triumphas.
Etruſcas iam pridem artes anguiſq; ſuperbi
Scintillantem iram ſuperaſti & ſibila colla.
Iam venetos faſtus atq; impatientia freni
Ora capiſtrato miſiſti in vincula mento.
Et q̃ q̃ bellorum opifex aduerſa Robertus
Arma ferens tibi tam validis obſiſteret auſis/
Non tamen eualuit tantum ſe attollere toto

Robore/quin clauſis fugeret leo territus alis.
Tu mare claſſe premis/tu forti milite campos.
Tu penetras altis poſitas in cotibus arces.
Auſonioſq; armis genus inſuperabile calcas.
At modo thraicios hoſtes machometica caſtra
Finibus eijciens noſtris & Iapygis ora
Non Calabros tantum ſaltus vrbemq; receptam
Brondiſijq; lares/& rura lacinia longe
Ac lacedæmonij tutaris iura Tarenti/
Verum oẽm Italiam ſicut qui littora ſeruat
Vicinos omnes tractus ſubducit ab vndis.
Et q̃q̃ fatis ea bella ferentibus eſſent
In latios traiecta domos/licet arduus æther
Mitteret hæc ſceleri tam dira piacula noſtro/
Tu tamen auertis. maior tua ſidere virtus
Fata viroſq; domat. prohibetq; oracula vatum
Obſeruare fidem/quæ dura hæc bella canebant.
Quid legim⁹ ſtellas? quid cœli inquirim⁹ ignes?
Temperat excellens humana pericula virtus:
Imponitq; aſtris frenos:& numina vincit.
Deniq; tota ſalus populorum in rege repoſta eſt:
Et cõmune bonum. Si mens tibi læua fuiſſet:
Tardaq; frigentes hebetaſſet inertia ſenſus:
Heu quantas italis clades: quot ſæua parabant



Funera ab arctois venientia gentibus arma.
Iam ſtygię intortis crinita draconibus ora,
Extulerant furiæ: iam littus erinnyes: omne
Vexabant Calabrũ: tria guttura Cerberus hauſto
Iam cædis nidore parans ſugebat apertis
Faucibus. Alecto audita eſt vlulare per vrbes:
Atq; errare fremens & anhelo accenſa furore.
Cui mors atra comes. flebat Garganus:& altum
Iam caput obſcura nebularũ abſcõderat vmbras
Mœrebat longæua Croton. Sybariſq; ſepulta
Mœnia:& afflictæ mœrebant Cratidis vndæ.
Ipſa quoq; horrebat cædem bibitura ſuorum
Terra parens hoĩm. Paſſim reſonantia mœſtæ
Halcyones lugubre dabant per littora carmen.
Illa flagellando rabies Otomanica mundo
A ſtygijs egreſſa vmbris vt ſuſtulit armis
Regna pelaſgorum: poſtq̃ eſt Aulone potita:
Tranſijt ad Calabros: vbi mox hydrõte ſubacta
Conſumpturum oẽs italos accenderat ignem.
Tu prohibes. Tu ne vlterius tam atrocia ſerpant
Bella/vetas: primoq; necas in littore martem
Tam imanẽ/tã ſanguineũ/tanto agmine miſſum
Tu fidei vallum excelſum. Tu ĩmobile Romæ
Preſidium. quo/non aliter q̃ littore fluctus/

Omne hoſtile odium fruſtrata eliditur ira
Manlius excelſo Capitoli a vertice gallos
Deijcit. exuuias hoſtiq; ablata Camillus
Signa refert. lento fabiana induſtria bello
Conterit Hannibalē. Valeri præſtantia Pyrrhū
Reppulit inſtantes velut æquora cōcita cymbros
Marte potens Marius. Dacos & dura getharum
Quos dixere gothos/forti iuga milite Narſes.
Tu machometigenā phlegetontia ſemina gentē
Cerbereumq; genus ſubuertere daunia regna
Et Calabros auſum vaſtare procaciter agros
Funditus extirpas/ſtygioq; immergis auerno.
Martia barbaricos totiens experta tumultus
Roma tibi īmenſas grates agit. atq; triumphos
Et meritas lauros & nomina cæſaris optat.
Hoc Padus/atq; padi ripis vicinus vtrinq;
Tractus. vtrunq; etiam longi latus Apœnnini.
Sed tibi præſertim deuota Bononia/& omne
Bentiuolum genus vrbis apex: apiciſq; ſupremū
Culmen Ioannes princeps patriæq; domuſq;/
Flaminiæq; decus: qui te alta mente repoſtum
Seruat. & extenſis animi complectitur vlnis.
Auſoniæ populi proles ſaturnia; veſtro
Aſſertori opus eſt ingenti mole trophæum



Ponere: & illuſtres ęterno in marmore pugnas
Phidiaca cælare manu. monumenta laborum
Tantorum ſupereſſe decet. ne forte nepotum
Poſteritas abijſſe putet ſine laude parentes.
Ferte triumphalem lapides orientis ad arcum
Et niueam ſpoliate Paron. ſpoliate Donyſam.
Cædite ophitæos ſilices. onerate caryſto
Sinadeq; ęquoreos & Nili marmore fluctus.
Ferte onycē. date ſaxa thaſi. date ſaxa Iugurthæ
Nata iugis: etiam libycos incidite montes.
Surgat opus variū ſtatuas oſtendat equeſtres
Fluctibus Epari ſurgens in littore moles
Mittat ab etruſco ferrum Populonia ponto.
Brixia de ſaxis chalybem tropienſibus hauſtū.
Et confuſa Pelops lugubribus æra caminis.
Aera metalliferis temeſæa ferantur ab antris
Ad decoranda ducis facta immortalia: ſurgāt
Pyramides altæ. ſurgāt immania membris
Signa coloſſæis: obeliſcorumq; leuatis
Spicula cuſpidibus. te ſaxa atq; æra loquātur
Vndiq;: pręſertim ſuperi maris æquora circū:
Qua metapontinas ingēs ferit Adria cautes.
Ite duces: quibus eſt ſtudiū certamen & arma:
Ite: reuertentem ſolenni adducite pompa.

At tu Parthenope veterū domus inclyta regū
Sis memor Alfonſo dec⁹ immortale locandū.
Sed modo regali cultu cum murice & auro
Egrediens occurre duci, toto obuia plauſu
Accipe victorem dominū regemq; futurum.
Tu vero armipotens: quoniā tibi tanta tuorū
Eſt imitanda patrū virtus: ne parce labori.
Semper in aduerſos caſus audentior ito.
Cœlū aderit. ſublimi animo fata aſpera cōtra
Stare para. fortuna viris illuſtribus obſtat.
Sed vinci virtute poteſt. victoria tecum
Semper erit: niſi depoſito te abieceris auſu.
Aude igitur. ſic victor eris telluris & vndæ.
Sic tandē ad paucos venies in olympica regna.

Baptiſtę Mātuani Carmelitę Theologi querimonia de morte Alexādri Corteſij ad Hermolaū Barbarum.

Roma quid excellēs dabit & ſublime ſuorum
Barbare nūc operū/ qđ vulnera mētis & altū
Pellat ab afflicto iādudū corde dolorē?
Forte triumphales arcus ſignataq; regum
Marmora nominibus claris monumēta laborū
Militiæ: & ſtantes antiquo ex ære columnas
Oſtentabit opem vanam & ſolamen inane.



Rupis auentinæ tumulum tarpeiaq; ſaxa
Tot fora: tot circos: & longis eruta ſæclis
Mœnia Carmentæ: gentiſq; erimantidos arcē.
Iamq; ſenem multaq; cauā teſtudine molem
Amphitheatralis tecti. Veſtigia celſus
Inſtar mōtis apex caput vſq; ad nubila tollēs
Seruat adhuc. Thermas veteres delubra deorū
Semiſepulta ſolo: & ſimulachra iacentia paſſim.
Adde peregrinos latices in mœnia ductos
Atq; ſuperfuſos campano flumine pontes:
Et gelido Caſtella ſinu præbentia latum
Fontibus hoſpitiū clauſiſq; natantia nymphis.
Adde patrē Tyberim: curſu qui dura ſuperbo
Inter ſaxa fremit regum prope buſta ſuorum.
Adde nouem iuga turritis creſcentia muris
Et diuum tot templa ſuper fundata cruorem
Innocuū. tot ſarcophagos: tot ſacra: tot aras.
Magna quidem & nulli poſthac imitabilis ęuo
Roma fuit. Quęcunq; precor miracula mūdus
Terrarum magnis diuiſerat interuallis
Ipſa ſuo prædata orbem concluſerat orbe.
Nil tamen inter tot veterū decora alta laborū
Lumina delectat: nihil eſt quod leniat ægrum.
Nec ſecus accēſis ardent corda ignea flāmis

Ac ſpecus: ætnæo candens vbi mulciber æſtu
Sudat: & ætherco cudit noua tela tonanti.
Ite ioci procul. ite ſales. trahit omnia ſecum
Gaudia Alexander. Subito mediaq; repente
Tam clarus ſol luce obijt. Sententia certe
Vera nimis. mors ingenijs eſt inuida ſemper
Præcocibus. Sic Lucanum ſic dura Tibullum
Sic alios tulit innumeros: Impune per orbem
Falcē agit omniſecā: & meliora ſeuerius aufert.
Singultire iuuat. iuuat exhalare dolorem
Fletibus: & lachrymis aperire cadentibus ora.
Sit facies confecta ſitu. ſit plurima mento
Cæſaries. animum cultus decet iſte dolentem.
Impetus in ſaltus agit: in ſpellæa ferarum
Vt ſolus ſine teſte gemam: & ſuſpiria ducā
Libera. vt ex imis reſonent pulmonibꝰ hauſta.
Singultus Niobes/hecubæ lamenta mouebo.
Flere iuuat. nec me quiſq̄ lugere volentem
Increpet. hoc caſu lachrymas impēdere ſanctū ē.
Res elegis maior/tragico querimonia cantu
Digna. Quid ætati potuit contingere noſtræ
Triſtius? ablata eſt Romanæ gloria linguę.
Occubuit vates: qui nos æquabat olympo.
Nam neq; Muſęus melior neq; thraciꝰ orpheus



Seu faciles elegos ſeu regum bella cothurno
Diceret heroo. laudata reuixerat ætas
Hoc duce: & æthereos flammis melioribus ignes
Aſpirare ſibi tellus gauiſa poetam
Fuderat inſignem. Sed mors infeſta tetendit
Inſidias. breuis eſt ſemper fortuna ſecunda.
O immites erebi furias/o immania fata
Quæ noſtrum rapuere decus. crudeliaq; aſtra
Quæ oppreſſere caput ſacrum: circundata lauro
Tēpora/ quæ neq; cū fulmen iacit æthere ab alto
Iuppiter auſus erat rapidis contingere flammis
Non ſunt mortifero verita inceſtare veneno.
Syncæras ſine labe manus/ſine crimine pectus
Innocuum dulces annos/alacremq; iuuentem
Dum fruticatur adhuc dum flore ac fruge ſuꝑbit
Contriuere velut crepitans terit hordea grando
Hei mihi/doctiloquis ſi ſunt mala vatibus aſtra
Quis cœli ſperabit opem? Quis fidet olympo?
Arida & infœlix quæ nunq̄ parturit arbor
Cæditur/& ſteriles ſua damnat inertia ramos.
Parcitur vtilibus. lex eſt contraria cœlo.
Seruat enim ſegnes animos: ignauaq; corda:
Egregios forteſq; necat. Corteſia certe
Vicerat ætatem virtus. Iuuenilibus annis

Miſcuerat ſenium grauitas. Sub fronte Catonis
Fabricij mores pietas generoſa Camilli
Attilijq́ꝫ fides/& noſtri feruida Pauli
Relligio. Quo nos etiam nunc vertice cano
Imus adhuc/tener in viridi potauerat æuo
Mnemoſidum cuius fecit vada Pægaſus amnē.
Nec fuit aſcræis fidibus vel apolline tantum
Inclytus: ad numeros etiam Demoſthenis omēs
Et pherecydiacam venit Ciceronis ad artem.
Et geminas nunq̄ ſolitas concurrere laudes
Quæſierat matura annis iuuenilibus ætas.
Quid referam genus antiquum/repetitaq́ꝫ rurſū
Nomina maiorum generoſa in ſtirpe nepotem?
Quid tabulas: quid ſigna canā: quid tecta ſupbis
Alta ſupercilijs: quid vaſa argentea & aurum/
Vaſa quibus regum accipiunt conuiuia menſæ:
Quid ve lares memorē antiquos: & cætera priſcæ
Ornamenta domus? quæ mors deridet: & ipſi
Deſpiciunt ſuperi/quæ nil fata impia curant?
Hæc in vate nihil laudo/quibus Attalus olim
Claruit/& lydi famoſa opulentia Crœſi.
Quæ ludens fortuna regit. mihi ſola videtur
Extollenda animi virtus quæ ciuibus æquat
Aethereis. tamen hæc ſanctum ſeruare poetam



Non valuit. Quid iam ſupereſt cui fidere fas ſit
Sed neq́ꝫ pierides & opacæ ſola mineruæ
Ocia ſectatus/cum iam foret orba parente
Et ſine matre domus: curas vtriuſq́ꝫ gerebat:
Rexit & auxit opes: rebuſq́ꝫ intenta gerendis
Prouida ſedulitas iuuenis patrimonia honeſtis
Artibus euexit: quid publica munera dicam?
Quid ve clientelas? populus cum patribus vrbis
Vatis in imenſum noſtri certabat amorem.
Pontifices ipſi quorū tribus alta coronis
Scintillant capita: atq́ꝫ ipſi qui fortia tractant
Bella duces: ipſi reges qui murice & auro
Exultant: & ſceptra gerunt: coluere poetam.
Tanta animo probitas: tantus lepor affuit ori:
Suauiloquo. in vultu reuerentia tanta venuſto.
Suſpicor & mortem niſi lumine capta fuiſſet:
Non potuiſſe manus in ſanctam extēdere frontē.
Quæ pietas quæ relligio quæ cura tonantis
Non poſſunt neſcire aræ: quas fundere circum
Mane preces? vbi corda pijs accendere votis
Aſſidue reparans ignes & ſacra ſolebat
Interijt tamen: & fato conſumptus iniquo
In gelidam deſcendit humum vertendus in atrā
Pulueris exigui paruo poſt tempore maſſam.

Heu crudele nefas: tanq̃ vitalibus auris
Indignus: terræq; grauis: cœloq; peroſus
Truditur ex hoim̃ cœtu. datur eſca trifauci
Dilaceräda cani: atq; horrentes fertur in vmbras.
Hæccine virtuti merces. hæc dona parantur
Iuſtitiæ? inſontes talis manet exitus vmbras?
Siſte tuos helicon curſus. areſcite lauri.
Vel iurate alios nunq̃ præcingere crines.
Pirene ſiccare precor. conuertere Dirce
Quære nouos curſus. & more arethuſidos vndæ
Labere ſubter aquas pelagi. fuge ſidera. poſtq̃
Aoniæ non eſt maior reuerentia genti.
Pierides plorate nouem. Tuq; vna ſororum
Maxima Calliope. quæ grandi heroica verſu
Facta canis. necnon tu diua Polymnia cultu
Splendida rhetorico. Tuq; o quæ ſuſpicis aſtra
Aſtra viaſq; poli: nitidoſq; intelligis ignes
Aetheris Vraniæ. caſtris nam qualis achilles
Dux erat argolicis: qualis fuit Hector in armis
Dardaniis: agamẽnonia vel quantus in vrbe
Tideus: hic veſtros inter dum vita manebat:
Talis erat tantuſq; viros. pars magna ſepulta eſt
Caſtalij cum vate chori. præciſa canoræ
Fila lyræ. cecidere manus: quibus ille ſolebat



Digna ſophoclæo modulari carmina plectro.
Ah iuuenis miſerande: tibi quod ſidus iniquũ
Tam celerem dedit occaſum? Te forſitan arcu
Perculit æmonio Chiron? vel Sirius ore
Noxius ardenti? vel acuto mortifer vngue
Scorpius? aut longo feriens mucrone ſagitta?
Quẽ ſuperũ accuſem: quis tanti criminis autor
Neſcio. terribilem præ ſe multa aſtra figuram
Nocte ferunt. cæſæ perſeus tenet ora Meduſæ.
Cepheus accinctus gladio. prætenta leonis
Terga ferũt premit heſperidũ tirinthius anguẽ.
Neſcio quis tã grande ſcelus. tã immane ſit auſus
Et tam infame nefas radios non proferat vnq̃
Aſtrorum quodcunq; fuit: pellatur ab axe.
In chaos antiquum redeat: neq; prodeat vnq̃.
Neſcio quo natura ſibi contraria pacto
Mox vt opus pręclarũ aliquod partu edidit odit:
Et vorat. Ingluuies illa hæc ſaturnia prolem
Conſumptura ſuam. vitæq; inimica ſuorum.
Hinc meus in rabiẽ tranſit dolor: omnia quãdo
Seu deus id faciat: ſeu ſors: ſeu ſidera: noſtri
Non habita ratione vnco ſecat atropos vngue.
Quantũ erat vt iuſtos vatẽ concederet annos
Degere: & ætatis ſaltem ad ſolatia noſtrę

(Quę mora parua fuit) noſtris ſupereſſe dieb⁹?
Hoc eſt quod mecū luctu contriſtat amaro
Et latium & tuſcos: & tota Neapolis arua:
Mintius audito ſoluit ſua lumina fato
Et noſter Mantous ager. Queriturq; Maronē
In vate hoc cecidiſſe iterū. Sublimis olympus
Luce caret nebuliſq; tegit caput ante ſerenum.
Et veluti quando phœbe venit obuia fratri
Vitaleſq; premit radios elementa mouentur
Terra dolet: turbantur aquæ. ſubit aera pallor
Plumbeus: horreſcūt ſyluę. mœrentq; p agros
Gramina: iacturā patiť genus omne animantū:
Sic omnes vici atq; vrbes vbi cognita virtus
Vatis erat: triſti ore ferunt lugubria ſigna.
Sed q̄d noſtra iuuat manes querimonia? functi
Corpore iam loca tuta tenēt: gaudēq; peracto
Curriculo: aduerſæ fugiſſe pericula vitæ:
Non ſecus ac fluctus nauis perpeſſa marinos
Gaudet in optato merces exponere portu.
Nos pecori ſimiles quod pinguia paſcua tōdet
In lanienā imus: trahimurq; in fata viciſſim.
Hoc ſupereſt vnum vatis ſolamen adempti.
Vos gemini fratres: & tu quę pignore tanto
Patria te iactas: & tu Romana iuuentus



Ponite defuncto tumulū: quem veſtiat omnē
Lunenſis pariuſue lapis: viridiſq; Donyſæ
Marmor: & ægypti: niueis vbi purpura nubit
Stigmatib⁹. riguū ſub Apollinis arbore fontē
Sculpite. & ipſe cubās in margine fontis & vndā
Expectet cum pace diem: quo ſæcula flammis
Inſtauranda tubam ſunt auditura ſonantem.
Interea lentus iaceat: ſomnoq; ſolutum
(Somnus enim potius mors eſt dicēda piorū)
Purpurei flores obeant roſa: lilia. ſerpant
Circum humeros ederę: circū caua tēpora lauri.
Hæc animā curis functam mortalibus aſtra
Ille ſuper: placidamq; polo captare quietem
Significēt: vbi nec phlegeton: nec dira celeno:
Nec Tytij volucres: nec ſæui Ixionis angues:
Tantaleæve dapes: vbi nō ſecat atropos æuū.
Tum ſignate notis & tali carmine marmor.
Hic ſua Alexander Corteſius oſſa reliquit
Cum petijt cœlos: & duxit in aſtra poeſim.
Tu vero arti docæ cultor venerande mineruę
Barbare relliquias cui fas inuiſere: noſtro
Nomine dic pacē tumulo requiēq; ſepulto.

Pro Paulo Fulgoſo puero. f. bapt. man.
Carmen ad Ludouicum Sfortiam.

M Axie Dux ſalue:priſco q̄ ducis ab āglō
Excelſū Lodouice gen⁹.tua gloria lōge
Sparſa p̄ Italię pp̄los & barbara regna
Me quoq; in hac tenera vix fari ętate valentē
Impulit herois tibi ſoluere cantibus ora.
Et quia laudantū murmur ſtrepit vndiq; vocū
Non ſinor intento meditari ingentia ſenſu
Virtutis monumenta tuę.Maiora relinquens
Vatibus altiloquis referam vulgaria tantū:
Et quę fama frequēs hominū circūſonat aures.
Temperat vt fluctus argentea luna marinos
Et dominatur aquis:ita martia bella gubernas
Arbitrio Lodouice tuo.ſi iuſſeris arma:
Arma ſeges velut illa virum Cadmęa repente
Exiliunt:Mars frenat equos.Bellona tumultū
Suſcitat.& triſtis operit caput:ægide pectus.
Flammigerāt haſtatę acies:glomeratur in altū
Puluis:& ardentens præceps furor incitat irā
Si martem ſæuire vetas:mora nulla:fugato
Pax mauorte redit:furijs in tartara pulſis
Corda virū rediuiuus amor trāquilla ſubintrat.
Nec faciunt has fata vices:non ignea mundi
Sidera:ſed fato prudentia maior & aſtris.
Hoc facit ille animi vigor igne citatior/illa



Perpetua & nullo cedens vigilantia ſomno.
Secreta tu in ſede cubans tuis oppida ſolo
Ingenio:ſolaq; moues regna omnia mente.
Scit Rhenus ſcit gallus arar/ſcit lydius arnus.
Scit Tyberis:magniq; memor campania belli.
Ipſe tibi infenſum pugnam excidiumq; minantē
Parthenopes magnū potuiſti euertere regem.
Namq; illi extremis gallorū a finibus hoſtem
Elicuiſti armis qui mox quaſi fluctibus omnē
Obruit Auſoniam:ſceptrumq; amiſit aragon
Auſpice te.Nec enī ſine te penetrare tumultus
Illius in regnum poterat.nec tanta fuiſſet
Vis peregrino hoſti/neq; tanta audacia gallis.
Tunc Celtæ boiiq; truces ex alpibus altis
In noſtro coiere agros.Tentoria vaſco
Qui tenet hiſpanis contermina finibus arua
Fixit & Eridani campis.Lunenſia cœpit
Oppida tyrrhenos eq̄tās magno agmine colles
Tum Piſæ poſuere iugum:ſata ſemina belli
Multiplicis nam Piſæ ad nos ſalamina tulerunt.
Iſta lues vrbem Romam complexa receſſit
Longius ad calabros:& quatenus itala tellus
Tenditur ad ſiculæ latrantia littora ſcyllæ.
Hæc gallis fortuna fuit dum gallia tecum

Militat:at poſtq̄ fraudata Nouaria falſos
Detexit gallorū animos:contraria tanq̄
Tu gallis fortuna fores:fortuna fauorem
Abſtulit a gallis:& te comitata coegit
Turpiter Italia victos diſcedere Belgas.
Hic ego ſi tempus ſineret:tua fortia facta
Inſererem Franciſce ducum fortiſſime ſolus
Qui potes italia gallorum auertere gentem
Te ſolum ſenſere hoſtes vltroq; fateri
Non puduit te inuictum armis.te gallica pubes
Non imbelle genus:ſed dura atq; aſpera ferro
Poſternentē acies ac fulminis inſtar euntem
Horruit & clade ingenti ſpoliata receſſit
Tarrus adhuc hac cęde rubet.rubet appula lōgis
Afflictata malis tellus & daunia rura
Hinc data bellorum nuper tibi tanta poteſtas:
Vt facile antiquos ſuperet tua gloria patres.
Nanq; potentatus itali Cæſarq; magiſtrum
Militiæ fecere ſuæ.Tua maxima virtus
Non formidat opus tantum.generoſa laborem
Mens amat.imenſū reddit leue gloria pondus.
Sed quoniā anguſti ſpaciū breue temporis vrget:
His propere excurſis ad te Lodouice reuertor.
Gallia non ſolum:verum & Germania nutu



Mota tuo.venere truces in bella ſueui
Venit & arctous gelidi maris accola cimber.
Ampſani landiq; ſimul quiq; imminet agris
Noricus auſonijs ſocialibus affuit armis.
Cæſar ab alpinis niuibus per inhoſpita ſaxa
Tranſijt ad lygures piſanaq; littora vidit.
Et parere tibi non dedignata reliquit
Maieſtas auguſta lares:peregrinaq; longis
Arua vijs inuiſit:hyems dum ſæua rigenti
Stringeret arua gelu niueis dum molibus alpes
Altius aſſurgūt ſcythiciſq; aquilonibus algent.
Ipſe tibi:quid opus fando percurrerē terras?
Ipſe tibi deus arma gerit.tibi totus olympus
Militat.aſpirant placidis tibi ſidera flammis.
Iam tua relligio/pietas tua cognita paſſim
Allicit humanas mentes.& amare coactæ
A te quam cupiunt audent ſperare ſalutem.
Q; ſi illis ſperare datum quos nulla ligauit
Proximitas Lodouice tibi:q̄ magna relicta eſt
Spes mihi:qui veniens a ſanguine Sfortiadarū
Aemulor excelſum genus:& veſtigia ſector
Admiranda patrū?cui dat fœcunda virorum
Progenies te autore pium fulgoſa parentem?
Mens mihi:ſit fortuna licet contraria:niti

Semper ad egregiā per honeſta negocia laudem
Conari virtute/meum eſt. conatibus iſtis
Fortunam præbere/tuum. Præſtare roganti
Auxilium pietas/ſi non indebita poſcit/
Mandat. apud priſcos nomen meruere deorum
Qui iuuere homines. iter hoc ad ſidera certum eſt
Si quiſq̄ de ſtirpe mea eſt cui fidere poſſis
Ille ago: quē natura tuum facit/atq; voluntas.
Hoc caput hanc ne ſperne animā. ſi debilis ætas
Si membra hæc; infirma nihil promittere poſſūt
Maius adhuc/paucis deus incrementa diebus
Afferet. hi creſcunt artus tibi. pendere tanti
Me poteris/quantū totis conatibus vnq̄
Fas erit eniti: quantū fortuna fauebit.
Sic ego polliceor/ſic qui genuere parentes:
Gens tua: gēs animi locuples/licet indiga rerū
Quas fortuna regit: Si te clementia virtus
Regia/ſi tangit pietas/quæ mitia corda
Stringit/& humanæ gemit infortunia vitæ/
Eſto tui ſp̄ Pauli memor atq; parētū. Τελοσ

Eiuſdē De Reditu Philippi Beroaldi iuuenis litteratiſſimi ex Gallia. Elegia.

MVſę oli cōites Beroaldo iuere Philippo
Trās Rhodani ripas/trans arariſq; (vada



Atq; diu iuuenē per barbara regna ſequutas
Pœnituit noſtros deſeruiſſe lares.
His igitur verbis reditum ſuaſere poetæ
Vnaq; pro toto ſic fuit orſa choro.
Chare puer virides ſuperas qui laudibꝰ annos
Egregium latij: pieriumq; decus.
Accipe(nec noſter pariat tibi tœdia ſermo)
Publica ſacrati vota: preceſq; chori.
Altius ordimur: quo res tibi cognita poſſit
Altius in mentem ſe inſinuare tuam.
Inter parrhaſios ignes & ſidera cancri
Sunt loca nec flammis: nec nimis vſta gelu.
Hic primū phœbus: primū dea cognita Pallas.
Primaq; ſunt noſtris ſacra litata focis.
Phœnices habitāt: & Agænoris arua nepotes:
Regaleſq; Tyrus tingere docta togas.
Hic populis primū noſtras oſtendimus artes
Primaq; de noſtro gens ea fonte bibit
Nomina ſideribus primi/numeroſq; dedere/
Quę Argilicos nautas: Sidonioſq; regunt.
Solis iter norant: hyades & gnoſia ſigna
Nec dum cæcropijs cognita Pallas erat.
Serpere paulatim lento ſapientia paſſu
Cœpit: & in ſolymi ſe tulit arua ſoli.

Iuit in aſſyrios:&qua cognomina tellus
Qꝫ ſit fluminibus cincta duobus habet.
Tranſijt ad Perſas vbi regna antiqua magorũ:
Quod docuit nati ſtella tonantis iter.
Tranſijt ad cãpos phœnix vbi cinnama carpit
Cum ſibi ſupremam nouit adeſſe diem.
Illa colunt ſulcis Arabes felicibus arua:
Quos duplici claudit doris amara ſinu.
Inde adijt pharias vrbes memphitica regna
Tum primum inachiæ vidimus ora deæ.
Tum primum libyæ magni pars tertia mundi
Cognita:& auſonio gens inimica ſolo.
Inde per ionium peregrino remige vecta
Applicuit fauſto dorica tecta pede.
Tunc datus eurotas nobis:cadmæaq; dirce:
Et fons quem volucris vngula fecit equi.
Hinc linus:hinc vates troiani carminis author.
Hinc bibit euripides:& tuus Aſcra ſenex.
Hinc alij quorũ pulcherrima nomina phœbus
Iuſſit ab æterna poſteritate coli.
Venit in auſonios graio de littore fines
Limen ad euandri:Romuleaſq; domos.
Hoſpitis aduentu colles riſere latini:
Et capitolini templa ſuperba dei.



Non fuit his nobis vſq̃ iucundior oris
Terra:nec in toto gratior orbe locus.
Illic depoſita requieuit gorgone Pallas.
Et dixit noſtræ meta ſit iſta viæ.
Non decet ad gelidum veſtigia ferre bootem
Qua ſteriles agros parrhaſis vrſa facit.
Vt peius fruges hominum ſic corpora titan
Degerit:& terræ mens graue ſentit onus.
Si ferat arma ſitu rubiginis aſpera miles:
Fiet iners cubito:fiet inerſq; genu.
Non bene digeſtos ita mens incluſa per artus
Tarda fit:& crudo pondere preſſa iacet.
Sunt tamẽ & gallis præſtantia corda:fatemur:
Et feritas genti barbarieſq; minor.
Multa negant cœli:quę more parantur:& vſu.
Et ſtudium contra ſidera multa poteſt.
Ampithrioniades odium letale nouercæ
Vicit.& aſtrorum fortior igne fuit.
Per mare pellides ad monſtra biformia venit
Illa dabant forti ſidera fata viro.
Mens tamen aſtrorum cœliq; potentior igne
Reſtituit patrijs Theſea littoribus.
Bobus ab euxinis cum virgine venit & auro
Aeſonides fato durior ipſe ſuo.

Sæperatem contra fluctus/boreamq́ʒ ſonorū
Impulſam valida vidimus ire manu.
Fortis:& aſſiduo virtus animoſa labore
Neſcit agi fatis: Sidere neſcit agi.
Non igitur multis gallos præcellere rebus
Et laudem ægregiam promeruiſſe nego.
Eſt tamen auſoniæ nobis gratiſſima tellus:
Qua fluit ingenti linga latina vado.
Sunt illic chordę:ſunt barbita:plectra:lyræq́ʒ
Armaq́ʒ phœbeæ cætera militiæ.
Tradidit Italiæ ſua munera;quiſq́ʒ deorum:
Et fuit ad dandas ingenioſus opes.
Iuppiter imperium docuit:ſceptrumq́ʒ tenere
Et premere æquali barbara colla iugo.
Arma dedit Mauors:galeas:enſeſq́ʒ coruſcos:
Et caua lorato ſcuta ferenda ſinu.
Addidit & latos humeros ceruicibus amplis:
Aptaq́ʒ thoraci pectora ſquammifero.
Per campos equitum turmas & nautica bella
Per fluuios docuit currere perq́ʒ fretum:
Frōte graues italos lingua inceſſuq́ʒ modeſtos
Eſſe facit lento falcifer igne deus.
Barbaricam ſtimulat rabies in bella cohortē.
Itala conſilium non furor arma mouet.



Hic deus agrorum cultus:artemq́ʒ ferendæ
Vitis:& arboreas inſinuauit opes.
Cynthius ad muſas animos inflexit Apollo:
Et diſciplinæ tradidit omne genus.
Alma venus populis vrbes impleuit & agros:
Sylueſtreſq́ʒ caſas:æquoreaſq́ʒ domos.
Vt ſint qui curent vrbana negocia ciues:
Qui ferat arma manu:qui colat arua boue.
Fœdera Mercurius docuit:legeſq́ʒ ſeueras
Et dare clamori litigijſq́ʒ modum.
Terſa coloratis componere vocibus ora
Erudit:& vafro callida verba ſale.
Luna pudiciciam ſuaſit:caſtumq́ʒ ruborem.
Ne furat ardeſcens & ſine lege venus.
Alma ceres docuit fruges:quas ſemine iacto
Decolor incuruo ruſticus enſe metit.
Vina dedit Bacchus:paſſimq́ʒ comantibus agris
Vix grauis vuarum vinea portat onus.
Quid genus arboreū referam? quid mitia poma?
Quæ dat inexhauſto fertilis ora ſolo.
Sepibus auſonijs lauri naſcuntur:in aruis
Spargit odoriferum myrthea ſylua nemus.
Et quæ purpureo rutilant in cortice mala
Punica:de libyco per mare vecta ſolo.

Quid memorem ficum biferã? quæ diuite ligno
Melliſluas gignit nectareaſq; dapes?
Palladijs taceo quæ ſit vindemia baccis:
Et quantæ ex oleis accumulentur opes.
Aſpice picenos colles: ſamnitica rura:
Appula: campani littoris arua lege.
Aſpice Benacum: iuga tuſca: lyguſtica ſaxa.
Profluit in latices Palladis omne nemus.
Quid referam triſtes ſuccos: quos barbara miſit
Media? quid roſeis perſica mala genis?
Et quæ maternos aurato pondere ramos
Poma ſagittifera miſſa cydone grauant.
Adde lacernatas corylos: & amygdala meſſis
Nuncia: & hirſuto caſtaneas thalamo.
Adijce pinorum nemus: idæaſq; cypreſſos:
Et ſecta in tabulas ligna abiegna leues.
Quid tibi primitias fruges memorare neceſſe eſt
De ceraſunteo poma vocata ſolo?
Et quæ pyrameo non ſunt perfuſa cruore:
Et quæ thyſbeo ſanguine mora rubent.
Atq; damaſcenæ retinentia nomina terræ
Pruna: ſalutiferum quæ medicamen habent.
Plurima prætereo: riguis quæ ſeruat in hortis
Helleſpontiaci prouida cura dei.



Sunt ſaltus vbi mille greges. paſcuntur equorum
Qua ſylaris calabro floruit alta ſolo.
Quaq; tarentinas arces ſpartana iuuentus
Condidit: & pulchro tingitur amne croton.
Sunt illic dryades: agreſtia numina fauni
Flaminios colles: æmilioſq; colunt.
Pluſq; lupercales q̃ ludi pana lycæi
Delectant: Itali pan amat arua ſoli.
Vallibus auſonijs habitat: non menala curat:
Non pholoes agros/partheniumve nemus.
Nunc atheſis: nunc arua padi: nunc læta reuiſit
Paſcua/quæ nitido mintius amne rigat.
Herboſos niueum magno pecus agmine ſaltus
Tondet: & innocuo iungitur agna boui.
Hinc lanæ tenues: hinc grandi caſeus orbe:
Quiq; graui taurus vomere ſcindit humum.
Mollia quæ ſoli carpebant vellera ſeres
Nent Itali: & texunt: in tunicaſq; ſuunt.
Sunt gelidi fontes: ſunt flumina magna: lacuſq;
Altaq; piſcoſis ſunt vada gurgitibus.
Adde ſalutares vndas/quibus ægra leuantur
Corpora: cum medicæ deficit artis opus.
Cœleſtes adiunge fauos & nectareum mel:
Quod vaga de florum vertice lambit apis.

Adde ꝙ argentũ tellus ꝙ parturit aurum:
Et graue ꝙ ferri pondus & æris habet.
Læta croci ſileo primis quæ fila pruinis
Vimineis Virgo colligit in calathis.
Nulla tot egregias tellus complectitur vrbes:
Nulla tot ardentes martia corda viros.
Qua gelidus tanais: qua bethyca labitur vnda
Sollicitant Itali mercibus omne fretum.
Nuſquã cœlitibus maior reuerentia: nuſq̄
Maiori colitur relligione Deus.
Ipſa dei proles ſolymo ſata ſanguine Romam
Iura Sacerdotij iuſſit habere ſui.
Illic eſſe quibus reſeret/quibus æthera claudat
Inſtituit claues: imperiumq; dedit.
Roma ſibi terras quondam ſubiecerat: at nunc
Aetheriaſq; domos: tænarioſq; lacus:
Quare age chare puer gentis pete regna latinæ:
Heroumq; ſolum: Semideumq; lares.
Te rogat vt redeas pater apœnninus: & ipſa
Templa cypreſſifero quæ gerit alta iugo.
Saxoſoq; cadens ſummis ex alpibus amne
Clarus arenoſis Rhenus harundinibus.
Te patrij proceres: te turba coæua ſodales.
Te tua tota domus: te tua chara parens.



Magna tuę ſtatuunt patrię tibi pręmia patres
Et vocat aduentus curia tota tuos.
Sancta: venuſta: ferax: cũ diuite nobilis auro
In thalamos virgo creſcit itura tuos.
Iam ſatis occiduas tecum luſtrauimus vrbes:
Heſperiæ eſt reduci terra petenda pede.
Illic diuitijs: & pulchræ prolis honore:
Et fama veteres tranſgredieris auos.
Tecum erimus muſæ: tecum celeberrima viuet
Gloria: quæ noſtrum concomitatur iter.
Eia igitur cum mane rubens aurora reſurget
Auſonię dextra regna petãtur aue. Τελοσ.

De pręſidentia Oratoris & poetę ad Io.
Bap. Refrigerium Carmen. &
Syluarum Liber nũc VII.

DEbita cui potior laus: eſt: quæ gloria maior
Rhetoris: an vatis: quem pręferat attica pallas
Noſtra Refrigerius quę ſit ſententia quærit.
Ipſe canã quicquid meus inſpirabit Apollo.
Nec quenq̄ dãnare animus: neq; laudibus ęquis
Tollere inęquales: quę ſint cõmunia quæ ve

Propria ſignabo. ſic eluceſcere verum
Fas erit: vt coram poſitis ſalice & ſaliunca
Illico diſparitas. ſimul & præſtantia conſtat.
Quē minus iſta iuuāt: edat meliora precamur:
Delphica namq; mei nō ſunt oracula verſus:
Nec quę ſancta dabat phœbi reſpōſa ſacerdos:
Materiam quę lata immo quę ampliſſima circū
Artifices ambo pariter verſantur eandem:
Veloceſq; agitant in eodem puluere currus.
Quicquid enī ſermo potis eſt cōprēdere: vtriq;
Subiectum artifici: ſicut mare portat vtrunq;
Et qui puppe humili legit: & qui nauibus altis.
Sed fugit a terris procul alta per ęquora vates
Non ſcopulos: non ſaxa timens: nō aeris iras.
Temonemq; ſuum ventoſi cærula ponti
Sulcantem vada maiori leuat: & premit arte:
Occaſum melius vates cognouit: & ortus
Stellarum: pelagiq; deos: nymphaſq; natātes
Fontibus & fluuijs: & in alto gurgite ponti.
Et cur depoſito tacitum mare dormiat æſtu:
Flebilis Alcyone quādo noua pignora curet:
Et quare alterno fluat vnda reciproca motu
Quod tellure latet: quod aquis: qđ in aere viuit:
Quod latis ſpaciatur agris: quo tēpore venti:



Ac tempeſtates veniant: qui fertilis annus:
Quive futur⁹ inops/habet enthea pectora vates
Interpres elementorum cœli atq; deorum.
Namq; deos omnis diuūq; habitacula mundū
Mente gerit nitida tenet obſeruatq; latentis
Indicium magneta poli: neptunia regna
Ordine legitimo ſecat: obuertitq; volantem
Quorſumcūq; libet prorā: luditq; per vndas.
Florea certa ligāt charites ad carbaſa nymphę
Gramina iactantes paſſim per tranſtra foroſq;.
Triſte nihil: nihil incultū: nudum ve relinquūt:
Protheus: & Tritō: pater Aeolus: humida doris:
Neptunuſq; maris princeps: & Naiades omnes:
Alma parens Tethys: & cætera numina pōti:
Ornatum mirantur: iter curſumq; ſecundant:
Orator minus alta petit: ſed littora circum
Labitur. & vento laxat ſua vela minori:
Antennęq; minus vaga cornua tollit in auras.
Ipſius id ſciolo quicq̄ ſuadere popello.
Idq; poteſt raro: credi mendacia vates
Cogit: & aſſenſus quo vult inclinat: agitq;.
At quia durior eſt minus eſt vulgata poeſis:
Et minus in linguas hominū ſe miſit: & ora.
Non ne putas leuius terrę ſine carmine cultū

Bellorumq; duces magnū potuiſſe Maronem
Dicere. Non ne putas alti vaga ſydera mundi
Scripſiſſet leuius romano Manlius ore
Muſarum ſi non magno perculſus amore
Suſcepiſſet onus menſurę: artemq; ſeueram?
Eſt leuius verbis cauſas orare ſolutis:
Atq; vagos ſine lege pedes: & libera demptis
Compedibus quocunq; velis veſtigia ferre
Sunt tamē & quidā: quib⁹ eſt in carmē abundās
Riuus: & ex quorum dulci liquor aureus ore
Semper eat: veluti plenis ſi florea mella
Sint expreſſa fauis: iugiq; fluentia curſu.
Hi facile in modulos agiles: & lactea verba
Prorumpunt: ac ſi geſtent in pectore Phœbū:
Et coniuratæ veniant ad plectra ſorores:
Siue frequens vſus: ſeu cœli abſcondita virt⁹
Et natura potens agat hoc: ſeu munere diuū
Accidat: incertū eſt: verū hęc tamē omnia ſi ſint
Diuinū efficiunt vatē: qualem Orphea: qualē
Muſæum: Aſcræumq; ſenē: cœcumq; linumq;
Commemorāt: & Pelignum: diuūq; Maronē/
Quem tebana tulit felici Mantua partu.
Romanæq; lyræ patrem: facilemq; Tibullū:
Quiq; ſonat cantu ciuilia bella ſuperbo:



Et qui fraternas acies in prælia duxit:
His tantæ facundiæ opes: his tantus Apollo:
Non quia ſit facilis via/quæ fugit ardua in altū
Parnaſſi iuga: qui gemino ferit æthera cornu:
Sed quoniā natura ſagax: deus: vſus: & aſtra
Talibus ingenijs inſpirauere poeſim.
Nec tantum ignari ſumus in ſermone ſoluto
Eſſe pedes/quibus incedens oratio claudat
Commata: & artifici moueat veſtigia greſſu.
Sed quando ſyntagma iſtud natura ſuapte
Vi docuit/dici meruit ſine lege/ſine arte.
Quom canit heroum laudes: aut triſtia martis
Bella feri: vel cum teneros deplorat amores
Pectora diuino vates ſuccenditur igne.
Et totam afflatus pymplæo numine mentem
Se maior ſe nobilior ſe fortior ipſo
Nectar & ambroſiam libat: plæbiſq; tumultum
Clamoſumq; fori murmur: plauſuſq; theatri
Rhetoribus linquens tacito ſubit aſtra volatu.
Aſt orator humi graditur: nec in extaſin vnquā
Raptus adit ſuperos/menſiſue accumbit olympi
Garrulitate acri nunc hos nunc mordicus illos
Vexat hians toto pulmone/& gutture rauco
Ilia diffundit thalamo taciturna ſilenti

Solæ vbi pierides tornat ſua carmina vates
Quæ populus: doctiq; legant reuerēter: & omnis
Poſteritas colat: inuidiæ quæ fulmina vincant.
Orator ſtrepitus amat: alta ſilentia vates.
Sunt tamen & ſacris dentes & cornua & vngues
Arma quibus pugnare auſint & vincere muſis.
Archilochus docuit. rapido qui certat Iambo.
Et qui execrandam numeris ita verberat ibim.
Sed magis intendunt aīm ad virtutis honorē:
Ad pacē: ad diuum cultum & decora alta virorū.
Sed neq; quis baubet morē non eſſe poetis
Vera loqui: fama hæc fallax: & opinio mendax.
Vera canunt vates dulci condita lepore:
Splendoremq; addunt: immortalemq; decorē
Rebus: & ore beant ſacro quæcunq; reponunt
Quod dabit orator nudum: ſimplexq;: Poeta
Expolict grauibus dictis et diuite verſu.
Eſt igitur maior bonus oratore poeta.
Sublimiq; ſedent ſolio: quod Apollinis arbor
Circuit: & frondes hederæ bicoloris obumbrant.
Supra cauſidicos & rhetoras eminet omnes.
Magna quidē fateor verbis: & fulmine linguæ
Orator potuit: populos commouit & vrbes:
Seditioſa graui compreſſit murmura voce.



Præcipiteſq; rudis turbæ compeſcuit iras.
Non tamē id propter Cicero ſuperabit Homerū:
Nec te diue Maro Demoſthenis ora diſerti.
Non quantū quid agat: ſed quanta potētia rebus.
Contēpleris opus: ſic quid qua ſede locandum
Sic cui quid iuſte poſſis præferre: videndum.
Non magis eſt agilis ſaliens: thyaſoſq; frequētās
Q̃ pigros cuicunq; grauis ſopor alligat artus.
Nec vigilans oculus languentia lumina ſomno
Exuperat viſu. talis mentitur elenchus
Pelides phrygias vicit non Iuppiter arces.
Eſt igitur ſummo victor Ioue maior Achilles.
Extremo poſitas gentes oriente ſubegit.
Magnus Alexander: quo non peruenit hiachus:
Non tamen eſt ideo ſuperis & numine Bacchi
Maior Alexander ſpoliato oriente ſuperbus.
Non maiora tamē damus oratoribus acta.
Namq; quid eſt & q̄d ſibi vult Amphiona quōdā
Adiutrice lyra patriā inſtauraſſe iacentem?
Mœnia quid ſibi vult cythara troiana ſonanti
Creuiſſe: atq; ſono lapides ad pergama tractos
Iſta docent homines vatum dulcedine tractos
Accinxiſſe operi: pronoq; ad carmina greſſu
Conueniens vulgus cœpto induſiſſe labori

Orpheus adiutus neruis:& cœlibe cantu
Per nemorũ latebras:per inhoſpita ſaxa:ꝑ agros
Errantes hoĩm turbas collegit in vnum:
Viuendiq; modum docuit:moreſq; ferinos
Abſtulit:atq; truces animos mollire canendo
Cœpit:& edomuit placidis fera pectora muſis.
Diuinos etiam ritus/altaria/& hymnos
Inſtituit:diuumq; nouos inuenit honores.
Auſus & ipſe minas pelagi ſuperare furentis
Semideos inter frigentem venit ad vrſam.
Cecropius vates claudo pede militat vrgens
Artifici reſides animos in prælia verſu:
Et placido crudum ſuccendit Apolline Martem:
Dij veteres reſponſa dabant raro ore ſoluto:
Sæpe modis:quoniã plus maieſtatis & artis:
Et plus laudis habent:iſto ſplendore loquelæ
Attonitas hoĩm fallebant numina mentes:
Carminibus:ſacris quæ non tentata fuere?
Intactum veteres quidnã liquere poetæ?
Terra ferens plantas/habitatæ piſcibus vndæ/
Aura natata auibus/flãmæq; animantiũ inanes/
Aethereæq; domus diuum/lucentiaq; aſtra/
Diui ipſi terræ dominatores & olympi/
Et cauſæ rerum altrices/quas omnipotenti



Natura ingenio docet omnis edere partus:
Atq; mathematicæ celebratæ verſibus artes.
Adde hominum leges.& fœdera flebilis orci.
Adde pios pacis mores:belli adde labores.
Omnia carminibus debent:ſacroq; ſororum
Pieridũ numeros viridi quę in margine fontis
Caſtalij dulces iterant ex ordine plauſus.
Inter ſollicitæ nihil eſt medicamina mentis:
Quod magis ęgrotũ pectus leuet:atq; reſoluat
In nihilum curas animi graue põdus inertes:
Q̃ lyra & aonij dulcis Symphonia plectri.
Carminibus Naſo curarum mitigat æſtus.
Et patriæ amiſſos irato Cæſare fines.
Carmine iacturam bis raptę coniugis Orpheus
Temperat.& curua flagrans teſtudine pectus
Mulcet:& antiquos ſenſim dediſcit amores
Ergo animũ reuocant ſtudia ad meliora puellę
Pierides:iuuenumq; fluentia vota coorcent.
Et quia perpetui genitor dat Iuppiter illis
Virginitate frui:verſus odere ſalaces:
Laſciuam oderunt venerẽ:iuueneſq; petulcos.
Carmẽ amant verę ſanctũ & ſine labe camænę:
Secretoq; adyto gaudent:& cœlibe tecto
Semper:& indocilis turbę conſortia vitant.

Degenerāt:falſę:ſpurcoſq; ſequuntur amores
Mollia pangentes & ſcænica carmina muſæ.
Vnde meretriculæ dici meruere habitantes
In ſcænis:in fornicibus madidiſq; tabernis.
Orator populi rebus ſe immiſcet agendis
Diuitijs inhians.audacem vendere linguam
Doctus in antithetis librat pugnantia verba.
Dum ſermone rotat turgentia verba ſuperbo
Sæpe ſimultates tacitas:manifeſtaq; gignit
Sępe odia/in propriū ſtrictos caput excitat enſes.
Saucius auulſa iacet hic in littore dextra:
Alter apud calabros fugiēs bella aſpera fluctus
Neptuniq; patris ſacram ſuſceptus in ædem
Se manibus necat ipſe ſuis:& acerba veneno
Fata ciet properans:mortiq; abit obuius ipſe.
Munera tranquillus fi giens ciuilia vates
Contentuſq; opib⁹ modicis:ſua carmina nulli
Vendit & oblatos etiam non curat honores.
Inter honoratos patres:plebemq; minorem
Gratior incedit:turbis mirantibus:atq;
Millibus e multis vni aſſurgentibus illi.
Neſcio quid vates diuini numinis inſtar
Fronte gerens oculos in ſe conuertit:& ora
Nectar ab illius labris:& hymetia mella



Flumine perpetuo ſtillant:dicentis ab ore
Aurati pendent proceres:patrumq; corona.
Clioq;:Euterpeq;:Thaliaq;:Melpomeneq;:
Terpſichoreq;.Eratoq;:Polymniaq;:Vranieq;
Calliope:hęc muſas forma ſuperminet omneis:
Quorſumcūq; petat:vatē comitātur:& hę ſunt
Mnęmoſynę/magniq; Iouis doctiſſima ꝓles:
Hæ nullū ſine fruge diem:ſine Apolline nullū
Tempus abire ſinunt:iſtis retinentibus ætas
Lentius it/tardo veniens pede cana ſenectus
Mēbra minus frangit:ſeros minus afficit ānos.
Et minus vt lacheſis deducere ſtamina vitæ
Deſijt:oſſa premit tellus.parcitq; ſepultis
Vatibus amplectens venerādos leniter artus.
O mihi caſtalides gratiſſima numina nymphę
Quæ puerū quondam me ſuſcepiſtis alendum
Ducite me(nā tædet agris his degere)quæſo
Aonas in montes:date tecta ſilentia nobis
Vallibus in veſtris:ſyluas date:cedimus alta
Mœnia Rhetoribus:moderādas cedim⁹ vrbes:
In loca me ſemota procul:ſopoſtaq; longe
Tollite:ne viles inter caneſcere turbas
Me ſinite:errantē veſtris lux vltima campis
Me precor inueniat:ſtudijs mea dulcib⁹ ętas

Læta fluat: ſacra muſarũ me ad funera ducant
Numina poſt obit⁹: neq; enĩ mortale camœnis
Numen ineſſe puto. me ad clari lucida mundi
Atria: feliceſq; animas comitentur euntem.
Hęc Baptiſta tuum ſuper hoc certamine vatẽ
Sit cecinisse ſatis. Sacris myſteria legis
Dum docet: & paruis ingentia viribus audet.
Plura canã quando multum quæſita dabuntur
Ocia: quãdo deus: quãdo magis aſtra fauebũt.

Bap. Man. Theo. ad Iacobũ Carpophorũ Ferrarienſẽ de ſuſcepto theologico magiſterio. Syl. iii.

HAactenus imparibus numeris mea muſa cucurrit
Picta genas fuco: pictis redimita coronis
Per iuuenũ curas: & per tua caſtra cupido.
Nunc opus eſt maiore lyra: nunc ſeria nobis
Sunt dicenda: ſales abeant: riſuſq;: ioci q;
Nunc ſe felicem præbet nimis impia Iuno.
Nec ſolum negat auxiliũ: verum aſpera contra
Bella mouẽs vetat ex humili diſcedere vulgo.
Copia quæ multis acheloia frugibus implet
Cornua: conuerſis alio mea vultibus ora
Ferre nequit: cœliq; potẽs ruit impetus in me.
Saturni Martiſq; graues vix vincimus iras:



Vix Citherea Venus tanti eſt: vix Iuppiter ipſe.
Tempora Calliope pullo velauit amictu
Contractiſq; ſupercilijs. & pallida vultum
Anxia/ſollicito ſuſpiria pectore ducens/
Afflictæ indignum mentis confeſſa dolorem eſt.
Sicut in orphæo quondam mœſtiſſima fato.
Nam ſubito dulcis nati conterrita caſu
Languit: & lachrymas oculi fudere tepentes
Quẽ miſſũ in liquidas hebri caput audijt vndas:
Sublatamq; lyram nitidis agnouit in aſtris.
Huius inornato mœrens tibi carmine pandam
Mœſtitiæ cauſas: Tu mitia pectora præbe
Auxilioq; grauẽ curam ſolare precantis.
Semp ego a teneris (ſic ſors mea me tulit) annis
Et phœbi: & tetricæ ſtudijs hærere mineruæ
Conſului: duroſq; tuli/ſubijq; labores:
Cum famiæ ſublime notæ: dextrumq; cacumen
Scandere conarer: Gaudent ſudoribus artes:
Et ſua difficilem reddeunt ad limina curſum.
Nam totos cum nocte dies inſomnis/& expers
Lœnæi & cereris/macilentus & ore ſubalbo
Inter odoratas lauros phœboq; dicatas
Eurotæ ad ripas conſumere ſæpe ſolebam.
Tantæ pallas erat curæ: me tantus agebat

Ardor: vt & propriæ neſcirem parcere vitæ
Si quando humanã rapiunt cœleſtia mentem
Numina terrenis ſpoliant affectibus: inde
Sæpe fit vt vireſq; ſuas ſua protinus arma
Colligat: & fugiens clamoſi murmura vulgi
In loca ſe deſerta ferat: lucoſq; ſilentes
Aetherio ſolum regi placitura: ſibiq;.
Artibus humana poſtq̃ ratione repertis
Tantum operæ impendi: ſacrã tentare Mineruã
Conſilium fuit: & diuinas voluere chartas:
His didici quis ſit magno qui præſidet orbi:
Et ſolum: ſummũq; bonum: quo ducimur omẽs.
Primaq; naſcentis vidi primordia mundi:
De nihiloq; aliquid factum: nec vera loquutos
Phœnices: perſaſq; magos: dryudaſq; ſeueros.
Pocula tantalei ſemper manantia ſaxi
Hauſimus, & magni calicẽ potauimus eſræ.
His vbi me quidã ſatis inuigilaſſe putarunt
Meq; iſto ſudaſſe ſatis videre ſub axe:
Conſuluere vna patrios non ſpernere mores.
Neue mihi oblatũ parui diadema putarem.
His monitis longa tandem prece victus adhæſi:
Atq; ea quæ doctos redimunt inſignia ſumpſi
Sæpe quidẽ dixi non hoc me dignor honore.



Non decet hos humeros tantæ ſupponere moli.
Quo ad potui renui: variaſq; opponere cauſas
Ne fieret ſtudui: verum ars non profuit vlla.
Et fruſtra excuſans conſumpſi tempora. vicit
Vicit amicorum pietas. vicere diurnæ
Nocturnæq; preces: nec enim mihi cornea fibra.
Supplicibus dictis deducere ſydera cœlo
Sæpe magus potuit: ferrũq; adamantaq; durũ
Soluere: & in cineres potuit conuertere ſaxa:
Aſſiduis hoĩm precibus mitiſſima fiunt
Numina/ quæ fuerant odijs accenſa malignis.
Carminibus: precibuſq; pijs: & ſupplice cantu
Thraicius vates potuit phlegethonta mouere.
Lacte feræ catuli viroſoq; vbere paſti
Montibus in ſummis: in duris cotibus: inter
Aſpera dumeta/ & ſpinis abſcondita luſtra
Humanis nunq̃ loca cognita greſſibus orti
Obſequijs: blandiſq; ſolent manſueſcere dictis.
Ipſe manus in vincla dedi/ feciq; coactus
Non equidẽ quod ego/ ſed quod voluiſtis amici.
Cum me pauperies: & res anguſta teneret
Aonios adij fontes: Sanctaſq; ſorores
Supplicibus dictis ad opem incuruare ferendã
Dum propero/ deus is/ qui me tibi fecit amicum

Cur ignaue ſiles dixit? cur carmen & artes
Non agitas noſtras? Fruſtra ergo in mõtib⁹ iſtis
A puero errasti: tibi nil mea proderit ergo
Laurus / & vnda ſacri tua quæ rigat ora liquoris?
Sume lyram: cantuſqꝫ moue: mœſtumqꝫ timorẽ
Pone: tuis pronas precibus qui porrigat aures
Diuitijs Iacobon habes / animoqꝫ potentẽ.
Ipſe tuam ſortẽ miſerans ſuccurret: & auro
Pauperiẽ tollet. pone iſtas pectore curas.
Spem dedit hanc miſero cirrhæ qui præſidet arci
Et nocturna ſuis renouat ſplendoribus aſtra.
Miratæ rupes: phœbum colleſqꝫ loquentem
Aſſenſere ſuo regi / Sacręqꝫ Sorores
Pauperis in miſero caſu gemuere poetæ.
Quare age ſi ſacras penitus non deſpicis artes
Et niſi te veteris mutato pectore noſtræ
Tedet amiciciæ: ſi qua eſt clementia: ſi pars
Vlla tibi pietatis adhuc: ſi numina curas
Prome aliquid: vatiqꝫ faue: dextramqꝫ iacenti
Porrige: & in tenebris erranti lumina pande.
Et pudet: & durum eſt mihi mendicare: pudorem
Res miſeræ ſuperant: & quæ me cogit egeſtas.
Ite mei verſus: & non redeatis inanes.
Si quod habet numen nunc experiemur Apollo

De Balneis Porrectanis. Carmen.

HIc vbi pſpectãt duo ſe iuga frõtib⁹ altis
Balnea porrectę fama vetuſta vocat.
Vallis in vmbroſę medio p grãdia ſaxa
In rhenum tenui labitur amnis aqua.
Solis ad occaſum mons eſt mõs ſolis ad ortũ:
Et tepidos latices fundit vtrumqꝫ latus.
Montis ad occaſum cuius magis ardua moles /
Cum pluit interdum fumat & ardet apex.
Huc veniunt ægri quotiens aſclepia morbo
Ars minor. & nullam fert medicamen opẽ.
Huc veniũt gelidi quos nominat vnda lemãni
Qui mare dalmaticũ Chaoniumqꝫ vident.
Quiqꝫ ararim ligerimqꝫ bibũt / quos irrigat iſter
Et padus alpinis multiplicatus aquis.
Et quos auſonijs ſiculi mare partit ab oris.
Et qui longinqui Craticis arua tenent.
Campani: tyrrheni: vmbri: picentia rura:
Samniaqꝫ: & pinguis terra latina ſoli.
Qui iuga qui cãpos qui rura vrbeſqꝫ frequentãt
Qui rate Neptuni regna liquentis arant.
Vndiqꝫ porrectę ſacrum concurſus ad amnem
Solſtitio longos abbreuiante dies.
Sidera littorei dum ſol tenet ardua Cancri
Et leo flammanti cum premit ore ſolum:

Carminibus reſonāt mōtes: Citharędus Arion
Orpheus amphion per nemus omne canūt.
Mane diē phœbo vixdū ſpargente bibendū.
Fumantes cyathi ſollicitantur aquæ.
In vada cum nitro veniens & a lumine ſulfur
Ardorem domita frigiditate facit.
Porrige ventroſum calicē: crateribus hoſpes
Grandibus ad vitæ pocula ſancta veni.
Gutture prælargo bucciſq; tumētibus hauri:
Salſaq; per fauces fluctuet vnda cauas.
Porgite ad os laticē: qui mox deſcendat in aluū
Et grauia audaci vaſa leuate manu.
Flumina concurſu celebrate ſalubria magno:
Sed procul a vobis ſit ſopor atq; venus.
Vade: redi: greſſu profer veſtigia lento.
Et bibitos fontes euome: minge: caca.
Ter bibe: & horarum facito interualla duarū
Semper. & exili prandia ventre vora.
Pauca Ceres: flauo præcordia dilue Baccho:
Et veruecis in hoc viſcera fonte coque.
Labitur in venas aqua: mēbra perambulat ęgra
Corporeq; ex omni dira venena fugat.
Reſtituit crudos. ſtomachoq; medetur inerti:
Et ciet expulſa debilitate famem.



Fertur & antiquum capitis ſedare dolorem.
Difficiles animas ſanat: & aſtma leuat.
Labitur in rhenes. lapidemq; in rhenibus ortū
Frangit: & vrinæ vaſa viamq; lauat.
Fœcundat ſteriles vteros: ſperataq; nunq̄
Pignora fert. triſtes lætificatq; nurus.
Singula quid referā? Rurſum renouata iuuētus
Vernat. & ex vultu ruga ſenilis abit.
Extenuata prius facies impletur: & ardet
Purpura in extenſis ſanguinolenta genis.
Corda calent: venæ ſaliūt: caua tēpora ſurgūt.
Mens redit ad primos exhilarata dies.
Apœnine pater qui diuidis Itala regna:
Verticeq; aereo cernis vtrunq; fretum:
Cum locuples ferri cum ſis ditiſſimus auri:
Nil tamen hoc ſacro flumine maius habes.
Gignis opes varias. ſed nil præſtantius iſto:
Q reparas homines: in meliuſq; refers.
Dicite quę colitis mōtes & flumina Nymphę:
Quo deus has pacto ſignificauit aquas?
Dum precor: ex tenui qui pręterlabitur amne
Protinus eſt tali nympha loquuta ſono.
Bos confectus erat macie quaſi faſcina paſſus.
Lentus: iners: recubās: nec iuga ferre valēs.

Hepar erat roſum blattis: erat vlcere pulmo
Tabidus. ægrotans aſtmate vocis iter.
Ruſticus indulgens operis abſoluit: & omne
Nocte dieq; tulit per nemus ire vagum.
Magdalena loco quæ præſidet: ora bibulci
Sumpſit: & hæc laſſum duxit in arua bouē:
Ille ſitim patiens fonti iam proximus vndam
Hauſit: & in tepido proluit ora vado.
Delectatus aquis ſalſoq; liquore vagari
Deſijt: in viridi iam ſtabulatur humo.
Paſcitur ad ripas: in margine fluminis herbā
Carpit: & a ſacro neſcit abire loco.
Menſis erat: cum iam tergo reparatus obeſo
Diua eadem rurſum facta bubulcus adeſt.
Atq; bouem vulſa nemorum de ſtipite virga
Depulit ignota de regione domum.
Nam locus ante fuit ſyluis horrendus opacis.
Nulla dryas norat nulla Napæa viam.
Vallibus obſcuris tellus abſcondita ſaltu
Inuio: & hyberno ſemper aduſta gelu.
Vidit vt incolumē quē nec ſupereſſe putabat
Vix pecudem dominus credidit eſſe ſuam.
Cumq; memor fontis taur⁹ remearet ad vmbrā
Vallis: & ad gelidi paſcua nota ſoli:



Ruſticus inſequitur veſtigia noſſe laborans
Quis tulerit caſus quod medicamē opem.
Venit ad anguſtas fauces conuallis: & audit
In glaream riuo deſiliente ſonum.
Audit: & appropians nebulas aſcendere cernit
Vt ſolet ardenti cum tepet olla foco.
Subſtitit admirans: vt ſulfura naribus hauſit:
Accipit admota flumina lapſa manu.
Agnitus vt calor eſt: alio nihil indice dixit
Eſt opus. hi latices hi medicamen habent.
Iſte latex medicamē habens decurrit in amnem:
Inde ſalutares efficiuntur aquæ.
Nec mora. vulgatum vicina per oppida fontis
Nomen: & ad ſacras turba cucurrit aquas.
Poſteritas cupiens grates perſoluere diuæ
Struxit in exculto parua ſacella ſolo.
Vt ſic fata: ſonum fundo dedit vnda ſub imo:
Nymphaq; prolatū traxit in antra caput.
Ergo loci genio diuiſq; habitantibus aſtra
Annua ſolenni ponite ſacra die.
Magdalena loci genius. concurrite ad aram
Cum fuit ad Chriſti diua vocata thronū.
Iulius ardebat: canis ignea iuncta leoni
Arentem flammis inficiebat humum.

Vt fugias igitur diſcrimina fontis & aſtri
Protinꝰ ad diuæ cõfugiatur opē. Τελος

Eiuſdē In diui Alberti Carmelitæ Natiuitate
Hymnus. Pro reſtituta ſalute Votum.

MEnſis Auguſti redeunt honores:
Fulget aulæis paries. & Aræ
Ignibus lucent. Thymiama nubē
Fundit odoram.

Cœtus Alberto populi frequentis
Vota perſoluunt: referuntq; grates.
Et ſalutaris veniunt ad vndæ
Pocula turbæ.

Saphphicis ergo modulemur hymnis
Arua tam claræ decorata partu
Prolis: & nunq̃ celebranda dignis.
Laudibus acta.

Hinc leuat frontem Lilybeus altam/
Hinc maris latos erycina rupes
Proſpicit campos: Drepanumq; curui
Littoris vrbem.

Qua vident Phœbum Siculi cadentem:
Atq; Didonis tyriæ ſuperbum
Littus: & regnis inimica ſemper
Regna latinis.



Inde pręclarum genus: inde ſanctæ
Traxit Albertus documenta vitæ:
Atq; Carmeli fuit & ſicanæ
Gloria terræ.

Cum puer ſeptem ſuperaſſet annos/
More Baptiſtæ fugiens paternum
Limen ad ſacram properauit almæ
Virginis ædem.

Hanc Paleſtini tenuere Patres/
Qui per occultas habitare valles
Vatis Heliæ ſtudium ſequuti
Ante ſolebant.

Candido velans humeros amictu
Vertit ad mores tenerum ſeueros
Corpus: & canos iuuenilis ætas
Induit annos.

Vicit altricem ſcelerum iuuentam:
Atq; fallaces Erebi figuras.
Cum puellari redimita cultu
Venit imago.

Semper a curis animum caducis
Flexit ad vitæ ſtudium beatæ
Riſit humanæ genus omne famæ.
Riſit honores.

Peruigil ſomnos abigens inertes:
Vel pios ibat manus in labores:
Vel reuiſebat meditans vtrunq;
Lingua volumen.
Feruidam ventris moderans orexim
Fluminum potu: tenuiq; menſa
Debilis raro recreabat ægros
Corporis artus.
Regiæ ſpreuit thalamum puellæ
Arua: theſauros: parijſq; fultas
Porticus ſaxis: tyrioq; veſtes
Murice tinctas.
Ibat in caſus patienter omnes:
Proſperam ſortem tulit & ſiniſtram
Sicut immoto ſcopuli marinos
Pectore fluctus.
Criminum nullo ſuperatus æſtu
Maximos cœli meruit fauores:
Et poteſtatem ſuper ima mundi.
Regna minoris.
Arua meſanæ cruciata longa
Martis ærumna meminere quando
Vexit ignotus pelagi per vndas
Nauita fruges.



Ciuitas duro famis in periclo,
Mox erat triſti peritura fato:
Motus Alberti prece ſupplicantis
Ai dijt æther.
Tota vicini regio pelori
Riſit ad tantæ ſubitum ſalutis
Nuncium: verſæ petiere proræ
Littus iberum.
Languidos potu reparauit vndæ.
Inde tranſlatus fuit ad nepotes
Mos: vt vndanti fluuio quotannis
Labra coronent.
Spiritus aulæ ſtygiæ procaces:
Qui ſub humanis violenter audent
Inquietantes habitare membris
Truſit ad Orcum.
Iura naturæ: rigidamq; legem
Mortis: & fati validum potentis
Robur inflectens: animam latenti
Traxit ab Orco.
Tale mirati facinus profundæ
Iudices noctis tumuere rurſum:
Ne dei proles iterum ſilentes
Viſeret vmbras.

Tranſijt ſiccis rapidum per amnem
Paſſibus. Caſtum tulit vnda corpus.
Militat caſus pietas inermis]
Tuta per omnes.
Ora leproſis populata ſquammis
Oſculans tetra cute ſæuientem
Depulit morbum: nituitq; primo
Corpus honore.
Spiritus iacto vitreum lapillo
Fregerat lichnum: puero legenti
Nocte lucentem: tenuiq; lumen
Igne ferentem.
Fruſta collegit puer: & ſilentem
Triſtis effudit lachrymas ad aram:
Fruſta coniunctis rediere labris
Corpus in vnum.
Ante conſpectum populi frequentis
Ad viri funus cecinere laudes
Nuncij ſummo tenuem per auram
Aethere lapſi.
Corporis manans odor inſepulti
Extitit multis medicamen ægris.]
Ipſa langores varios fugabant
Saxa Sepulchri.



Sponte nec quoq̃ feriente longum
Aera de ſummis ſonitum dedere
Turribus: quando ſuperum petiuit
Spiritus arcem.
Ante nocturnæ referentur vmbræ:
Et dies Phœbi fugiente curru
Occidet: q̃ ſit recitata tantæ
Gloria laudis.
Nunc ab illuſtri Siculos Olympo
Cernit: & curans patriæ ſalutem
Aequor: & notæ ſpacioſa terræ
Regna gubernat.
Sic precor noſtri miſeratus æui
Tempus infelix: miſeramq; ſortem
Peſtis: inſtantem famis atq; belli
Auferat Iram.
Auferat vitæ ſcelus expiandæ:
Et ſuis placans precibus tonantem
Non ſinat tantis hominum ſubeſſe
Regna periclis.
Non ſinat gentes Aſiæ ſuperbas
Ferre per noſtros truculenta fines
Ora: nec ſæuis violare noſtras
Ignibus vrbes.

Sed per optatam placidæ quietem
Pacis ad mundi melioris altam
Quando ſupremæ volet hora vitæ
Transferat arcem.

Eiuſdē ꝑ pacata Italia poſt bellū Ferrarienſe ad Oliueriū Caraſam Cardinalē Neapolitanū.

MVnera q̄ norint & ſanctę cōmoda pacis
Sęua velit Stygio bella ſepulta lacu.
Triſte quid eſt aliud bellū/q̄ miſſa ꝑ oēs
Publica tempeſtas diluuiumq; domos?
Bella necant hoīes: faciūt ſine honoribus Aras:
Vrbis & agrorūm depopulantur opes.
Ah pereat quiſquis tam ſæui criminis autor
Extitit: & noſtras miſit ad arma manus.
Ferreus exultat bellis & ſanguine Mauors.
Et ciet inuito bella tubaſq; deo.
Pax cœleſte bonum. Sacris altaria flammis
Atq; tepeſcentes ſuſcitat igne focos.
Pax hominū genitrix. Pax eſt cuſtodia rerū.
Pax aperit iuris: iuſticiæq; forum.
Gloria pace minor: minor eſt victoria pace:
Atq; aliquid peius pace triumphus habet.
Nulla quies homini: nulla eſt ſine pace voluptas:
Nullus amor: nullum relligionis opus.



Pax vrbes: pax regna ligat: pax congregat orbē:
Fiat vt ex multis vrbibus vna domus.
Sæcula pax renouat: pax aurea tempora portat:
Et mores priſcæ ſimplicitatis habet.
Ingenuæ redeunt artes: Academica florent
Ocia. Caſtaliæ ſollicitantur aquæ.
Pax facit innocuos ſaltus: nemorumq; receſſus.
Tutus it: & tutas aduena portat opes.
Pax Cererē campis: & mitem collibus vuam
Reddit: & armoſo diuidit arua boue.
Gramina pace virent. per pinguia paſcua lætum
Luxuriat multa fertilitate pecus.
Pax vehit ęoas peregrina per æquora merces:
Et ſteriles ponti non ſinit eſſe vias.
Pax hilares menſas facit: & conuiuia paſſim:
Et recreat molli triſtia corda mero.
Pax aperit thalamos: hymeneaq; carmina cātat:
Excitat: & reſides non ſinit eſſe lyras.
Pro gladijs lauros habet: & pro caſſide ſerta:
Et ſua palladia tempora fronde ligat.
Geſtit: & ad thyaſos agili volat ardua ſaltu:
Et vocat ad feſtos agmina longa dies:
At tibi qui limen reſeras & claudis olympi:
Retia qui petri: nauiculamq; tenes:

Et tibi regali qui maieſtate per vrbes
Auſoniæ regnas/parthenopenq; colis.
Sint faciles ſemper diui. ſint mitia vobis
Numina: qui paci contribuiſtis opem.
Viuite concordes tranquilla per ocia pacis/
Ducite fœlices mellifluoſq; dies.
Et tibi ſacratam veſtit cui purpura frontem:
Et cui pacificum nomen oliua dedit.
Iuppiter ad ſuperum faciat diſcumbere menſas:
Nectaris vt ſuccos/ambroſiamq; bibas.
Semper enī tibi pacis amor. tu ſoluere lites
Et genus humanum conciliare ſoles.

Eiuſdē ad Io. Creſtonum Carmelitā qui cōpoſuit Lexicon. i. vocabularium græcum.

VAde caleſtani viſure cacumina mōtis.
Vade bono auſpicio/Sed meliore rēdi
Et ſi mōticolas Faunos/vel Pana/vide
Iſta velim referas noīe pauca meo. (bis/
Numina: quæ vanum nil iam niſi nomē/habetis
Turpis apud veteres/& grauis error auos/
Dicite/nec noſtro/pigeat ſermone teneri:
Non faciet longam quęſtio noſtra moram.
Romanis toto quondā dominantibus orbe
Magna fuit diuum copia/magnus honos.



Maximus excelſas habitabat Iuppiter arces:
Et capitolinis ſedibus altus erat.
Certa dabat phœbus populo reſponſa petenti:
Inter honoratos ſtabat & ipſe deos.
Tu quoq; magnꝰ eras mauors. quia cōdidit vrbē
Natus adulterio frater vterq; tuo.
Et venus oceanis: iuuenū dea: cognita marti:
Ipſa pharetrati mater amoris erat.
Hanc olim Anchiſes propter ſimoenta repertā
Preſſit: & Aeneam progenuiſſe ferunt.
Pectora defendit: quæ gorgonis ægide pallas
Magna inter magnum numina numen erat.
Hæc vt rumor erat cunctas inuenerat artes/
Deq; iouis ſancto vertice nata fuit.
Mercurium maia genitum virgaq; potentem
Somnifera fecit neſcia turba deum
Mulciber ęthnæis fulmen cudebat in antris:
Aethereo formans quæ daret arma ioui.
Ibat magna deum mater venerabile cincta
Turribus aereis aggeribuſq; caput.
Maxima ponebant dircæo munera baccho/
Hic deus eloquiū lætitiamq; dabat.
Veſtaq; perpetua gaudens/erat inclyta flammā
Templa tenens ripis albula iuncta tuis.

Pulchra per vmbroſas venatū cynthia ſyluas
Ibat agens. celeres mollia caſtra deas.
Pax pia tybricolæ claudebat limina iani
Semper. at ĩbellis. ianus apertus erat.
Diuiſo inter ſe proles ſaturnia mundo
Iura mari & terræ cœlitibuſq; dabat.
Dicite: maieſtas cur ſit mutata deorum.
In ſuperis quę vis præualuiſſe poteſt?
Plurima mortales nos ignorare fatemur.
Ingenijs moles corporis iſta nocet.
Vos dij corporea mentes ſine nube ſerenæ
Omnia perſpicuis cernitis hæc oculis.
Terrigenas olim ſublimia corpora fratres
Fama eſt in ſuperos arma tuliſſe deos:
Sed pater iniecto deiecit fulmine montes:
Atq; rebellantes ſubſtulit igne viros.
Scilicet in cælum quū mens humana ſuperbit:
Semper in auctorē pœna repulſa cadit.
Ob nimios auſus precioſaq; furta promethei:
Humanū patitur non mala pauca genus.
Nam quicunq; grauis mortalia corpora langor
Vexat: ab illius crimine pœna venit.
Quænam igitur facinꝰ tantū fuit auſa poteſtas?
Roboris humani non fuit iſtud opus.



Enſe caret mauors. pallas non vtitur haſta:
Nulla lyra eſt phœbo. fulmina nulla Ioui.
Sunt æquata ſolo ſublimia templa. nec extat
Qui pecudum tuſca conſulat arte iecur.
Infamem veteres quendam finxere priapum
Cui modo non arę non ſimulachra manēt.
Inguina ſublato deus hic mōſtrabat amictu:
Et riſus turbæ prætereuntis erat.
Iſida quis neſcit: cui gens memphitica tantos
Exhibuit cultus. deſijt eſſe dea.
Quænā igitur facinus tantū fuit auſa poteſtas?
Roboris humani non fuit iſtud opus.
Magnus ab ęthereo Chriſtus q̄ venit olympo
Dicitur in veſtrum præualuiſſe genus.
Iſtud opus ſoli dignum dare credimus illi
Fecit enim ſummo plurima digna deo.
Namq; malum diro tulit a ſerpente venenum:
Qui domini ſanctas inficiebat oues.
Confixitq; ſuis tumidum phitona ſagittis
Peſtiferam terris horribilemq; feram.
Noſtra ſalutiferis firmauit pectora dictis
Errori ſtatuens ſtultitiæq; modum.
Ipſe tenebroſo peperit noua lumina mundo
Perq; nouum cœlos currere fecit iter:

Cautior ad pugnas & fortior hercule magno
Terruit inuicta tartara nigra manu.
Cerbereumq; ſuis diſrupit vocibus antrum:
Et ſpolia a nigro traxit opima deo.
Ille triumphato regna ad cœleſtia dite
Duxit honorandos a ſtygis amne patres.
Defunctos iterum vitam reuocauit in artus:
Biſq; homines fecit viuere: biſq; mori.
His igitur moti: quæ virginis vnica proles
Egit: & a noſtris commemorantur auis:
Credere ſuademur vos numina viribus huius
Percita veloci terga dediſſe fugæ.
Si fuit hic veſtri domitor: procul ite ſub orcū
Ad ſtygis ardentes ite paludis aquas.
Indocilem falſo quid nomine fallitis orbem?
Luditis ignaros: decipitiſq; rudes?
Si tamen in noſtras cadit ignorantia mentes
Atq; aliter ſe res q̄ meditemur habet:
Detegite errorem prolato lumine noſtrum:
Et date: ne tanta nocte premamur: opem.
Templa reponentur: ſurgent altaria rurſum:
Et vetus extemplo reſtituetur honor.
Tarpeio niueos mittet meuania tauros:
Inferno dabitur victima nigra Ioui.



Sus Cereri ardebit: caprum ſoluemus hiaccho:
Præbeat vt pleno dulcia muſta lacu.
Munera erūt ſua cuiq; deo. cumulabimus aras:
Et tuba lucentes mugiet ante focos.
Dijs maris & terrę dijs omnipotentis olympi
Inflabit biforem tibia longa ſonum.
Hęc ſunt illa quibus ſi qua ſub rupe videbis
Deprecor vt veteres aggrediare deos.
Et reſponſa (mei ſi qua eſt tibi cura) reportes.
Et ſuper hoc veniens dulce poema refer.
Rura ſalutato. ſata læta: nouiſq; ſuperbum
Frondibus & cantu dulciſonante nemus.
Vitiferos colles: ficus: oleaſq; ſaluta:
Et redolens tergo multicolore ſolum.
Mox cū mane rubēs tenebras aurora fugarit.
Excute ab ignauo ſedula membra toro.
Tunc per rura ſonos vigilās inſtaurat achātis:
Et modulans almum gaudet adeſſe diem.
Concitus areolas rigui prædaberis horti.
Et viridem gelidi gramine veris humum.
Carpe renaſcentis fruticātia gramina mēthæ:
Serpilliq; nouas luxuriantis opes:
Abrotani abſinthiq; comas: maratriq; capillos.
Ocyma: ſampſucum: pullegiūq; leges.

Frange roſas duris defenſo a ſentibus vngue:
  Et plecte artifici roſida ſerta manu.
Vade caleſtani &c. vt in principio.

Eiuſdē ad Ia. Carpophorū machiauellū Ferrarieſē q dederat Legēda opuſcula Baſinij Parmeñ

ACcipe qđ nobis dederas Iacobe libellū.
  Accipe diuini nobile vatis opus.
Vertice me clamat pater Apœnin⁹ ab (alto.
  Me iuga: me fontes: palladiūqꝫ nemus
Falſidicus crebris me nauita vocibus vrget:
  Et vocat aduentus nauis itura meos.
Supplicat accelerē placido padus ęquore greſſū.
  Tuqꝫ procul fuſa rhene paluſtris aqua.
Auferor: atqꝫ tuos vultus Iacobe relinquo.
  Et peto felſinei pinguia rura ſoli.
Diſplicet a charo quoniam diſiungor amico:
  Qui mihi curarum dulce leuamen: eras.
Et placet egregiā quia naue relabor ad vrbem
  Quæ mihi dat votis ſidera fauſta meis.
Tu mihi ferrarię magnes: mihi felſina magnes:
  Aſt ego conſiſtens inter vtrunqꝫ calybs.
Vnde tibi meritas, poſſim perſoluere grates
  Non habeo: ſuperi præmia digna ferant.
Tu mihi das triſtes minuant quæ carmina curas.
  Carmina de ſacri fontibus hauſta chori.



Tu mihi delitias: tu dulcia dona dediſti:
  Dona quibus poterant non meliora dari.
Tu iouis & ſuperū conuiuia/tu mihi donas
  Cum meleagræo ſomnia matris apro.
Tu mihi magnanimi fauſtos oſtendis amores
  Principis: & vacuos non ſinis ire dies.
Intermiſſia diu ſopitaqꝫ carmina ſurgant
  Efficis: & reſidem non ſinis eſſe lyram.
Pieridum memorē tu me facis eſſe ſororum:
  Oblitaſqꝫ diu viſere cogis aquas.
Et quæ iam exueram temploqꝫ affixa dicaram
  Tanta tui cura eſt/induar arma facis.
Ante quidē tibi me multum debere videbam:
  Et meus extingui non potuiſſet amor:
Sed modo plus longe ſolito mea ſingula/meqꝫ
  Efficiunt iuris munera tanta tui.
Tu potes ad niueam ſolus me mittere leucē
  Euxino leucen quæ procul orbe latet.
Herculeas vltra gades ſi iuſſeris: ibo:
  Si cupis ęoi memnonis arua petam.
Ipſe labor fiet requies: dolor ipſe voluptas:
  Quando tibi factum dixeris eſſe ſatis.
Siue ego caucaſeas rupes ſeu caſpia claustra
  Siue colā ſteriles arctophylacis agros.

Siue meos vultus teneat longinquus hydaſpes/
Siue tagus fuluis inuidioſus aquis/
Seu ferar ad boream/pluuiũ ſeu mittar ad auſtrũ/
Siue per ęthiopas ſiue per heſperios/
Pectore ſub noſtro ſemper tua viuet imago:
Nec potero moriens immemor eſſe tui.
Et ſi ſunt aliquid manes/vt credimus/& ſunt:
Eſt immortalis iſte futurus amor.
Tu modo, ſic æques ſanctum non ſegnis amorẽ
Atq; duos homines ſpiritus vnus agat.
Viue memor noſtri longos feliciter annos:
Poſt obitus videas regna beata Vale.

Eiuſdem de natura amoris ad iuuenes
Carmen iuuenile.

OMnipotens iaculis metuendus & igne
Cupido
Qui ſibi mortales ſubijcit atq; deos:
Audentes animos amat:& ſublimia corda
Gaudet ad eximium ſollicitare decus.
Ignipotens ideo/quia vult ardere medullas:
Pectoraq; excuſſo fert animoſa metu.
Aliger eſt/quoniam terris petit alta relictis:
Et ſecat excelſas difficileſq; vias.
Ambulat armatus/quia diligit arma virumq;/



Qui gerit audaci bella ſuperba manu.
Legimus Alcidæ curas/& Achillis amores:
Oenidę ardores: Tantalidæq; dolos.
Aſpice Lęandrũ tumidos contẽnere fluctus:
Et dare ventoſis penſile corpus aquis.
Perſeus audaci veniens per inane volatu
Aequoream valido ſuſtulit enſe feram.
Et Paris inuaſit fauſto lacedęmona raptu
Vnus amans tanta fortior vrbe fuit.
Multa poteſt (fateor) virtus: Rhamuyſia multa:
Sed tamen in nobis prædominatur amor.
Quando amor in mentes cœlo delabitur altas:
Protinus heroes ſemideoſq; facit.
Hi ſunt qui factis celebrant illuſtribus orbem:
Et quorũ penetrat nomẽ vtrunq; polum.
Hos igitur ſtimulos: iſtas generoſa iuuentus
Diſce pati flãmas. & ſapiẽter ama. Τελοσ

Ad Eliam Capreolũ & Ioannẽ Ruatũ ciues
Brixienſes de Stephano Voſſonio Benacenſi ex
Tempore Carmen.

ACcola Benaci Stephanꝰ Voſſonia ꝑples
Oĩa quæ felix vita requirit: habet.
Ingeniũ ſolers. patiẽtia mẽbra laborũ.
Eximium priſca nobilitate genus.

Indolis egregiæ ſobolem de coniuge ſancta:
Et bene compoſitam morigeramq; domum
Prædia: vbi libycæ ſegetes: vbi gnoſia vina:
Pinguis vbi omnigena fruge redundat ager.
Gazagrum veteres ideo dixere coloni:
Gaza q͏̄ in tali naſcitur omnis agro.
Vita viro ſimplex: qualis fuit ante receſſum
Erigones. qualis floruit ante iouem.
Hoſpitibus lautus: parcus ſibi: largus amicis:
Quæ ſuperant pietas ſola gubernat opes.
Cœlicolas & templa colit: veneratur: adorat.
Nullus abit vacuus relligione dies.
Libera mens vicijs ſyncera in pace quieſcit.
Nec ſatagit curis ſollicitata malis.
Caſtalides hoĩem nymphæ comitantur:& inter
Pierios habitat nocte dieq; choros.
Mille ſonos audit. numeros intelligit omnes:
Siue heroa tonet: ſiue elegia fleat.
Frugis apollineæ plena eſt domus. atria:& ipſa
Area quæ domui proxima: carmen olent.
Scilicet hic illo felicior arcade: quẽ vox
Delphica felicem teſtificata fuit.
Ergo inter veſtros illum conſciſcere ciues
Et donare hominẽ vos decet vrbe pium.



Indecorem vobis fore fruſtra creditis omni
Tempore qui muſis militat atq; deo.

FINIS.

Pugna virtutis & fortunę ex epigrãmatis

CBria virtutem fortuna laceſſere nuper
Cœpit.& hoc bellũ dicit orſa modo.
Cur latitas? vanaq; tegis grauitate timo
Si ſapis vt iactas:& potes: arma cape. (rẽ?
Te iuuat obſcuris nugas excudere tectis:
Semiuiros inter fœmineoſq; choros.
Tu tibi ſola places: ſine te nihil vtile ducis.
Et populum ficto decipis ore rudem.
Vis phœbæa tuis oracula cedere dictis:
Et ſomnos hebetes deſidiamq; doces.
Aſt ego ſublimes animos ad ſidera mitto:
E decoro gentem nobilitate meam.
Regna mihi ſubſunt & opes & purpura regũ:
Et patitur leges terra fretumq; meas.
Tu me ſtultitiæ: tu me leuitatis vbiq;
Arguis:& nomen polluis ore meum.
Efficiam ne te defendat inertia poſthac:
Si ſapis vt iactas:& potes: arma cape.
Nec lateo dixit virtus: nec prælia quæro:
Nec fugio: leges conſiliumq; ſequor.

Si ratio poſcit pugnas: interrita pugno:
Si pacem præfert: ocia pacis amo.
De pietate loqui: de relligione deoq;
Ad genus omne iuuat: nã genus omne rego.
Recta placent nobis: ratione carentia nũq̃.
Et populum tali fallimus arte rudem:
Non phœbæa meis: verum tua cedere dictis
Plena volo obſcœnis dicta libidinibus.
Ipſa leues animos in tartara mittis: & omni
Dedecoras gentes impietate tuas.
Præficis indignos: & regna latronib⁹ imples.
Subq; tuo luget terra fretumq; iugo.
Nec te ſtultitiæ: nec te leuitatis vbiq;
Arguo: tale tuum dat tibi nomen opus.
Efficiam certe ne me experiaris inertem:
Efficiam gladio confodiare tuo.
Deſine deceptrix hominum fortuna minari:
Nouimus: & mores ingeniumq; tuum.
Fas & iura times: pro legibus vteris armis:
Nec pudet inſontes præcipitare viros.
Te duce Romani maduerũt ſanguine reges:
Et pleriq; ſua procubuere manu.
Bella moues: nec ſcis motos ſedare tumultus:
Sæpius accenſo territa marte fugis.



Nouimus ad trebiã: cannas: traſimeniaq; arua
Stultitiæ vires conſiliumq; tuæ.
Te rupes tarpeia canit: canit Allia laudes:
Et gothus: & fuſco vandalus ore tuas.
Aeſtiferũ æquiperas nymbũ: q̃ murmure multo
Surgit: & excuſſa languet inanis aqua.
Falconem quotiens fortemq; inſana repertũ
In ſordes auſa es pauperiemq; dare?
Cerne locis vt nunc nitcat ſublimibus inter
Purpureos patres armigeroſq; duces.
Hi ſunt quos veſana fugas: cogiſq; ſubire
Et terra & vaſto longa pericla mari.
Alter ad oceanum fineſq; recurrit iberos:
Dum fidei debet præmia ferre ſuæ.
Alter in alpinis niuibus lygurũq; per agros
Viuit: & ad celtas ad ſenoneſq; fugit:
Et quia militiæ titulis excellit: & omni
Laude nitet: duplicem fœdifragũq; vocas:
Quis ſit: & eximię quæ ſit prudentia frontis
Conſtat: & hoc victi non tacuere duces.
Hos experta potes quę noſtra potentia noſſe:
Et qua conatus frangimus arte tuos.
Diſce viros fortes & pectora ſancta vereri:
Atq; meum ceſſa dilacerare genus.

Verum adeo leuis es. tantiſq; furoribus ardẽs:
Vt nequeas irę vim cohibere tuæ:
Qui pinxit lycium voluit te pingere mõtem:
Dum variam fingit multiplicemq; feram.
Ora leonis habes: quia primum pectora faſtu
Tollis: & audaces mittis in ora ſonos.
Hircus olens venter: quia quos extollis in oẽm
Deſidiam proni luxuriamq; ruunt.
Non opus exemplis: quorũ mihi copia maior
In libyca q̃ ſit copia farris humo.
Vltima pars ſerpens: quoniã de crimine virus
Naſcitur: & vitium dira venena parit.
Conſcia mens culpę taxos aconitaq; mãdit:
Semper & in tenebras ſuppliciumq; cadit.
His accenſa grauem rapuit fortuna pharetrã:
Et celeri torſit ſpicula multa manu.
Voce manu gladio iaculis curſuq; fatigat:
Et circunducto ſtrenua pugnat equo.
Fixa manens eadem inſiſtit veſtigia virtus:
Nec timet inſanam præcipitemq; feram.
Aegida nam rapidis chalybũ fornacibus vſtã
Et ſolido clypeos ex adamante gerit.
Fruſtra igitur fortuna truci ſuperintonat ore:
Atq; leues circum fertq; refertq; gradus.



Sæuit inutiliter/ceu cum graue ſibilat œſtrum
Obuolitans taurũ cornupetam ve bouem.
Dum videt incaſſum ſe mittere tela per auras/
Infremit. & crebro verbere pulſat equum.
Dum furit incaute: miſſiſq; vagatur habenis:
Decidit: & fracto gutturis oſſe perit.
Marmoreo comites mœſtæ ĩpoſuere ſepulchro:
Et ſuper hoc quidã carmen ineſſe ferunt.
Hic iacet inſani numen mutabile vulgi/
Lege carens: ſola mobilitate potens.
Arma caput Iani variaſq; ferentia fruges
Cornua: cum clauo quo vada nauis arat.
Tunc ait ex media quidam ſine noĩe turba
Qui varias ſortis nouerat ante vices.
Fidite virtuti: fortuna fugacior vndis
Non manet: & certam neſcit habere domum
Gaudia dum ſimulat: ſubuertere cogitat orbem:
Inſidias ridens exitiumq; parat.
Propterea vaſis Agathoclea legimus vſum
Fictilibus verſo dum timet orbe premi.
Diſcite quos ſurſum voluit rota/ponere faſtus:
Trudet ab excelſo vos mora parua loco.

Finis Ex ędibus Aſcenſianis Nonis
Septembris. MDVII.